Ad vnū aduerbialiter sumptū significat oēs nullo excepto. Ut nō est qui faciat bonū: non est vsq; ad vnū. Cur

Aduoco. as. pe. cor. ad (tius. Oēs ad vnū periere. me voco. Terēt. in Phor. Ibo ad forū: atq; aliquot mihi aduocabo amicos ad hanc rē. Huic cōtrariū est auoco. Et aduocare est in subsidiū vocare: seu aduocatū habere. Augusti. li. ij. ciui. dei. Ut eā honoribus talibus aduocarent cultores sui. i. aduocatam haberent.

Aduocati dicunt qui alteri adsunt in causa. Plaut. in Casi. Stultus cōtrium diē dū adsto aduocatus cuidā cognato meo: quē hercule lite adeo pdidisse gaudeo: ne me nequicq; sibi hodie aduocauerit. Inter aduocatū ⁊ patronū hoc interesse Talla existimat. q; aduocatus nomē sit generalius q; patronus: vt nō tantū signīcet eum qui alterius cām agit. Siquidē quicūq; adest alteri in causa officij gratia: aduocatus appelletur: etiam si nihil dicat: neq; agat: sed qui tantū parat⁹ sit defendere. Patronus ꝓprie qui agit causam: sed accusati: non accusantis.

Aduolo. las. pe. cor. iuxta vel ad aliquē locū volare ⁊ construit cum actō prępositis ad vel in. Et aliquādo datiuo. Pli. At in agrū volateranū palumbiū vis e mari q; annis aduolat. Idem li. x. Platea noiatur aduolans ad eas: quę se in mari mergūt. Idem. Capiarūq; vberibus aduolant. Aduoluo vide Voluo.

Aduorso: pro aduerso: q aduersem pro aduersarium dixerunt veteres. L. Aduro vide Vro.

Ad votū aliqd habere ⁊ ex sńia: licet hōc videat rōnis: illud cuiusdā affectus: in eandē tñ venīūt significationē. Quintil. Habesne vxorē ex animi tui sententia. Et alibi. Ad votum omne fluentem fortuna lasciuit otium.

Adusq; i. ad. Apul. Jam adusq; amnem pueniamus.

Aeacus. pe. cor. Jouis ex Europa filius: quē tantę iustitię fuisse dicit: vt apud inferos animaꝝ creditus fuerit a Plutone delectus iudex cū Minoe ⁊ Rhadamātho:

Aeantion oppidū (⁊ peccantiū delicta discutere. in Sigeo ab aiace illic sepulto qui grecis Aeas dicit. L.

Aeas gantis. fluuius Epiri: ex Macedonia pus defluens: ⁊ in mare Jonū cadēs: dicente Luc. li. v. Murus in occasuꝝ paruī sed gurgitis Aeas Jonio fluit inde mari.

Aedes tā in singulari q; in plurali ꝓ templo: sed fere sp cū adiectiōe: vt ędes sacra: vel ędes sacrę: ędes Jouis: ędes deoꝝ: ędes pacis: ⁊ hmōi. Cic. Ex eo die: quo in ędē Telluris cōuocati sumus. Val. max. li. j. Ea pontificū admonitiōe effectū est: vt Marcellus separatis ędibus honoris ac virtutis simulacra statueret. Si Jo absolute dixerimus ędes: domū tantū designam⁹. Ut meas ędes nō prescribā. Ea propter apud iurecōsultos pro omni specie ędificij dici inuenit. Cū ⁊ pro sepulchro. Qui. posuit. Est mihi marmorea sacratus in ędę sichęus. Pro cubiculo. Cur. Excubabāt principū liberi seruatis noctiū vicibus proximi foribus ędis: in qua rex acquiescebat. Idē pro cęnaculo posuit: cum ait. Stabant ad fores ędis eius in qua rex vescebatur. Fitq; ędes vt scribit Ser. ab edo. q; in ea sacrificantes edere consueuerint. Jam quędā sunt noīa quę initio diphthongātur: q̄nis a verbo non diphthongato deriuentur: vt ędes: ędiculus. Var. ab aditu fieri putat q; s. plano pede adibant. Unde etiam primam diph. vocalem accepit. Fest ędes q; in edito poni soleret. Aliędem dici existimant q; in ea quum degatur.

Aedicula dicitur vbi deum simulacra seruantur. Pli. lib. xxxvj. de Venere gnidia: ędicula eius tota aperitur: vt conspici possit vndiq; effigies deę. Aug. li. ij. de ciuit. dei. Nulla ędicula sacra dignum putauerunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ædificiū ędis cōstructio. ⁊ ponit pro oi structura. Nā ędificij appellatiōe nō solū superficiē signari. sed solū q̄q; ipm cui ędificiū superpositū est: Vulpianus putat.

Ædifico. as. ppie ędē facio: q̄uis ad oīe constructionis genus: etiā ad naues pertineat. Cic. Qui cū maxias ędificasset: instruxisset q̄z classes. Cū videt magis sumi, p cōstruo: pserim cū ei domus addit: qa aliter frustra domū iūgeremus. Idē. Qui cū ędificasset in palatio plenā dignitatis domū. Huius cōpolita sūt coędifico. sil ędifico. Exędifico manifeste seu pfecte ędifico. Pl. de apib⁹. Domos pnū plebeis ędificāt: deide regib⁹. Inędifico. intus ędifico. Li. li. j. Et vt libera ceteris religiōib⁹ ara eēt: tota Iouis tēpliq; eius: qō inędificaret: exaugurare fana sacellaq; statuit. Proędifico. Cū proędificatū: qō ceteres dicebāt: qō expuato loco pcesserat in publicū solū. Reędifico: rursus ędifico. Superędifico. Hiero. Si gs autē superędificat sup fundamētū hoc aurū argentū ⁊ cetera.

Ædepol. penul. cor. aduerbiū iurādi: qō est quasi per ędem pollucis. Item pol ⁊ perpol quę idē significant.

Perpol q̄; pauci per tmesin dictum puto.

Ædiles pe. pro. dicti sunt ab eo q̄ ędes sacras ⁊ puatas pcurarēt. Vel ab aditu: q̄ facilis ad eos aditus esset Primo ex plebe duo creati sunt ędiles. Deinde pcedēte tpe duo ex patriciis adiūcti sunt. Qui a solio eburno qō eis datū est: Curules dicti sunt. Officiū ędilū erat ludos publicos exhibere: ⁊ sacras puatasq; ędes pcurare: totam vrbē tueri: vt cloacę ⁊ aquę ductus ⁊ quęq; publica ędificia mūda ⁊ integra essent: loca in theatro assignare. Si quispiā ferū aut iumentū morbosum vitiosumve p integro sanoq; vēdidisset: edicto ędilū emptori succurrebat. Idq; edictū ędilitiū dicebat: siue ędictiones ędilitię. Erāt ⁊ alij ędiles qui frumēto pręerāt: ⁊ a Cęsare creati. Et a Cerere cereales noiati sunt: vt scribit Pompo. His cura rerū vendendaz ne qua fraus fieret ⁊ mensurarum cōmissa erat. Scribit Dion. Hali. li. vj. anti. Ad officiū ędilū pertinuisse: vt curā haberent annonę forensis: copięq; ciuariorū editiōes edi. Hi apud grecos agoranomi vocātur: a foro rerum venaliū: cui regulā pręscribunt.

Ædilitas ipsa dignitas. Suet. in Cęs. Siquidem ante Ædilitiū idem qō (paucos dies q̄ ędilitatē iniret. ędilitas ⁊ ingratus. Cic. li. iij. off. Pub. Crassum cognomine dīues: tū copijs functus est ędilitio mario munere.

Ædilitius. a. um. no/ (Idē significat ędilitatus. us. men posſ. Vt comitia ędilitia: in qbus creabant ędiles.

Ædilitius. ij. qui ędilitate functus est.

Ædituus ędis tutor. i. curam gerēs: ab ędibus sacris

Ædituo: ędem tueor. Unde ędituen/ (qs tuetur. tes. pędes sacras tuētes. Ceteres Ædituo: dīere. L.

Ædititius pe. cor. Sellio autore ea forma dicit: sicut finitimus: legitimus: p eo qui ędibus pest: quasi ędis intimus. Sic claustritimus qui claustris iamq; pest. Au. li. v. con. Siuisti eū comprędi ab ędititiis fortanq; furem. Lice. in Cer. Ædititiq; custodesq; mature sentūt diuersantē in quodā tugurio extra vrbē. Sed pro eo nunc vt Var. li. iij. de lin. la. ait. Ædituus vsurpatur. Lucre. Pro ędituis vtiq; ędituentes. Hospitibus loca quę cōplerant ędituentes. Hos greci νεωκόρους neocoros vocant.

Ædo. is. didi. itū. ab a qō est extra: q̄si extrado. Cū ędere cępit emittere: promere: in lucē dare: manifestare. Sic dicimus aliquē ędidisse librū. Cū ędition: publicatio. Et quoniā quę generant in lucē prominūt: factū est vt ędere sit generare. Hor. li. j. car. Mecęnas atauis ędite regib⁹. Et ędere exhibere. qō est spectaculis cōmodatū. Suet. in Cęs. Ędidit spectaculi varij generis munus gladiatorū. Cū ędītores liberos exhibitores dicti sunt. Per ę diphthongon inuenio antiquitus: cum tamē ab e componat.

Ædon grece ἀηδών. Luscinia. Var. quoq; leues cala/

Ædītus. a. um. pe. (mi: quę suauis cantat aedon. cor. altus ⁊ fortis dicit. Hor. in ser. Tribus ędition cedebat vt in grege taurus. Et ędita loca dicunt alta ac sese ędentia. i. ostendētia. Scribiturq; cū diphthongo vt differat ab edo pro comedo. Sic ⁊ Cornuco. Non videt tamen efficax ratio: cū in coniugando multum differat edo compositum: ⁊ edo simplex. Nec potest edūum ab edo es deductum videri.

Ædititius index quē vna pars elegerit. Cic. p Plan. Neq; eīm q̄q; aliud in hac lege nisi ędititios iudices ser/

Ægeus Thesei pater Athenarū rex. A quo (uatis.

Ægeum mare vt (gęum mare vt quidā putant. quidā dici volūt: q̄ in eo Ægeus thesei pater se precipitauerit. Alij q̄ Ęge Amazonū regina in eo perierit. Strab. ab ęgis oppido in Lubęa. Pli. ab αἴξ capra derivat. Qui li. iiij. sic scribit. Plurimis insulis cōspersum cui nomen dedit scopulus inter Tenedū ⁊ Chium verius q̄ insula aeri noie a specie tā/ę: quę a grecis ita appellat repente e mari exiliens. Solinus. Inter Tenedū ⁊ Chium est Claros insula: qua Ægeus finis pandit ab dextra Antandrū sęuū est. Hoc eīm verius q̄ insula cognominari meruit. Idq; quoniā visentibus procul capręę simile creditur: quā greci Ægea nuncupant: Ægeus inquit ab eo finus est appellatus. Var. Ægeū inquit dictū ab insula q̄ in eo mari scopuli in pelago vocant: a similitudine eapārū eges. Pacu. Ęges ferme aderāt equore in alto ra

Ægę pluralis numeri: vel ęge (tibus repentibus. es. vbs Lilicię. Quo etiā noie dicta est insula ī mari ęgeo

Ægea nomē duarū rerum: vbium: vt scribit Ptole. Quarum vna est in Emathia: alia in Mauritania.

Ęgęon nomen gigantis.

Ægialeus Adrastę frater. Ægiale es. siue ęgialea. ę. nomen proprium vxoris Diomedis.

Ægialus latine dici potest littus. Quo nomine dicta est Achaia propter vrbes per ordinem positas.

Ægeria nympha fuit quę colebatur in Aricino lacu: cum qua Numa Pompilius ⁊ cōnubiū ⁊ colloquiū se habere simulauit super cultū religionū: quo armorum ⁊ prędę studio flagrantem Po. Ro. abstraheret. Unde Ouid. Ægeria est quę prębet aquas dea grata Camęnis Illa Numę coniunx consiliumq; fuit.

Ægis. idis. munimentū pectoris eneū: cum Gorgonis capite. Qō si a pectore numinis ęgis. Si in corpore hoīs Lorica dicit. Et a capra nomē deductū est: quia de corio eius fiebat. Et ideo Minerua habere Gorgon in capite dicitur: quia prudentia sua quasi alios saxeos reddit.

Ægiochus dictus est Iuppiter q̄ corio capellę Amalthęę vsus fuerit pro scuto: quādo contra Titanas dimicauit: vt inquit Lactanti. libro primo.

Ægides pe. pro. patronymicū est ab ęgeo Thesei patre. Ouidius. Perfidus ęgides ducentia fila secutus.

Ægylos. est abscessus inter nares ⁊ angulū maiorem oculorū per quē pituita assidue distillat. Et si negligatur ad ossa vsq; dehiscit in fistulā. Differt ab Ægylope: id quod Crithen: hoc est Hordeum vulgo ordeolū appellant. Et Galenus Posthiam Crithe abscessus est pusillus oblongusq; sub ipsum palpebrę torulum. Hoc est: vt ait Celsus: super pilorū locum. Officit luminibus. Et quod vocat ancylos: siue ancyloblepharos quo palpebrę coalescunt inter se: apeririq; non potest oculus. Cui non admodū absimilis est morbus qui encanthis vocatur: in ipso angulo tuberculū quod palpebras parum deduci patitur: Sed ⁊ si membrorum articuli sic hęrent velut comprensi Ancyla ⁊ Ancylosis vocatur.

Ægina pe. produ. fuit Asopi Bęotię regis filia: a qua vbs peloponeso adiacens contra Atticam: aegina vocatur: Et a qua Aeacus eiusq; posteri genus duxisse feruntur. De hac Ouidius lib. vj. met. Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit. Hinc Aeginenses dicti sunt.

Ęginurosi. i. Capraria: insula vltra Corsicam insidi/

Ægysthus Thyestis filius: (osa naufragijs. Lor. qui a capris nutritus fuisse perhibetur.

Ægle nympha Solis ex Perse filia: latine splēdor. Ex

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ante E

Aegloga pe.cor.capr:arū seu rerū pastor:aliū sermo ꝺr. Aegon eñ capr:az:logos sermo ꝺr:Et ecloga fine diph. electio vel explanatio elegātia ꝺr:vt inqt ℙli.li.iij. epiſ. Et Euſeb.li.iij.eccle.hiſto.cōtra Cornelliū.

Aegocephalus pe.cor:vt Ariſto.li.ij. de animalib⁹ inquit:auis eſt quę lyren omnino caret.

Aegon:nomē paſtoris:z caple ſignificat. Quo etiā nomine ꝓmōtorū Lemni dictū eſt.

Aegoneñ.porta Romę:quę z Quirinalis: eo q mōs ipe quirinalis ꝑus aegonus cognominatus.

Aegonom⁹ pe.cor.capr:az ductor:q z epōlus ꝺr: ὁ ἀπ' αἰγὸς νῆ νεμω τοῦτο ὅθεν τὸ νέμ Θ τοῦ νέμεος.i.q ἀπ' αἰγὸς.i.capra:z νέμ Θ.i.paſco:vnde νέμος.i.nemus:immo loc⁹ apt⁹ capris depaſcēdis:a ꝺ oñdit ꝓpa derivatio.

Aegolethron::herba i pōto alba:dicta a capris itermīnēdis ἀπὸ τοῦ greci capra noiant. ὀλέθριον pnitioſū exitiale.

Aegoceros otis. Vel egoceron pe.cor.aial:alio nomie capricorn⁹ ꝺr. Hiero.ꝓtra Joui. Magna ininitia nuptiaz: vt int ſcorpios gdē:z cētauros:z cācros:z piſces:z egoceratas.i.capricornos vxorē maritūq ꝓſtituerint λέγεται ὁ τὸ κέρα Θ ἀπ', Lu. Aegoceron:cancrumq tenet. Dicitur quoñ κέρας cornu eſt:z ἀπ' capra.

Aegos:Thracię fluui⁹:ad cui⁹ oſtia claſſis Atheniēſiū a Lyſandro capta fuit. ℙli.li.ij. Jdq factum interdiu in Thracię pte ad egos flumē:cui⁹ loci accolę egopotami/

Aegipanes ſūt nudi:leues:capnos pedes tę noiant. habētes. Ceteres hmōi mōſtra ꝑ ſemideis: ſiue ꝑ ſylue/ſtrib⁹ dijs coluerūt. Quēadmodū Faunos:Syluanosq Faunos ac Satyros nemorū deos eſſe dicentes ℙanas agror:Syluanos ſyluaz. Vide in dictiōe Satyri. Qui. Sūt mihi ſemidei:ſūt ruſtica numina nymphę. Et Fauni Satyriq z mōticulę Syluani. Quos qm̄ cęli nondū dignamur honore. ℙōpo.inella ſcribit vltra Athlantez ℳauritanię montē noctu pſępe viſa lumina: z crepit⁹ cymbalor:ac fiſtularū cant⁹ auditos:nec die reptū quēq. Jdcirco ꝑ ꝓſtāti habitū:hos Faunos eē:ac Satyros.

Aeger a um:ab ago is.p cōtrariū:q actiōe vacet: ſiue q qui morbo correptus eſt, grauī⁹ agitet. Et dicim⁹: hic eſt eger pedib⁹:z hic eſt pedib⁹ egrius Vale. ℳarti. in.v. dixit:ℙulſu venarū cōperit:cuius morbi eger eſſet.

Aegreo es:eger ſum. A q egreſco:qđ magis eſt in vſu: eger ño. ℙli.li.x. Corui ante ſolſticiū generāt. Item egreſcūt ſexagenis dieb⁹ ſiti maxie añq fici coḡat autūno.

Aegre aduerbiū:ſignificat moleſte:dolēter:inīq anio. Terē.in Hecy. Sz reprimā me:ne egre quicq ex me audiat. Jtē egre:male:difficulter. Vergi.li.iij. Georgi. Ergo egre raſtris terras rimant. Col.li.j. Seruos quoq q ſecuturi patrēſa.ſūt:nō egre pedib⁹ ingredi.i.iuite vel diſ/

Aegroto as pe.p.o. Jnfirm⁹ ſum. A quo ficulter. egrotatio. Quę ſic ab ęgritudie diſtinguit:vt docet Hiero ſup Joel. q egritudiné animi dicim⁹:aliogn corporis nō egritudo:ſed egrotatio ꝺr. Jdē ad Julianū diaconū. Quāq ita me ingis tā corpis egrotatio: q aię egritudo cōſumpſerit:vt morte iminēte:nec mei pene memor fuerim. Cice. Sz ꝓprie vt egrotatio in corpe:ſic egritudo in aio noiat. Cū ipe li.iiij. Tuſcu. diffinit quid ſit egritudo. Stulta egritudo eſt q efficiunt in malis opinatis:aioſq demittūt z ꝓtrahūt:ratiōi nō obtēperātes. Jnueniť tamē eger. Dicit etiā de corpe:z egror⁹ de aio. Saluſt. Antonius pedib⁹ eger q prelio adeſſe nequibat. Hora.i Ser. Quo me egrotare putes animi vitio. Ab egroto fit coegroto. Hiero. q ſi ipa languerit coegrotandus eſt: z nunq ab eius lectulo cedendum.

Aegrimonia pe.cor.idem eſt qđ egritudo. ℙlautus.in Ru. Tantiſper dum abſcedat a me hęc egrimonia.

Aegula ſpecies ſulphuris ſuffiendis lanis vtilis:quoniam candorem ac molliciem prestat. Ec.

Aegyptus:regio in aphrica. Vel ꝑm aliquos aphricę p/rima:ab Aegypto Danai fratre ac appellata:ꝑus aeria dicta. Hęc teſte ℙlinio.li.v. ab oriente rubro mari:aſſyrięq ꝓtūgit:ab occaſu Cyrenē z aphricę reſiduū habet A meridie vſq in ethiopiā ꝓtēdit:a ſeptentrione habet mare egyptū. Eius inſignes vrbes ſunt T hebę Abedos Alexādria Babylon z Memphis. Jn hac, vt ℙlato inquit, nūq viſum eſt pluere:ſed Nili inundatiōe ſęcūdatur. Eius figura triquetra eſt:quā efficit nilus ita ſe diuidens. Ab egypt⁹ fiunt adiectiua. Aegyptius a um: z egyptiacus a um. Cū egyptia ficus in egypto eſt: cui⁹ arbor morō ſimilis folio:magnitudine:aſpectu:pomū fert non ramis:ſed caudice.i.trunco ipo. Eſtq ficus ꝑ dulcis ſine granis interioꝛib⁹:ſęcūdiſſimo ꝓuētu:ſcalpēdo tñ ſerre/is vnguib⁹ aliter nō matureſcit. Sz cū id factū eſt:quarto die demetit:cui⁹ loco naſcit ſeptem⁹. Subnaſcit etiaz ſi nō ſcalpat ſęt q ęter eſtate:porēq expellit imaturū. E.

Aegyptimi pe.p dicunť ethiopes:q egyptijs ſūt finiti.

Aello:vna ē harpiaz. Aella grece:pcella:turbo. mi/

Aeli⁹ z elia noia ſunt ꝓpria. Ro. carēt aſpiratiōe.

Aelia:regio in Aſia inter Miſiam z Joniā. Eſt z vrbs quędam Calabrię:a qua elianus a um.

Aelurus pe.p.o.latine Catus z Felis dicitur. Ariſtot. li.de aialib⁹. Aeluri z ichneumones tot numero pariūt: quot canes. Aelianus:eluroꝛ mas gdez libidinoſiſſim⁹ eſt:femina aūt amātiſſima ꝓlis:fugit coitū cū maribus: quoniā ſemē emittūt calidiſſimū:z q̄ſi ignē genitalia adurens. Hoc cernēs mas:cōez ſętū vitiant. Illa ꝯ ꝓlis deſyderio mares libidine ardētes adit rurſus. Gelli⁹ li. xix. Aeluroꝛ quoq oculi ad easdē vices lunę maiores fi

Aemyliam gentē appellatā dicūt unt:aut minores. a Mamerco Pythagoꝛę philoſophi filio:cui ꝓpter vni cā humanitatē cognomē fuit Aemylius. Nā ęmyliā grę ci ſermōis lepiditatē vocāt. Hęc familia ęmyliana Romę honeſtiſſima fuit. A q Aemylian⁹ appellat⁹ eſt Scipio aphrican⁹ minor q̄ſi Aemylij filius:q p adoptionem inſertus fuit familię Scipionū. Aemylia via ab Aemylio ꝯſule dicta eſt:q a Placētia Ariminū vſq pducta ē. Aemyliana ędificia erāt extra Romā:de qbus Cornelius Tacit⁹. Plus inſamię ad incēdiū habuit:q pdijs Tigilini ęmylianis proꝛuperat. Aemylia regio Italię: quę z flaminea Romandiola etiaz dicit. Jn qua ſunt vrbes Ariminū:Ceſena:Saſſina:Rauenna:Fauētia:Jmmola:Forumliuij:Bononia:z Ferraria.

Aemonia pe.cor.regio:q poſtea dicta eſt Theſſalia:ab Aemone Deucaliōis filio:ꝑus pyrrhea dicta: a pyrrha Deucalionis vxore. Quidā tñ cū aſpiratiōe ſcribūt Hę/

Aemulor pe.cor.vt Apul⁹ inqt, ab amo de/ monia. ſcēdit. Cū z primā vocalē accepit:amare ſignificat inuidere per antiphraſim. Emulari igitur inuidere eſt a cōtrario ſenſu. Vt in actib⁹ apoſtolicis. Et patriarchę ęmulantes Joſeph vendiderunt in egyptum. Jn Eſaia Efraim nō ęmulabitur Judam:z Judas nō pugnabit cōtra Effraim. Aliq̄n ęmulari ſignificat imitari. Cū ęmulus dicit eiuſdē rei ſtudioſus z ſectator. Hoc eſt:q aliquē imitat z ſequit:qđ nō niſi amoꝛe fieri pōt. Cice. ꝑ ℳarcello. Illo ęmulo atq incitatoꝛe ſtudioꝛ meoꝛ atq laborū Differūt tñ ęmulatio z imitatio:q imitatio ſimplex ē z liuoꝛe nō admittit. Aemulatio aūt habet quidē imitandi ſtudiū:ſed cū malitię operatiōe:licet hoc ſine vitio eē poſſit. Vt cuz melioꝛē videam⁹:conamur nō inuidia: ſed amoꝛe ipius virtutis reddere nos pares:aut ſuperiores. Cū eſt illō, Stimulos dedit ęmula virt⁹. Aliq̄n ęmulari eſt participē eſſe. Vt noli ęmulari in malignātibus.

Aemulus:qui ęmulatur.

Aenaria:inſula a ſtatiōe nauiū. Aeneę dicta, vt ait ℙlini⁹. Hęc z Jnarime ꝺr pithecuſaq. Hūc Iſchiade nomine oppidi coꝛendicis imaginē ꝓſerētis in monte.

Aenna:ciuitas eſt in meditullio z vmbilico Sicilię collocata:quę cū ob ꝓfecti ſęuitiā a Romanis deſciuiſſet:q ad concionē cōuocatos ęnenſes vltima internecione elā ſubmiſſis militibus armatis deleuit.

Aeneas pe.p.nomē viri Troiani a Vergilio celebrati.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dictus Aeneas: vt quidã putãt: ab ἄινέω εις: qð est laudo. Nã ἄινος laus latine dicit. Qui tamẽ ꝓcedere nõ poterũt in rei veritate: si, nõ dico citemus totã græciã, ſz vel solũ versiculuz Homeri adduxerim⁹: quẽ volo legãt. τῷ δὲ κακὴ ἐνείκεα ὄνομ' ἔασεν ὠκυάλοιπα. Ab Aenea dicti sunt Aenea vbs in regiõe Cressea. Li. i Aeneadæ Troiani. li. xi. Proficiscũt a Thessalonica Aeneã ad statutũ sacrificium. Aeni: vt autor est Ptolomeus: insula est iuxta Arabicum sinum.

Aenus genus vasis: ab græ: qð est cacab⁹: siue caldaria dicit. Diuidit quãdoqz diph. per digresim: & tũc vt Seruius docet: aspiratio interponit apud Horatiũ. Sub nocte gelidã limis calefactat aheni. Virgi. Aut foliis vndam tepidi despumat aheni. Huius diminutiuũ est Aenulus: & Aenulum Cor. dicit. Virg. scripsisse aena in illo et luce coruscus aena sine h. Qð facile credo. Nõ em̃ necesse est quoties diphthõgus diuidit h interponi: est tñ nonus. Et similiter dihæresim quãdoqz patit. Hora. in epistolis. Si recte facies hic murus aheneus esto. Aliqñ ponitur ꝓ forti. Hora. Inclusam Danaen turris aheneas.

Aeneatores dicti sunt tubicines: ab ænea tuba. Amianus li. xix. Cũ supesset exiguuz noctis: aeneatoz clangore ductoze vbẽ vt moz casurã terribili coronã cinxerũt. Et li. xxiij. Aeneatoz accentu signo dato ꝓgrediẽdi ad pugnam ad arma cõcursum est. Cor. legit Aenatores.

Aenobarbus dictus est Domitius: quoniaz Casto: et Pollux cũ de victoria nũtiarẽt Domitio: ipseqz minime credẽs narrãtib⁹ eẽt: malas barbãqz mamib⁹ pmulsert: & ex fusca in flauã ꝙuerterunt. Qñ a barba rutila: aeneiqz colozis: aenobarbi dicti. Quod postea Domitioz cognomen fuit.

Aenigma atis: obscura allegoria: vel questio obscura: quę difficile intelligit nisi aperiat: vt illud in lib. Judicuz. De comedẽte exiuit cibus: & de forti egressa é dulcedo. Ab ἀνίημι: obscure loquor: innuo. Innuit em̃ qddã: qð plurib⁹ explicãdũ est. Hinc Aenigmatistes: q enigmata facit: seu ꝓponit. Hiero. contra Jouinianũ. Sz qd ad nostrũ αἰνιγματίστην. enigmatistem: cui⁹ libros multo difficili⁹ est nosse: qz vincere. Huius significa

Aeolus pe. cor. Jouis fili⁹. A q tiõis est Aenigmatic⁹. Aeolia. Et vẽtoz rex appellat: fatie vari⁹ siue dolosus õr.

Aeolia: regio duplex est. Una in Asia græcoz colonia: media inter Mysiã & Joniã. Alia ab Aeolijs septẽ insulis intra Siciliã & Italiã. Quarũ nomina sunt hęc Hiera: Strongille: Didyme: Eriphusa: Phœnicusa & Enonymos. Stra. li. vj. Pli. li. iij. Solin⁹: Mella. de Aeolijs quę alijs nominib⁹ a nostris vulcanię: epheſtiades a græcis nuncupant. Dictę eolię ab Aeolo Jouis filio. Dicit etiã lipara a liparo Ausonis regis filio: qui eã ante eolũ rexit. Hinc Aeoliũ mare dictũ est: qð Asiatico littori adiacet ab Aeolijs pulsis olim colonis. Nã antea Mysius

Aeon græce: Aeuum latine dicit. dicebat.

Aepolus pe. cor. Lapitarũ. Aepoliũ Lapitarũ grex.

Aepy vbs Nestoris in montibus sita. Nam Aepy sublime denotat: Aepys altus.

Aequus a um: planus ab aqua: q equã superficiẽ habere videatur: ita vt imaginẽ tanqz speculũ reddat. Per translationẽ ponit pro iusto: quia nullã in partẽ inclinatur. Equus ꝓ animali non diphthongat.

Aeque aduerbiũ significat iuste. Seneca. Judex q parte inaudita altera aliquid statuit: etiamsi eque statuerit: haud equus fuit. Interdũ significat tã: vel tantũ: vel similiter: Vt Tu es eque bonus: ac doctus. Suet. in Cæs. Nihil eque ac iudicis acerbitas pfuit. Virg. li. ij. Geor. Negant alios eque serpẽtibus agros: dulcẽ ferre cibum.

Aequo equas: ex plano. Plini⁹. Aequato deinde pauimento infundit oleum. Et Aequare est cum equitate videre. Virgi. Operũqz laborẽ partibus equabat iustis. Aliquãdo cõtinuare. Idem. Felix si protinus illũ Aequasset nocti ludum. Huius cõposita: Adequo: coequo: exequo: & perequo: quę sim ꝓpositiões significant.

Aequamentũ equatio est: quod & libramentũ dicitur. Nam equimentũ aliud significat.

Aequanimis pe. cor. qui est equi animi: q nec prosperis extollit: nec aduersis frangit. Hinc equanimitas q ẽ fauor & ppitius animus. Teren. in Adel. Facite vt equanimitas vestra poetę ad scribendũ augeat industriam.

Aequanimiter: moderate: patiẽter: equo animo.

Aequitas: modo planiciem: modo Justitiam significat Cuius contrariũ est iniquitas.

Aequęuus: cõtaneus. Ab equalitate qui dicitur.

Aequalis: planus. Unde equalis campus. Quandoqz ꝓ simili ponit & ex equo. Plini⁹ Cum & ipse equalẽ fortunã expertus fuissem. Quãdoqz ꝓ coetaneo. Cicero in Cato. Nec cũ equalibus solũm: qui pauci admoduz restant. Differũt tamen ab inuicẽ: q equales sunt: eodem anno. Coetanei in eodem tẽpore: sed diuersis annis & disparib⁹. Vt Cicero & Augustus fuerũt coetanei: licet Cicero maior natu fuerit: sed nõ equales. Hinc eqlitas: similitudo: paritas. Aequaliter: similiter pariter.

Aequabilis idem qð equalis. Cice. Et vox reducit in sonũ quendã equabilem atqz constantem.

Aequilaneũ: ex toto dimidiũ significat. Dictũ a lotiõe lanę: q dr aquilaneo redire: cũ dimidiũ decidit sordib⁹.

Aequilibriũ: equatis libręs. Quod & equamẽtũ & libramentũ dicit. Trutina cuz pro bilancis seu staterę lingua sumit. Belli⁹. Nam cui membrũ alio ruptũ est: si ipse itidem rumpere per talionẽ velit: quęro an efficere possit: rumpẽdi pariter membri equilibriũ. In qua re: primuz ea difficultas est inexplicabilis. Quin si membrũ inquit alter imprudens ruperit. Quod enim per imprudentiã factum est: retaliari per imprudentiã debet.

Aequimanus pe. cor. qui vtraqz manu vtit: & ita leuis

Aequimeliũ locus Romę: vbi operat sicut dextra. domus Adelij solo equata fuit. Ad. enim Adelius ob frumenti largitionẽ in suspitionem affectę dominatiõis venit: & cũ ad populi fidem fugeret: ab Seruilio Hala magistro equitũ deprẽsus & occisus est: domusqz ejus diruta & area equimeliũ dicta. Ex Cor. & Liuio.

Aequinoctiũ: ex equalitate noctiũ dicit: q tunc dies et nox horarũ spatio equales sint. Duo sunt autẽ equinoctia: vernale. s. & autũnale. Vernale fit quarto Jd⁹ Martias: vel circa. viij. Calendas Aprilis: & in octaua parte arietis cõficit. Autũnale decimo octauo Calẽdas Octobres ad virgiliarũ occasum: diebus. xl. quia annũ olim in duas tñ partes diuidebant: hoc est in æstiuũ & hyemale solstitiũ. Ab equinoctiũ fit adiectiuũ equinoctiale: vt

Aequidiale dictũ ab antigs: qð tẽpus equinoctiale. nunc dicim⁹ equinoctiale: q: nox diei pot⁹ q̃ dies noctiannumerari debet. Sic etiã equidiũ: qð nũc egnoctiũ.

Aequipolleo les: per duplex ll: parez potestatẽ habeo. Unde equipollentia: equiualentia.

Aequiparo as pe. cor. significat cõparo: siue equo.

Aequiualeo es pe. cor. quasi eque possum.

Aequiuocũ pe. cor. est qð greci dicũt homonymõn. Et a Martiano vocat pluriuocũ: qñ plurib⁹ rebus eadez

Aequor: ab aqua nomẽ deductũ: q est appellatio. equã superficiẽ habeat: cũ non fluctuat: & ꝓpie denotat superficiẽ. Ambro. li. Hexa. Et cum sit altitudo diuersa: indiscreta tamẽ dorsi eius equalitas. Unde & equor: appellatuz arbitror: q superficies ei⁹ equalis sit: quia aque licet fluctuantes: velut montes erigant: sedatis tamẽ surgunt tẽpestatibus adequant. Hinc dicimus equora campi: & equora ponti. Cicero lib. ij. Acad. ab equo. i. plano vocabulum accepisse confirmat: q tam plane videt qñ mare equũ. De campo Virgi. li. iij. Geor. Ut prius ignotum ferro qñ scindimus equor. Idem de mari. Aequora ponti. Nec solum de mari: sed etiã de fluuio dicit: vt apõ eundẽ. Tiridesqz secant placido equore syrtas. Accipit tamẽ quãdoqz ꝓ ipso mari. Ut Bis denis phrygiũ con

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

scendi in nauibus equor. Quãdoq; pro aere. Aspice bis se/nos volitãtes equore cygnos. Ab equo: fit Aequoreus. a. ũ.

Aer proprie dicit medium spaciũ inter celũ & terram. Est eñ inanitas plus multo habẽs admistã raritatis q̃ cetera elemẽta. Virg. Namq; canebat vti magnũ per in/ane coacta Semina. Dictus aer. ἀπὸ τοῦ ἀίσσειν ab eo q̃ ferat terrã: vel q̃ feratur. Sed credo potius dici ἄηρ ὅτι ἄημι τὸ πνέω. i quoniã ἄημι est spiro. Vnde ꝓducit vlti/mam. Luc. lib. j. Aer & longi voluent titana labores. Qui co:ripiunt ipsi viderint. Nec Claudianus dicit Lucidus vmb:oso miscebit aer aquerno: qa sensus esset contrarius & sillaba salsa: sed dicit Axis: vel orbis. Hic autẽ aer par/tim ad terrenã: partim ad cẽlestẽ materiã pertinet. Nam ille subtilis vbi ventosi: ac pcelloso motus nõ possunt exi/stere: ad cẽlestẽ pertinet parte. Iste vero turbulẽtio:: qui ex halatiõibus humidis co:oritur: terrę deputat: quicq; ex se multas species reddit. Nam cõmotus ventos facit: vehemẽtius concitatus ignẽ & tonitrua: cõtractus nubi/la: conspissatus pluuiã: congelatis nubibus niuẽ: turbu/lentius cõgelantibus dẽsio:ibus nubibus grandinẽ: dis/tentus sereni efficit. Distãtq; a terra: vt inquit Possido: stadiis. xl. Aliquãdo aer dicit ventus: spiritus: vel flatus modicus. Vir. Aera dimouit tenebro:osum: & dispulit vm/bras. Aliquãdo do: sonus. Var. Anima vt cõclusa in vesica quãdo est arcte ligata: si perculeris: aera reddet. Aerius a. um. per i. vel aereus per e. modo significat altũ. Vt ae/ria turris. Modo q̃ cõstat ex aere. Vt corpus aeriũ: ful/

Aeripes penul. co:. celer: quasi aerios (go: aerius. pedes habẽs. Quidã tamen cõpositum nomẽ putant ab æs. æris. Cler. Syngrafim fecit. Fi. erit gripedẽ ceruam.

Aeranthemis herba flo:ẽs vere. quę camemelon dici debet: sed vulgus Chamomillam vocat: ab Asclepiade anthoinis dicta. Lc.

Aeritusę iaspides aeri similes. Lc.

Aeromantia: diuinatio ex aere. Lc.

Aerope pen. pro. Atrei vxor: ex qua Thyestes duos fi/lios suscepit. Et non est diphthongus. Nam scribit a grę cis ἀερόπη. Quid. Ilũ. de trist. Si non Aeropẽ frater sce leratus amasset Cõuersos solis nõ legeremus equos.

Aeroꝑide post aes vnde venit.

Aerumna ἀπὸ τοῦ ἄειρω gro: leuo: tollo. Proprie grum/nę dicunt furcinulę: qbus viatores sarcinas suas religa/tas: tabella interposita: ferre cõsueuerint. Quę quoniã a Mario institutę sunt: muli mariani postea vocatę. Hinc factũ est: vt labores onerosi: grumnę dicanẽ. Vnde Ver/culis grũna. Similiter grũna dicit miseria: calamitas: in/felicitas. Vnde grũnosus dicit: quod est laboribus: ac mi seriis afflictũ. Cic. lib. ij. de fi. aerumnas Maiores nostri labores non fugiendos nominauerunt.

Aes. æris sumit pro ossii metallo: sed præsertim pro eo qõ est coloris rubri. Deductũ nomen putãt aliqui ab au ri similitudine. Alij a græco deriuant ἀία terra. Var. ab asse. Accipiturq; pro pecunijs. Quoniã æs fuit in pretio magis aurũq; iacebat: vt ait Lucret. Nunc (versa vice) iacet æs: aurũ summo successit honore. Et primo ex ære pe cuniæ signatæ. Ouid. in Fast. Aera dabant olim: melius nũc ômen in auro est. Victaq; concessit prisca moneta no uæ. Cato. Fundũ eribus suis emptũ possidebant. Serui/us fer primus post vrbẽ conditã signare æs cepit: cuius in altera parte nota fuit Janus geminus: ex altera rostrũ nauis. Nã quia Saturnũ classe deuectũ hospitio Janus acceperat: & ab illo peritiã rurris edoctus: ferã illam ac rudẽ ante fruges cognitas vitã: in melius redegerat: re/gni eũ consociũ fecit. Et quoniã naui fuerat aduectus in signãdo ære: ex vna quidẽ parte sui capitis effigiẽ: ex alte ra nauis rostrũ impressit: vt q̃tũ in eo esset. Saturni me/moriæ cõsuleret: ne accepti beneficij immemor esse videre/tur. Nomẽ etiã quandoq; pro tubis. quoniã ex ære fiunt. Virg. Aere ciere viros. Tũ gneatores tubicines dicunt.

Aereus a. um. quod ex ære est: sicut Aheneus.

Aeraę numeri nota est. Puta in moneta notabat nu/merus quẽ valebat. Lucil. Hæc est ratio peruersa æra nu meri est subducta improbe. Astrologi quoq; initiũ a quo supputationes incipiunt: æram vocant. Dicta æra ex eo q̃ omnis orbis æs reddere professus est reip. Aera etiam græca dictio est: quę apud nos lolium significat: vt inquit Dioscorides. Hinc æreneus. a. um. quoꝺ: æra factũ est. Dioscorides vero cum melle: & æreneæ farinæ: id est loliaceæ.

Aerarius. a. um. quod est æris: siue ex ære. Pli. li. xxxiij. Laudationẽ eandem in ærarijs metallis: & proximam in argentarijs fieri compertum est. Inde.

Aerarij tribuni a tribuendo ære. Nam vt Var. scribit. Tributa erat eis pecunia quã in litibus redderent. Idq; quod attributum dicebatur æs militare.

Aerarij milites dicti sunt ab ære: q̃ stipendiũ facerent. Aes enim stipem quoq; dicebant. Vnde stipendium.

Aerarium. æris repositoriũ. hoc est nummorum simuliũq; rerũ præciosarũ: atq; opum quę vtilitatem resp. allaturę erant. Sic dictũ q̃ æra in eo principaliter inferebãtur.

Aero. as. Pcat æs misceo: ære adultero: siue ære orno. Cũ æratę fores apud Var. Plin. A metallo: quoq; nomi nibus solẽt nasci verba. Vt ab auro. auro. as. Ab ære æro as. Cũ auratus & ærat⁹. Huius ꝓbi cõposita sũt. Ob æro & subæro. Pers. Ne qua subærato mẽdosus timiat auro.

Aerosus. a. um. ex quo æs fit. vt Lapis ærosus: quẽ alio noie Cadmiam nũcupant. Et ærosa ab antiquis Cypr⁹ insula dicebat: q̃ in ea plurimũ æris nascit: vel q̃ primo

Aerificiũ quod ex ære factum (ibi intientũ sit æs. est. Var. Politę enim quasi ærificio videbantur.

Aere diruti milites vocabantur: quibus propter igno miniam stipendium subtrahebatur.

Aeruscare veteres dixerit ꝓ pecunias vndiq; colligere.

Aerugo penulti. produc. idem quod rubigo. Et pro/prie in ære vel argento: & viridescit. Rubigo vero in fer/ro & segetibus. De quo loco suo. Plini. libro. xxiiij. Re/fert æra extersa celerius rubiginem trahere q̃ neglecta: nisi oleo perungant. Aeruginis in medicina magnus v/sus: cuius vis est collyrijs oculoꝝ aptissima. Apud Ho/ratium & Junie. accipitur æruginis pro pecunia: quę ex ære fit. Hinc æruginosus. a. um. Sene. lib. de breui. vitę Maiorẽ dierum partem: in æruginosis lamellis consumit.

Aes nostrũ dicitur: qõ nobis alij debent. Aes alienũ: qõ nos alijs debemus. Aes suũ quod alij ei de quo lo/quimur debent.

Aes militare dicebatur: quod (quibus tribunis ærarijs attributum erat: vt militibus reddere/tur. Plaut. in Aulu. Edit miles: æs petit.

Aes ductile: qõ facile ducit: attenuaturq; in laminas. Aes caldariũ qõ funditur tantũ: & malleis fragile est.

Aeschines pe. pro. nomẽ proprium oratoris græci: Demo/sthenis æmuli. Fuere etiã alij septẽ hoc noie vocati.

Aeschylus pe. co:. nomẽ poetę tragici. Hora. Post hũc personę pallęq; reperto: honestę Aeschylus: & modicis instrauit pulpita tignis. Hic cum esset caluus: & in apri/co forte quiesceret: testudo ab aquila in altũ delata: cum decidisset: caput eius confregit: interemitq;.

Aesculapius. nomẽ est Apollinis filij: qui medicinam artem vel laude: vel opere ampliauit. Ob eamq; rem in deorũ numerũ receptus fertur. Cuius duo filij Podaly/rius & Machaon: bello troiano Agamennonem secuti: non mediocrem opem cõmilitonibus attulere.

Aesculus arbor: glandifera: cuius fructu cũ in primę/na ętate homines vescerentur: ab edo pro comedo de/duci putatur: q̃nis edo primã breuem habeat. Quidã tamen fine diphthongo scribunt: ab esca uomen traben/tes: q̃ ante vsum frumẽti hęc arbor: mortalibus victum præbebat. Hinc Aesculeus. a. um. Palla. Asseres quer/neę: cum æsculeis non misceantur. Æsculum neutri gene/ris: & sine diphthongo: ciuitas in agro piceno.

Aesis ciuitas Umbriæ. Aqua Aesinates populi. Plin. li. xj. Æseũ inquit æsinatẽ ex Umbria. Ptol. quoq; hanc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vrbem Aesiam: ab qsi fluuio nominat.

Aesopus pen. prod. nomé fabulatoris clarissimi. Inde Aesopianus. ¶ Hier. Iuxta Aesopianã fabulã. Hic miser vita: miser morte: ⁊ miser forma. Cũ Dauis. ¶ Planudius de ipso ita scribit ἄισωπος ὁ μὲν γένος, ἐξ ἀμορίου φρυγίας τὴν δὲ τύχην γέγονε δοῦλος. ἐτύχανε δ' ὢν οὐ μόνον δοῦλος ἀλλα καὶ λυσιτελέστατα πασῶν ἐπ' αὐτοῦ πάντων ἀνθρώπων εἶχε. καὶ γὰρ φοξὸς ἦν σιμὸς τὴν ῥῖνα σιμὸς τὸν ξάνθος τὸν τριχολοφος καὶ μέλας. ὅθεν καὶ τοῦ ὀνόματος ἔτυχε. ταῦτα γὰρ αἴσωπος ὁ φρύξ. ¶ Aesopus genus quidẽ traxit ex Amorio ¶ Phrygię: sed fortuna natus est seruus. Fuit aũt non solũ seruus: sed ⁊ deformissimus oim sui ętatis hoim. Nã acuto capite fuit: pręssis naribus: depresso collo: pminẽtibus labris: niger vnde ⁊ nomẽ sortitus est. Ia dẽ enim Aesopus qđ ęthiops

Aestimo. as. pe. co: ꝛcat appręcio: taxo. Componũt ab ęs ⁊ τιμή prętũ: quasi ęre taxo. Et construẽ cum ablto vel gto hoũm nominũ tanti: quãti: quãtus: tantidem: quãticunq; magni: parui: pluris: minoris: maximi: pluri mi: nihili: ⁊ si qua hmõi reperiant. Licet etiam ablatiuis horũ nominũ sine substãtiuis iuncti huic verbo inueniantur. Boe. in prolo. li. topi. Ingratũ quidẽ si magna Trebatij merita: quibus ipse vsus fuerit: paruo ęstimare videret: cum nullã eis gratiã restituendã putaret. ¶ Hier. in leui. Si statim ab anno incipientis iubilei nouerit agrum quãto valere potest: tanto ęstimabit. Frequẽtus tñ cum genitiuis iungit. Cic. li. Ecade. Alia pluris esse ęstimãda: alia minoris. Liui. Utrũq; casum cõplexus est. ¶ Dãcipia minora annis. xx. quę post primũ lustrum decẽ milibus ęris: aut pluris venissent: ea quoq; decẽ tanto pluris qũ quãti essent ęstimarent. Similem significationẽ habent ¶ Pendo: facio: curo: est: interest: ⁊ refert cum prętiũ iungitur: quta pro ęstimo: siue ęstimaꝫ ponunt. Ut parui facio nihili pendo ⁊ hmõi. Inueniũt etiam ęstimo sine ablatiuo vel gto. ¶ Iero. in Leui. Si pauper fuerit: ⁊ ęstimatiõem reddere non valebit: stabit coã sacerdote. Et qãtum ille ęstimauerit: tantũ dabit. Sciendũ quoq; in sacris literis: vt Fulgẽtius docet: duobus modis ęstimatio poni solet. Nã qui aliquid certissime scit: ⁊ qui putat aliqđ esse: qđ nõ est: ęstimare dr. Ad ęstimationẽ incertę scientię: seu cognitiõis pertinet qđ dicitur. Aestimabat se visum videre. ¶ Nomine autẽ ęstimationis certissima scientia ponit in libro sapientię. Scit pterita: de futuris ęstimat: id est certissime scit. Et Apostolus. Aestimo q nõ sunt cõdignę passiones huius tẽporis ad futurã gloriam: id est certe scio.

Aestimatio ab antiquis Aestimia dicebatur.

Ab ęstimo fit existimo diphthongo in i longã conuersa: quasi ex ęstimatione statuo atq; decerno. ¶ Prius enim rem ęstimamus: id est cõsyderamus: deinde qualis sit existimamus. i. iudicamus. Terẽt. Nam ea res dedit existimandi copiã quotidianę vitę consuetudinẽ. Quinti. Clamant ei caput: ⁊ suo cuiusq; anio dedit ęstimandum.

Aestimabile quod facile ęstimari potest. Cuius contrarium est inęstimabile.

Aestimata pęna quę certo ęre censebat: vt ouis decussis. i. decẽ assibus: bos centussis. i. centũ assibus. Lc.

Aestas significat tempus: quod incipit ab equinoctio vernali: ⁊ finitur equinoctio autũnali: constatq; senis mẽsibus: ⁊ totus annus in ęstatem hyemẽq; diuiditur. ¶ Particularius tamẽ ponitur pro quarta anni parte. Hoc est pro tribus mẽsibus qui incipiunt Sole cancrũ ingrediente. Nam Sole ingrediente libram autũnus est: ingrediente capricornũ hyems: ingrediente arietem ver.

Aestiuus a. um. pe. pro. quod est ęstatis. Gręg. Aestiuũ tempus quod corpore meo valde contrarium est.

Aestiua dicuntur loca vmbrosa nemorosa in quibus per ęstatem vitatur Solis ardor. Stat. Et vmbrosi patuere ęstiua lycei. Quandoq; ponitur pro ipsis gregibus in ęstiuo cõmorantibus. Uergi. lib. iij. Geo. g. Nec singula mouebi corpora corripiunt: sed tota ęstiua repente.

Quandoq; ęstiua appellantur loca in quibus ⁊ armenta ⁊ greges: ⁊ milites ęstate sunt: sicut hyberna vbi habitant hyeme. Quãdoq; vocantur: quę ęstate fiunt. Unde ¶ Plinius lib. decimooctauo. Aestiua ęstate quę ante Uergiliarum exortum seruntur: vt milium panicum.

Aestiuo. as. sicut hiberno. ⁊ est ęstiuare propter ęstum euitandũ alicubi morari. ¶ Ni. lib. iij. Intra sepem eã ęstiuant pastores opacã pariter ⁊ munitã vallo arborũ.

Aestus. us. calor ⁊ Solis flagrantia. Uerg. li. iij. Geo/gico. Aestibus in mediis vmbrosam exquirere vallem. ¶ Ponitur interdũ pro ęstiuo tempore. Idem. ¶ Propiusq; ęstus incendia volunt. Unde per translationẽ ęstus quandoq; dicitur desyderiũ: cupiditas: libido: amor: ⁊ huiusmodi. ¶ Preterea ęstus vocat impetus marinus vel commotio: q feruore quodã id fieri videatur. ¶ Nam est maris accessus vel recessus: id est inquietudo. Sic etiã dicit vis ventor procella vel fluctus. ¶ Plautus in Asi. Quo magis te in altũ capessas: tam ęstus te in portũ referet. Lucre. li. iij. Frigus vt a pluuijs calor absolet ęstus ab vndis.

Aestuo. as. feruco: flagro. Unbrosi. ¶ Psalmi de torculabribus inscribunt: eo q in his mysteria dñicę passionis spiritusancto feruẽte ardẽtius ęstuarunt. Aliquãdo ęstuare est fluctuare: agitari. Aug. li. viij. de ciui. dei. Oẽs turbellas ⁊ tẽpestates animi: quibus demones ęstuare: atq; fluctuare asserit: nos vera religio deponere iubet. ¶ Huius cõpositũ est exęstuo: qđ est extra ęstuo: exeundo incremẽto. Uirg. Fundoq; exęstuat imo. ¶ Sus. lib. opti. Quę materia in illis locis passim e terra exęstuat. ¶ Hieron. ad ccitum semper exęstuant. Sueto. Fossas oẽes: quas Nilus exęstuat: oblimatas lõga vetustate: militario opere detersit.

Aestuosus. a. um. qđ est calore plenũ. Colu. li. iij. Cęlũ neq; nivale vinea: nec rursus ęstuosum desyderat.

Aestuaria loca dicũt: per quę mare vicissim: tũ accedit: tũ recedit: siue quę marinis aquis referta sunt: ex inundatiõibus pelagi. ¶ Pli. li. iij. Illyrici ora mille amplius insulis frequentat: natura vadosi maris: ęstuarijs tenui alueo intercusantibus clare ante ostia. Timani calidor: cum ęstu maris crescentiũ iuxta Istrorum agrum.

Aetas grecũ est ἀιὼν ἀιῶνος inde latine euũ eui: euitas: etas per syncopã: sed etas plerũq; generaliter dicit: vt etas senectutis: etas iuuentutis. Sex em̃ sunt hoim ętatis gradus. Infantia: pueritia: adolescentia: iuuentus: grauitas: atq; senectus. In his sex spatijs philosophi: vitam descripserũt humanã: quibus mutat: ⁊ currit: ⁊ ad mortis terminũ peruenit. Ilar. quinq; gradus facit. In primo vsq; ad annum: xv. pueros dictos: q sint puri. i. impubẽres. Secũdo ad trigesimũ annũ adolescentes: ab adolescendo noiatos. In tertio: qui erat vsq; ad quadraginta annos iuuenes: appellatos: eo q reimp. in re militari iuuare possent. In quarto autẽ gradu: vsq; ad sexagesimũ annũ: senio: es nuncupatos: q tunc corpus senescere incipiat. Unde vsq; in finẽ vitę vnusquisq; quintũ gradũ factũ: in quo qui essent senes appellatos: q ea ętate corpus iam senio laboraret. ¶ Horũ tamen singuli: trifariã diuidũtur: vt prima pars viridis sit: deinde adulta: postea prępeps. vnde Uirgil. Uiridisq; iuuenta. Illi aliter diuidunt ętates. Ętas vero mundi. ¶ Prima ab Adam vsq; ad Noe. Secunda a Noe vsq; ad Abraham. Tertia ab Abrahã vsq; ad Dauid. Quarta a Dauid vsq; ad transmigrationẽ Judeę in Babyloniam. Quinta deinde vsq; ad aduentũ Saluatoris in carne. Sexta quę nũc agitur vsquequo mũdus iste finiatur. Interdũ ętas accipit pro anno. Uirgil. Ubi quarta accesserit ętas. Ilar. Ętatem vix decimã egressus. Interdum pro. xxx. annorũ spatio. Lice. Tertiã iam ętatem hominũ viuebat. Sic ¶ Plutar. ostendit ętatem esse spatiũ. xxx. annorum: secũdum Heraclitum. Interdũ pro centum annis. Ouidi. Annos vixi bis centum: nunc tertia vinitur ętas. ¶ Ponitur ⁊ pro quouis tẽpore humanę vitę longissimo. Dicitur q; ętas: vt inquit Apule. per syncopam: quasi ęuitas ab ęuum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Grecę ętates γεραὸν dicunt. Ætas mala: dicta est senectus. Plaut. Constitus sum senectute: onustum gero corpus: vires reliquerūt: vt ętas mala est: mors mala est: ergo: e contrario bona ętas Iuuentus appellatur. Lice. Quod seipsis voluptatibus bona ętas fruitur: libentius primum paruulis fruitur rebus.

Ætate aduerbium significat diu. Plau. Ætate ambo ambobus sint obnoxii. Idem Ætate velim seruire Libanum: vt conueniam modo.

Ætatula diminutiuum: id est ętas modica.

Æternus q̄si ęuiternus: perpetu⁹: a quo sempiternus: quasi sp ęternus. Æternitas: perpetuitas. Differūt tamē ęternū & sempiternū: q̄ sempiternū dicunt deū esse: qui semp fuit: erit⁹q̄. Æternos hoies: qui principiū quidē habuerint: & tamē animo sunt imortales: atq̄ perpetui.

Æterno. nas. perpetuum facio. Varro. Literisq̄ ac laudibus ętternare. Sunt tamen: qui ęternus & ęterno aspirent: quando ab ęthere deducant.

Æta nomē est montis in Thessalia. Vne Ethalia.

Æthalia insula in ligustico mari: vide infra in dictio/

Æthiologia causę redditio. Nam ἀτία causa est & logia λογία ratio ὅτι ἀτία, & ἀτιάομαι, καὶ ἀπὸ τοῦ λέτω λόγος ὡς ἀπὸ τοῦ ἔχω τροχός. Quoniam ἀτια causa & ἀτιάομαι accuso: vt a λέτω id est dico λόγος dictio a ἔχω curro τρόχος rota: reuolutio.

Æther summas est: vbi stelle sunt. Grece ἀιθὴρ. ponit ab aliquibus pro elemēto ignis. Nam secundū Var. Cęlū diuidit in ęthera & aera. Terra in aquā & humū. e quibus summū esse ęthera: secūdū aera. tertiā aquā: infimā terrā esse scribit. Aug. li. viij. de ciui. dei. Æther longe a terra alteq̄ suspensus: aer vero ętheri terręq̄ contiguus. Ouid. li. j. meta. Hęc superpositi liquidū & grauitate carentē Æthera nec quicq̄ terrenę fęcis habentem. ab ἀιθω ardeo. Anaxagi. Ætheris noie ignē significauit: q̄ superiora igne plena sunt. Arist. Æthera cęlum dixit ex ἀεὶ semper & θέω voluo curro: quasi perpetuā volubilitatem indicet. Nam li. j. meteorologię sic scribit. Corpus eīm circulare sp curreret: fil' diuinū quippiā inesse: opinātes Æthere noiari statuerūt. Vnde Ouid. ad Cęsarē. Sic habites terras: vt te deq̄ deret æther. Alij accipiūt p aere. Apul. Aqua tellus ęther ignis. Cic. Resonatq̄ fragoribꝰ ęther. Ab ęther fit Æthereus. a. ū. Idē. aethereā q̄s lapsa plaga Iouis ales apto Turbabat cę/ (lo. cusatiuo greco ętherem vel ęthera: sicut lampas lampadem: vel lampada. Hęc lampada. Thorax thoracē: vel thoraca: hęc thoraca: Et ponit pro aere. Vnde canimus. Quē terra pontus ęthera: colunt adorant prędicant.

Æthra. ę. splēdor: ętheris: & pro aere ponit. Virg. li. iij. Nam neq̄ erant astrorum ignes: neq̄ lucidus ęthra Sydera polus. Hoc etiā nomine dicta est Thesei mater. Alia fuit mater Pithei. de qua Ouid. in epistola Ariadnes.

Æthusci dicti sunt: vt quidā putant ab Æthria ciuitate: quam Diomedes condidit: postea atria dicta: siue ἀπὸ τοῦ ἄιθρας, & ἀσκεμι. ab ęthria & ascein propter auguriorū periciā: quasi de cęlo seruātes: & exercētes ęthera. Alij ἀπὸ τοῦ ἄιθρας ęthras. Quę serenitatē significat: maxime q̄ ęthria: ab oīi aeris caligine: nebulaq̄s remota videat. Seruius vero Hetruriam dicit esse Italię prouinciam: q̄ eius fines protensi sunt vsq̄ ad primā ripam Tyberis. Heteron eīm alterum. ὄρος finis dicitur. Roma eīm antea: vnā tantū tyberis ripā tenebat. Vnde Iuuen. Imperij fines tyberinū virgo natauit. Liui. lib. j. Pax inter Hetruscos & Latinos ita cōuenerat: vt hetrusci latiniq̄ Albula: quā nūc tyberim vocāt: finis esset. Sunt tī qui sine diphthongo: & sine aspiratione scribāt quoniā prima eius dictionis corripiat. Mar. Quantum sollicito fortuna parentis hetrusco. Hos aūt qui corripiunt sequemur: & per h. in principio scribemus.

Æthiopia: vt auctor est Amb. lib. de Paradiso: vilis & abiecta: latina interpretatione significatur. ab Æthiope Vulcani filio: cui pręfuit sic dicta: vt ait. Plini. Cui a greco αἴθω cremo & ὤψ ops aspectus: facies. Nam solis vicinitate torret. Est enim ibi iugis ęstus: Quicquid eius est: sub meridiano cardine est. Circa vero occidū montuosa est: arenosa in medio. Ad orientalem plagam deserta. Cuius situs ab occiduo: atlantes montes: ad orientē vsq̄ in Aegyptū fines porrigitur. A meridie: oceano. A septentrione: Nilo flumine clauditur: plurimas habens gentes. diuerso vultu: & monstruosa specie horribiles. Ferarū quoq̄ & serpentium referta est multitudine. In ea eīm rhinoceros: cameleon: pardus: basiliscus: dracones ingentes. Quidā bifariam diuidunt Æthiopiam: & vnam quidem Asię: alteram Africę assignant. Altera ad orientem vergit: altera est sub ipso meridie.

Æthiops Vulcani filius: qui a se ęthiopiam denoauit. Et ęthiops dicit: qui ex Æthiopia est: qui & ęthiopicus & ęthiopus dicit secundū Ser. nec non & ęthiopissa. Sūt qui ęthiopes dictos putēt: a Cus: filio Cham: Cus eīm hebraica lingua ęthiops interpretat. Di quondā ab Indo flumine cōsurgentes: iuxta Aegyptū inter Nilū: & oceanū: in meridie sub ipsa Solis vicinitate insederūt: q̄rū tres sūt populi. Hesperi: Garamātes: & Indi. Hesperi sunt occidētes Garamātes tripolis: Indi orientes.

Ætites gemma est: quę aquilę colorem habet caudę candicātis: sunt qui Gagitem vocent. estq̄ ad multa vtilis: vnde eam Zoroastres magus oīibus prętulit. Cic.

Ætna mons Sicilię perpetuo clarus incendio: a Doetis decātatus. In cuius ascensu: est oppidum eiusdem nominis: quod montē ascensuros excipit: atq̄ transmittit: multūq̄ distat ab Enna ciuitate: cum mons littori adiaceat Catanensi. Enna vero in medio insulę sit constituta. Quare autē Ætna flammas euomat: Trogus libro. iiij. explicat. Sicilia terra est cauernosa: & fistulosa: quo fit: vt ventorū flatibus pateat. Vnde ignis concipitur intrinsecus sulphur habetur: & bitumen: vbi ventus per spiramenta cauernarū incubuit: diu luctatus: concipit ignem. Sic ętne durat incendium. Motus ergo ventorum causa incendij est. Ab ętna fit ętneus. a. um.

Ætolia grecię regio: in tertio sinu Europę: epiro Acarnanię & locris finitima: greci ἀιτωλίαν dicūt: vnde debet scribi sine h. dicta ab Ætolo Martis filio: Hinc ętholus a. um. pe. pro. Virgi. lib. xi. Non erit auxilio nobis Ætolus & Arpi. Similiter Ætolicus: vt ager ętolicus.

Æthon equus Phębi dictus est: siue Hectoris. fuere autē: vt in fabulis fertur quattuor equi solis. Phlegon. s. Pyrois. Eous: & Aethon: quibus significant quattuor diei horę. Nā phlego inflāmo significat. Pyrois ardens. Eous splendens. ethon ardens: vel splendidus.

Æuū grece ἀιών proprie tēpus: & ętas longa siue perpetua: u. interiecta: vt inquit Apul. Vnde ęuitas & ęuiternus secundū Prisc. quod per syncopā ętas: & ęternus dicitur: pro senectute: longeuitateq̄. Hinc deducūtur coęuus: ęquęuus: grandęuus: longęuus: & primęuus.

A Ante F

Affabilis. pen. cor. er ad & fabilis: qui se facilem ad audiendum prębet hinc affabilitas.

Affabrum pro fabrefactum dixere veteres. Cic.

Sunt qui vtuntur nomine affaber pro artificioso.

Affabre pe. cor. aduerbiū significat artificiose: sicut infabre sine artificio. Pacu. Barbariā pestem nostris nauibus obtulit: noua figura factam: cōmissam infabre.

Affatim aduerbiū prima nō media acuta: vt Quint. li. iiij. docet: ꝑcat abunde: large: nō dicibiliter. Liu. Affatim edi: bibi: lusi. Hier. Affatim diues est: qui in Christo pauper est. Et hęc ab affaris deducuntur: de quo in dictio/

Aser: aut potius Apher vide in Africa: (ne faris. quod scribendum putem aphrica.

Afficio. is. pen. cor. ex ad & facio: significat affectionem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quandã: siue dispositionẽ induco. Et ad animũ ꝛ ad corpus: siue in bonũ: siue in malũ pertinet. vt hęc res afficit me gaudio. i. affert mihi: vel inducit in me gaudiũ. Hęc res afficit me dolore. Affeci te lętali vulnere. i. intuli tibi: vel iduxi in te lętale vulnus. Inuenit qñq; absolute positũ. vt multa sunt quę afficiũt hoiem. i. affectiões siue affectus inducũt. Cor. Cel. Pulmo totus afficit. i. macerat lędit: corrumpit. Et afficior qñ animor. i. istius animi sum. Cic. in Lęl. vt eodẽ modo erga amicũ affecti simus: quo erga nosipsos. Postea sequitur. vt quemadmodũ in se quisq; sit: sic in amicum sit animatus.

Affectus. a. ũ participiũ cum absolute ponit: sumitur pro languẽte. Proper. Iuppiter affectę tandẽ miserere puellę. Liu. lib. v. Tires corporis affectę. Affecta ędificia ꝛ cętera hmõi dicunt: quę nõ ad finẽ ipsum: sed proxime ad finẽ sunt deducta. Cic. Bellũ affectũ videmus. ꝛ (vt vere dicã) pene confectũ. Idem significat profligatũ.

Archetypus pe. co. nomen. Significatiuū: dicitur exēplaris ex ἀρχή, quę est principalis & τύπος figura: quasi ex principali: & naturali figura trahat. Nam est quodcūq; ita primū fabricatū est: vt exemplar reliquis sit. Plin. ad Antonij. Vt eñ pictoris pulchrā: absolutāq; raro nisi in peius effingunt: ita ego ab hoc Archetypo labor & decido. Aug. lib. xv. de ciui. dei. Hunc primo exemplo (& vt greci appellant) Archetypo quędā sui generis imago respōdit. Sunt qui exponāt archetypos pro antiquis: ab eo q archęos antiquus dicit: & typos forma. Martia. Si tanq; tabulas scyphosq; Paule oēs archetypos habes amicos. Nec refert q secundā syllabam Archęos producat: & eandē archetypus coripiat: cum in plerisq; aliys idem soleat inueniri. Vt in geometria: & acheronte.

Archelaus phūs Athenięnsis: seu Milesius: qui patrē habuit Apollodorū: & fuit auditor: successorq; Anaxagorę. A quo Socrates phiam audiuit. Hic phyticā phiam ex Jonia Athenas inuexit. Estq; phyticus appellatus: q in eo defecerit phia naturalis: Socrate Aethicen introducente. Quanq; nec hic quidē ethicę rudis fuit: qui de legibus: de honesto: & de equo philosophat⁹ est. Fuit & alter Archelaus Antenoris Troiani filius: quē Homerus scribit rei militaris peritissimū fuisse. Alius fuit geograph⁹: qui terrā oēm ab Alexandro peragratā descripsit. Alius de rerū naturis carmine scripsit. Alius oratoriā docuit.

Archeptolemus. filius Iphiti: auriga Hectoris. Enipeo interfecto a Diomede interfectus.

Archimandritę pe. prod. dicunt prępositi consectaneę turbę: haud longe dissimiles cum episcopali dignitate: q principes Mandrę: & agminis sint. Mandrę eñ veteriorum: & animantiū brutorum agmen dicitur. Martia. Nec datur obstantes mulorū scandere mandras.

Architect⁹: & architecto: noīa cōposita ex archos princeps & τέκτων faber: principal faber fabricādi arte hīns: vel qui structuris ędificioz pręest. Vñ Victruu⁹ de architectura cōdidit. i. de ędificijs extruēdis. Fabri aūt qui aliquid manu faciūt in ędificijs alteri iūgunt ingenio: alteri opera valēt. Cic. Var. Si qs adhibere volet nō modo vt architectos: verūetiā vt fabros ad ędificandā rempub.

Architecto. aris. compono. Idem lib. ij. de fin. An q ita classicadas: vt optime possit architectari voluptates.

Architectura: ędificandi scientia.

Architriclinus pe. pro. qui principalis est in aula discūbentiū. Compositū nomen ex ἀρχή: & θεῖς: & κλίνη: quę lectos sęcat. Nā in aula tres toros in tribus aulę dimēsionibus collocabāt: vbi cōuiuantes discūbere cōsueuerūt. Iuue. Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto. Architriclini erat curare: vt eduliū varioz fercula seriatim: & in tempore cuiusq; exhiberent: vt recte oīa disposita essent.

Archimagirus penultima product. princeps: & magister coquorum: qui coquinę pręest. μάγειρος enim latine coquus. Juuena. Pariter librarius archimagiri.

Architas penultima produ. Tarentinus philosophus Pythagoricus. Fuere & alij hoc nomine vocati.

Archium. penulti. produ. armariū librorum.

Archidamus: nomē viri Spartani. Hic rogātibus socijs quantū pecuniarum foret satis ad bellum Peloponnesiacū: scienter respondit. Bellū ordinata non quęrit.

Archippus nomen philosophi: qui Thebis scolas habuit: vt scribit Hiero. Et pythagorę auditor fuit.

Archemolus penul. co. Rhęti regis Marubiorum in Italia filius. De quo Virgil. Et Rheti de gente vetusta Archemolum thalamum ausum incestare nouercę.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Archemorus pe.cor. Lycurgi Thracum Regis filius: qui a serpēte occisus fuit: vt apud Stat. lib. The. Sic dictus q̄ futurū apud Thebas regibus ostēderit exitium. Hic Hypsipylen nutricē habuit. Quę cū sitiētib⁹ qui ad Thebaicā expeditionē proficiscebant Langiam fontem ostenderet: Archemorū puerū super viridē herbā depositum reliquit. Qui a serpēte vulneratus: periit. Ex quo fons ille Archemorus vocitatus est: & annuo agone in pueri illius memoriam celebrari cęptus. (riam celebrari cęptus.

Archytes Menesagorę: siue (vt alij volunt) Aesticę filius: patria Tarentinus: eximius Pythagoricus philosophus. Floruit quo tempore Plato ad Dionysium in Siciliā venerat: Platonēq; per literas monuit: vt inde oiret. Siquidē Dionysius de eo necādo cogitabat. Fuit & alius: scilicet Archytes Mitylenęus: musica clarus. Ité alius qui agriculturā scripsit. & Quintus architectus: qui librū de mechanica scripsit.

Arcadia: Pelloponesi regio: & Achaię pars: a mari vndiq; remota. Ab Archade Jouis filio: ex Calistone Lycaonis Archadę regis sic appellata. Hęc vt Eustat. docet aliquādo acta est Pelasgia: a Pelasgo rege magno & sapiēte viro: qui vitę cultionis auctor: eis fuit: & victū ex stirpibus herbarū arborūq; frondibus transtulit ad glandem: maximeq; phagineam. Aliquando etiā Lycaonia: Aliquādo Gigantida: & aliquādo Parrhasia. Arcas autem cū Pelasgos in deditionē redegisset: eorū regionem Arcadiam nominauit. Scribit Plinius. Hanc totā montuosam: in qua sunt asini ceteris maiores: ac prestantiores. In ea Erymanthus fluuius: Lernęa palus: & lapis Asbestos inextinguibilis. Arcas arcadis. nomē Jouis filij: & adiectiuū ab arcadia: vt populi arcades.

Arcadicus. a. um. qđ est ex arcadia: vt arcadici mores

Archander Danai socer: nomen proprium.

Arctos latine vrsa: quę quia in modū plaustri vertit. nostri eam septentrionē dixerunt. & inde arctous: septentrionalis: & borealis. Et arcticus polus: id est borealis. De quo Cice. lib. ij. de natura deorū. Hunc circū arctoę duę feruntur nunq̄ occidentes. Ex his altera quidem apud Graios Cynosura vocat: altera Helyce. Nam helyce maior est vrsa: quę & Calisto vocata fuit Cynosura vero minor: arctos. Unde Ouid. lib. iiij. Fasto. Esse duas arctos: quarū Cynosura petatur Sydonijs: Helicen graia carina notet. Arctos vero sine c. panis dicitur.

Arctophylax pe.cor. arctoy siue vrsę phylax. i. custos. Cic. Arctophylax vulgo qui dicit esse Bootes. Hic plaustrū vehit. Ideo rustici septentrionē dicunt. Is fuit Arcas Jouis filius: ex Calisto. Effigiatur. xiiij. stellis.

Arcturus pe. pro. stella in signo Boote post septentrionē: cuius ortus & occasus tēpestates facit. Et dicit Ursę cauda. Oritur a canicula fere post diē quinquagesimū.

Arctous ab arcto: idē est qđ septentrionalis. Et arcti/

Arctus. a. um. strictus: (cus: similiter septētrionalis. vt arcta est via: quę ducit ad vitā: ab arceo fit: Columel. lib. iij. In tribulum ficule vel cornu arcte inserito.

Arcto. as. frequentatiuum est ab arceo.

Arcus ab arceo pro cōtineo: fornix ędificij est: q̄ seipse cōtineat. Quāuis ab opere erigendo in altitudinē quidā dici velint. Cic. Jam eñ atriolū: & arcus duos absolueret. Et arcus iris cęlestis: & tam secūdę: q̄ quartę declin. in vtraq; significatiōe. Cic. de na. deorū. Cur aūt arci species nō in deorū numero reponat. Hiero. in Ezech. Vidi velut aspectū arcus cuz fuerit in nube in die pluuię. Ennius ge. fem. protulit. Formaf autē hoc modo arcus cęlestis. Dum eñ Sol in nubibus rarescentibus ex aduerso refulserit: radiosq; suos directa linea humori nubilo trās fundēs impressérit: fit repercussio splendoris eius in nubibus. Ex qbus fulgor emicās: arcus speciem formaf. Sicut eñ impressa cera anulo imaginez exprimit: sic nubes e cōtrario ex rotūditate Solis figurā sumētes orbem efficiūt: & arcus effigiem fingūt. Apparet autem hoc modo semper: sed cū rarescunt nubila cęli. Nam rursus cum coeunt in se nubes atq; densanf: confestim arcus forma resoluif. In nubium eñ densitate arcus imperfecto gyro cōplectif. Deniq; sine Sole: & nubib⁹ nunq̄ apparet arc⁹. Quadricolor aūt est: qa ex oīb⁹ elemētis in se rapit species. De cęlo eñ trahit igneū colorem: de aquis purpureū: de aere albū: de terris colligit nigrū. Arcus vero quo sagittę iaciunf tantū quartę declinationis est: ab arceo cuz significat a longe veto: q̄ missis sagittis non finat hostē accedere. Quod nomē etiaz per. q. apud antiquos scribebaf: arquus. Unde arquites arcu pręliantes: qui & sagittarij dicunf. Et arquatus. Hęcce autem τὸ τόξον: latine dicif arcus. Unde argyrotoxos Apollo argenteū arcū gerens. Et hippotoxotę equestres sagittarij.

Arcuatus. a. um. in modū arcus curuatus. Ab arcuo. arcuas. Plini. lib. xxix. Illam aūt quę arcuatur greci sepam vocant. Liui. lib. pri. Ad id sacrariū flamines bigis curru arcuato vehi iussisti. Hieron. in prologo Josue. Unde cesset arcuato vulnere contra insurgere scorpius. Hinc arcuatim: aduerbium more arcus.

Arcatus. ab arcus arci: quasi in modum arci factus. Ouid. li. xj. Mete. Iris & arcato cęlū curuamine signās.

Arquatus ab arquus: & is dicitur: cui color & oculi virent a colore. s. arqui cęlestis. Quem morbum quidā appellant demoniacū: quidam aquarium: quidam auriginem: quidam regium: quidam ictericum.

Arculus diminuti. ab arcus: a quo fit aliud diminuti. arcellus. Et arculus dictus est deus: qui tutelam gereret arcarū. Item arculus dicebaf circulus: qui capiti imponebaf ad sustinenda cōmodius vasa: quę ad sacra publica capite portabanf apud Athenienses.

Arculata circuli: qui e farina in sacrificijs fiebant.

Arcubalista a nonnullis Scorpio vocatur.

Arcirna gñs modici plaustri: q̄ homo gestari solet.

Ardo. es. si. sum. qđ & ardo. is. dicif: significat concremore Virg. Hāq; volans liquidis in nubibus arsit harūdo. Et in Euangelio. In ignē mittent: & ardebit. Per translationē ardere ponif pro ardenter: seu impatiēter amare. Et sic modo cū accusatiuo: modo cū ablatiuo construif. Virg. Cui dō ardebat alexim. Flora. Non aliter Samio dicit arsisse bathillo Anacreonta Teum. Interdū pro festinare Unde ardens pro festinante: ingenioso: acutoq; ponif: q̄ instar ignis oia penetret. Sicut e cōtrario segnis dicitur tardus: quasi sine igne. Virg. Instant ardētes Tyrij. Interdū pro fulgorē emittere. Idem Tyrioq; ardebat murice lęna. Unde & ardens pro candido: a candore flāmę. Idē ardentesq; auertit equos. Interdū pro dolore irasci: vt apud eundē lib. x. Proxima quęq; metit gladio latūq; per agmen Ardens: limitē agit ferro te Turne superbū. Cęde noua quęrens. Interdū pro cōsumi. Cic. Quoniā nimio viuendi te desyderio ardebā. Interdū pro optare Plin. Ardeo te videre. Virg. Patrięq; noui pro męnibus ardent. Huius cōposita sunt exardeo: inardeo: & perardeo: in qbus prepositio auget vim significationis.

Ardesco. is. ardēs fio. Greg. Sz ad hęc audita ardescit animus: iāq; illic cupit assistere: vbi se sperat fine fine gau-

Ardelio: homo ingetus: & huc atq; illuc sem- (dere. per volitans: saliens: & oībus negotijs sese immiscēs.

Arduus. a. ū. altus & difficilis. Ouidius. Arduaq; prima

Ardea. auis quędā: quasi ardua. quoniā (via est. volando alta petit. A grecis dicitur ἐρωδιός. Virg. Atq; altam supra volat ardea nubem. Huius diminutiū est ardeola. Est & Ardea nomen vrbis in Latio a feruore regionis sic dicta: quę. xviij. miliaria ab vrbe est posita. Mart. Ardea solstitio Pestanaq; rura petantur. Quiq; Cleoneo sydere feruet ager.

Ardearum tria genera ponit Aristoteles. Leucum ab albedine dictum. Asterias a fulgore astrorum: & pelos ab aduerbio πελῶς: quod prope significat: quoniam hoc tertium non ita alte volat.

Ardeates populi sunt Ardeę incolę. Habet pen. prod.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ardum veteres pro aridum dicebant.

Area ppie dicit locus purus in vrbe sine ędificio: quę greci plateam dicũt. Dicta area q ardore Solis sit facta arida: ꝛ non possit quicq̃ gñare. Quidã ab ara deducũt q sicut hęc ara pura est: ita areę in vrbe: siue i domo loca pura sunt. i. sine ędificio. Vel q sicut arę flãmis: ita areę e Solis ardore torrent. Valla. Cãpus est planities ampla ꝛ grãdis: ideoq; spatiosę plateę: areęve campi nomẽ accipiũt. Unde Romę cãpus Martius. Iam locus hmõi vocat area. Sueto. tñ in Cęsa. posuit aream pro loco puro accõmodato foro extruendo: cũ inquit. Forũ de manubijs inchoauit: cuius area super sestertiũ millies cõstitit. Item area dicit solidũ: terrenũ: planities: glabra. i. locus purgatus coęquatusq; Cylindro consolidatus plateis amplitudine similis: vbi fluméta arescunt: ꝛ terunt. De qua Virg. lib. j. Geor. Area tuę primũ ingenti est equãda cylindro. Col. lib. ij. Area quoq; si terrena erit: vt sit ad triturã satis habilis: primũ radit. Et area: ꝛ per diminutionẽ areola subacta est terra probe atq; sata: seu serẽda: quales sunt in hortis: in qbus quadrata quędã ꝛ bene subacta: atq; coęquata spatia: in quę mox semina iaciant. Colu. Areę sic informãdę sunt: vt facile runcantiuę manus ad dimidiã partez latitudinis perueniant. Colu. lib. vj. Crebro putrẽ terram duos aut tres digitos insternemus: ꝛ modice rigabimus: straminisq; areas cooperiemus. Ex hmõi areis locatis magni pronũctus capiebant. Cic. in Para. Etenim si isti callidi rerũ estimatores prata ꝛ areas quasdã magni estimant: q eius gñt: quasi nocere nihil potest tc. Item area vocat morbus in capite: cũ capillorũ profluuio. Item Area: siue Aria media producta insula est in ponto versus Colchos Martis sacrata.

Areosus ab area. Areola cũ accentu in ante penultima diminutiuũ ab area. Colu. lib. vj. Cum terrã bene subegeris areolas facito. Hieron. in Cant. Geng illius sicut areolę aromatũ confitę a pigmentarijs.

Creator: qui aream purgat: ꝛ in ea frumentũ triturat. Colu. lib. ij. Atq; hoc suprẽmũ areatoris emolumentum percipiendorũ seminum: quę terrę crediderat.

Aridus. da. dum. penultima cor. siccũ quod naturalem humorẽ amisit. Ambrosius. Arida terra dicta est: nõ solum ad genus: sed etiã ad speciem terrarũ refertur: vt sit vilis: ficca: habilis: ꝛ apta culturis. Arida aũt expresio naturę est. Terra appellatio quędaz simplex negotij. Interdũ aridum ponit pro puro ꝛ lucido. Plautus in Rude. Argento arido. Interdum pro horrifico: acuto: cum de sono loquimur: quia ea quę arida sunt: cũ frangi ceperint: minimum: atq; horrificũ sonum edunt. Virgil. lib. p. i. Georgicorum. Et aridus altis Montibus audiri fragor. Huius diminutiuum est aridulus.

Ariditas: quę ꝛ aritudo dicit pro siccitate. Var. Frigus calore: atq; humore aritudinem miscet.

Areo. es. ui. dus sum. Plautus in Ruden. Utinam sortima nũc anatina vterer: vt cuz exissem ex aqua: arerem tamẽ. Quidã hoc verbũ ab ara deducũt: in qua quę dijs immolabant: torreri solebant. Alij vero ab ara: sed per contrariũ sensum. ἀπὸ τοῦ ἀρδεῖν quod significat irrigare q aridũ minime sit irrigatũ. Huius cõposita sunt. Adareo. e. areo: Inareo: Obareo: Perareo: ꝛ subareo.

Aresco. aridus fio. Cice. lib. ij. ad Herennũ. Nihil lachryma citius arescit. Adaresco: probe aresco. Sicut Exaresco. Cato de re rustica. Cestimẽta ne tineę tangant: amurcã decoquito ad dimidiũ: ꝛ vngito fundũ arcę: ꝛ extrinsecus: ꝛ pedes: ꝛ angulos. Ubi ea adaruerit: vestimẽta condito. Inaresco intus siue penitus aresco. Colu. li. xi. Deinde cũ prędictum tectorũ inaruit. i. aridus intus: penitusve factũ est. Obaresco: circum siue oũo aresco. Lactan. lib. de opificio. Acies. i. mẽbrana illa perlucens quã ficcari ꝛ obarescere non oportet: nisi humore tersa pure niteat: obsolescit. Peraresco: valde aresco.

Arefacio: aridũ facio. Cui⁹ passiuũ est arefio: pexicco:

Arelate ciuitas est: in mediterraneo Narbonẽsis Gallię: a Plinio dicta Coloma Sextanorum: quoniam ex sexta legione coloni deducti sunt.

Aremorica quondã: quę nunc Aquitania dicit.

Ares grece ἄρης quattuor: significat. Ferrũ: interdum bellũ. Aliquãdo vulnus: sepius vero Martez: quo noie ꝛ nos: ꝛ ferruz: ꝛ bellũ: ꝛ vulnus significamus. Ab ἄρης aries: quasi Martialis: sicut a Marte martius. Iam etiam Mathematici dicunt. Martis esse domũ arietem: ꝛ scorpionem: vt etiã ob conuenientiã influxus dicat aries a Marte: a Grecis tamen deducendo.

Arete grece ἀρετὴ latine virtus. Unde Philaretus pro priũ nomen: ꝛ significat amatorẽ virtutis. Est etiã Arete nomen mulieris vxoris Alcynoi regis Phęacum.

Areopagos: pe. cor. Martis vicus. Nam ἄρεος Martis πάγος vicus. Haz vicus erat Athenis a templo Martis sic cognoiatus: vbi primũ iudicium capitis actũ fuisse

Areopagitę illi dicebant (dixit Pli. li. vij. Et inde. tur: qui in templo Martis iudicabãt. Quod iudiciũ exquisitissimũ habeat. Nam cum Mars: qui grece dicit ἄρης homicidij crimie reus fieret: iudicãtibus duodecim dijs in eo pago: sex sentẽtijs absolut⁹ est: vt Stephanus Byzantius docet: ꝛ multi alij Greci. Uerum quid agereẽ in Areopago Julius quidẽ Polux lib. viij. scribit de magistratibus Athenienshũ: ꝛ eorũ locis. Areopagitarũ magistratus erat iudicare de cęde: ꝛ de statu reip. prouidere: vnde ait. ὅτι δὲ ἐννέα ἄρχοντες οἱ καθ' ἕκασον ἐνιαυτὸν μετὰ δὲ Ἄθηναι τὰς εὐθύνας ἀεὶ τῆς ἀρεοπαγίτιδος προσιτίθουσι. ὑπαίθριοι δὲ ἐδὴ κάξουτο τοῦ φόνου: id est. Illorũ quidẽ principes quotannis post datas rationes Areopagitis addebant. Sub dio aũt de cęde iudicabãt. Sed multa essent dicenda: quę Pausanias scribit de Grecia illustrata: ꝛ alij.

Arethous rex fuit in Arna vrbe Bęotię.

Aretalogus pen. cor. Dorpharione teste garrulus ꝛ loquax: in ostentatiõe virtutis. Cũ nomen deducit. ἀρετὴ ein virtus: ꝛ logos sermo: siue verbum: siria: ratio: prosa cura: studiũ: ꝛ multa alia. Sueto. in aug. Frequẽtius aretalogos ꝛ festos: ꝛ solẽnes. Illonunq; tantũ iocularitatem celebrat. Juuen. Ut mẽdax aretalogus. Aretalogus etiã dicit qui fingẽdis mẽdacijs auditores mouet arte verboruz. Sed tũc esset ptra Dorphyrionẽ: non eiñ ab ἀρετὴς: sed ab ἀρέσκω placeo. fit ἀρετὸς: id est placidus: ꝛ logos sermo: quasi aretologus vir placidi sermonis: blandus: multa delectatione affabilis: mitis ꝛ dulcis.

Arethusa pe. pro. virgo venatrix: Dianę comes: ab Alpheo amata in fontẽ sicilię apud Syracusas cõuersa est. Virg. Et tandẽ positis velox Arethusa sagittis. Un ꝛ Syracusę Arethusides dictę sunt: ab Arethusa fonte: forma patronymica femina. Ouid. li. iiij. Fast. Utq; Syracusas Arethusides abstulit armis. Claud⁹. Fuit ꝛ Arethusius fons Smyrnę: tertius in Chalcidia: quart⁹ in Itaca. Est ꝛ Arethusa locus Syrię munit⁹ iuxta Emesam sexdecim milib⁹ passuũ: a qua Arethusij: vt inqt Strabo.

Aretium ciuitas Thuscię a Grecis condita eo tẽpore: quo populus Israel sub iudicibus regebatur.

Arethissa lac⁹ maioris Armenię: de quo Pli. li. vi. Tigris influit in lacũ Arethissam: oĩa illata pondera sustinẽtem. Solinus vocat eũ Arethusam: Strabo Arsenem. In hunc lacum Tygris fluuius influit: vnum ei piscium genus est: ꝛ hoc transcurrentis fluuij alueo non miscetur. Sicut nec e Tigri pisces in lacum transnatant.

Arena tenuissimus pulvis aridus. Ideoq; ab aridita. te deductũ nomẽ quidã e. istimãt: careat eñ omni humore ꝛ succo: vnde ꝛ plurimũ aquę ebibit: Et ita sine aspiratiõe scribi debet. Nec quenq; mouere debet: q arena habeat primã breuẽ: areo vero producrã: cum derivatiua nõ semper primitiuorũ naturã seruent. Alij ab hęrendo: q sibi inuicẽ propter tenuitatẽ cohęreant: vel q cum calce parietibus inhęreat: sicut in fabricis videmus: ꝛ sic cum h. scribit. Eius vero tres sunt species. s. fossitia: fluui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

atica ⁊ marina. Inter quas grossio: fabulus nuncupat. Quãdoq; tñ arena ponit pro loco: in quo pugnabãt gladiatores. Sueto. in Aug. Quod ãnte muneris die Parthor obsides: tũc primũ missos per arenã mediã ad spectaculũ induxit. Hinc arenarij dicti sunt gladiatores: qui in arena depugnant. Q̃q; forũ arena dicit: q; illic fic depugnãt actores causarũ: vt in arena gladiatores dig ladiabant. Sene. Hoc ita habitũ est scholã: quasi ludũ esse forum arenã. Hinc Pli. Arenã suam appellat centũmiros: quoniã in iudicio centũmirali certabat frequẽter tel' oratorijs. Hoc nomẽ licet pluralẽ numerũ non habeat. Vir. tamẽ dixit. Quã multę Zephyro turbant arenę.

Arenaceus.a.um. qđ ex arena est. (ter arenarius.

Arenarius.a.um. qđ ad arenam pertinet. Vt Iuppi/

Arenosus.a.um. quod arena abundat. Pli. Littus nõ arenosum: sed alga ⁊ fluuiorum sordibus plenum.

Arenatus.ta.tum. quod ex calce: ⁊ arena factum est. Sicut marmoratum: quod ex marmore. Plini. In Gręcia tectoriis etiam arenatum: quod ducturi sunt prius in mortario ligneis vectibus subigunt.

Arenula diminutiuũ ab arena: quę est tenuissima. Pli. lib. xxx. Arenulę quę inueniunt in cornibus Cochlearuz cauis dentium inditę statim liberant dolore.

Arferia aqua: quę inferis libabat: seu vas vini: quod adhibebatur sacris: ⁊ a fero deducitur.

Arguo.guis.gui.gutũ. imputo: siue accuso. Et cũ genitiuo sępius q̃z ablatiuo construit. Curtius. Oratinẽ modo auaritię: interdum ⁊ defectionis arguebat. Cic. lib. ij. ad Heren. Vt si quisq̃z furti arguat: dicat eũ esse hoiem improbũ: auarũ: fraudulentũ. Similiter quãdo significat reprehendo cũ ratione ⁊ argumẽtis: vt in Genesi Certe mendacij nos arguere non poterit. Plau. in Amphi. Et eccũ video: qui me miserã arguit stu pri dedecoris. Si vero id: quo quis arguit: non exprimit: accusatiuũ tantũ habet. Lactan. li. iij. Tui ergo te libri arguũt. Proprie tamẽ arguere est ostendere. Virg. Degeneres animos timor arguit. Huius cõposita sunt coarguo: ⁊ redarguo. Sal. Lentulũ dissimulantẽ coarguũt sermonibus: quos ille habere solitus erat. Sciendũ est: q; licet arguo argutũ supinũ faciat: ex quo argutus participiũ: tamẽ futuri tẽporis est arguiturus. Sallusti. lib. ij. histo. Quos aduersum multi ex Bythinia volẽtes occurrere falsum filium arguituri. Nam vt docet Prisc. Quędã sunt verba in utũ supinũ formãtia: quorũ participia futuri terminãt in iturus: ⁊ verbalia in itio: vt argutũ arguiturus. Tutũ. tuiturus. Sputum. spuiturus. spuitio. Plutũ. pluiturus. pluitio.

Argutus.a.um. participium. Plau. in Pseu. Argutus malorũ facinor. Quandoq; vero est nomen. Dodo pro malitioso ⁊ falso: qui cum lepore quodã: quę cupit dicit. facitve: quasi arguens acute: ⁊ inuestigãs. Dodo pro canore resonãtiq;. Vt arguta hirundo: ⁊ arguti hoies: qui multũ ⁊ celeriter loquunt: ab argo naue: quę a celeritate dicta est. ἀργὸς enim velox dicit. Virg. Argutos inter/

strepere anser olores. Dodo pro exili: breui: ⁊ quasi acuto. Idem libro. iij. Georgicorum. Argutumq; caput: breuis aluus: obesaq; terga.

Argutia.gutię. dicitur acute: ⁊ malitiose dictum vel factum. Plautus in Aust. Exi a culina: sis foris mastygia: qui mihi inter patinas exhibes argutias.

Arguto: pe.pro. deponẽs ab argutus fit. Et significat procaciter prologuor. Ennius. Quando ad ludos venit: alij cum tacerent totũ diem argutat: quasi cicada. Est ⁊ argutari subsilere. Titus. Terra hęc est noua: qua tu solitus argutari pedibus cretã: dum cõpescis vestimẽtaq; leuas. Reperit ⁊ arguto in eadem significatione.

Argutulus diminutiuũ comtemptui derivatuz: ⁊ non blandiendi causa: vt homunculus: ⁊ homulus.

Argumentũ: vt a Quintilia. differt: est ratio probatioe pręstãs: qua colligit aliud per aliud: ⁊ quę qđ est dubiũ per id qđ dubiũ non est confirmat. Sumit interdũ etiã pro materia Cice. Quoniã nullũ scribendi argumentũ mihi relictũ est. Interdũ pro coniectura. Interdũ pro versimili probatoe: vt sunt argumẽta comędiaz. Interdũ pro

Argumẽtatio est expli/ (summa fibus exposita.

catio: ⁊ enarratio argumenti. Accipit ⁊ pro eo: qđ mente componit. Ambro. si. Cognito q; Heliseus esset: qui consilijs: ⁊ argumẽtationibus eius obuiaret

Argumẽtor. rationibus nito: ad aliquid probandũ.

Argẽmissa: vel argemussa: fissila ad tunentẽ Troadis: ppe Argenicũ pmõtorij locata. Iuxta quẽ locũ Alcibia

Argenos latine dr albus: splendi/ (des extinctus est.

dus. Festus. Argenũ argentũ percandidũ ἀργυρος.

Argetos pcat velocẽ: ⁊ candidũ: splendidũ ⁊ strenuũ.

Argenetes Sol dicitur: q; semper exoriens gignitur/ ⁊ ipse gignit vniuersa.

Argus nomen proprium regis Argiuor. Hic filius Apis fuit. Ex cuius nomine Argi Argiui appellati sunt. Quo regnante cępit vti frugibus Grecia: ⁊ habere segetes in agricultura delatis aliũde seminibus. Et post obitũ deus haberi cępit: templo ⁊ sacrificijs honoratus. Fuit ⁊ alius Argus: qui a poetis oculis plenus fingit custodisse Junonis imperio Inachi filiam: eius dęq pellicem in bouis speciem cõuersam. Qui postea a Mercurio interfectus fuit: vnde ⁊ argiphontes cognominatus est: q; argũ peremerit. Unde cętum stellarũ luce distinctum Argus dicit Et argus vocatus fuit nauis architectus: a quo Argonautę. Est ⁊ argus adiectiuum pro argiuis: vt est apud Plautum. Natus Amphitrio argis ex argo patre.

Argo.ge.fem. nauis: quã Iason duxit ab Argo architecto. De quo Flaccus. Ad charũ Tritonia deuolat argum. Dolui hũc ptppem iubet: ⁊ demittere ferro Robora. Seu ab argon: qđ est velox: vt inquit Diod. Inde arguti: vt sentit Probus dicti sunt: qui multũ ⁊ celeriter loquunt. Alij autumãt argo nominataz esse ab argiuis: hoc est a grecis. Quod sentire videt Licero lib. pri. Tusc. cum ait. Et eas angustias: per quas penetrauit ea: quę est nominata argo: quia argiui in ea delecti viri vecti pertebãt pellẽ inauratã arietis. Inde argonautę dicti sunt.

Argopelasgos Homerus vocat Thessalos.

Argos in singu.gen. neu. In plurali mascu. vt hi argi. Hora. Aptũ ducit equis Argos ditesq; Mycenas. Virg. lib. x. Herculis authorẽ comitẽ: qui missus ab Argis. Est aũt ciuitas non longe ab Athenis Peloponẽsi caput: ⁊ oĩibus ciuitatibus Grecię antecellebat. Cuius rex primus Phoroneo fuit. Dicta Argos ab Argo rege: vt scribit. Augu. libro. xviij. de ciuit. dei. Hinc argiui Greci dicti sunt: ⁊ argolicę sinus: ⁊ argolici duces: ⁊ argolica regio. Alia est ciuitas Argos Thessalię: quod pelasgicon dicunt. Alia in Achaia non longe a Mycenis: quę ⁊ Aspion vocat. Et in Acarnania amphilochicum. Est ⁊ Argos quędam Grecię pars. Oĩnis quoq; littoralis ora dicebatur Argos. Et ante Danaum: argiade: hoc est Argiui. Argos quoq; grece dicebatur tardus. Hinc iocus in hendecasyllabo Martia. Non nautas puto vos: sed argonautas. Ubi allusio est ad famigeratos nautas: ⁊ intelligi tamen vult pigros: ⁊ lentos nautas. Et argos nauis signum celeste oritur Pridie Idus Martij.

Argenusę tres insulę iuxta Lesbos. Strabo.

Argis aduerbialiter in loco. Pli. li. xvj. Argis et olea du/

Argeus.a.ũ. idẽ qd argiuus. Hor. li. iiij. Car. (rare dr. Tibur argeo positũ colono. ab Argos vbe. Et Argeus mons est ab vna parte Cappadociam cingens.

Argei teste Var. dicebant scriptę effigies: quę per virgines vestales iaciebant singulis annis in Tyberim per pontem sublicium. Argei etiam dicebant loca sacra Romę Argeorum. Varro. Reliqua vbis loca olim discreta: vt argeorũ sacraria: argeos dictos a principibus: qui cum Hercule argiuo Romam venerunt.

Argia pen. produ. nomẽ Adrasti regis argiuorum filię: quę conuersa fuit in fontem sui nominis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Argię pluralis numeri tñ: oppidū est Laconię.
Argolicus a.um. idē qđ argiuus. Cit regio argolica.
Argonautę dicti sunt heroes illi: q cū Iasone in Col/chos profecti sunt. Ex ḡbus ꝑcipui fuere Castor: ꝛ Pol lux: Telamō. Orpheus: Hercules: ꝛ Hilas puer: sic cog noīati a naue: quā innauigauerūt. Qui fuerūt sup̄ gnq̄/ginta: vt Orpheus li. j. ꝛ Apollonius in Catalogo heroū.
Argiletū ab argo dictū: q is eo venerit: ibiq; sepult⁹ fit. Nam argolus: siue arg⁹ dux Argeox apud Euādrū ho/spitatus est. Cū in suspicionē regni veniret: clā noctu ab Arcadib⁹ ē interfect⁹: vt volūt: inscio Euādro. Cui Euā der tumulū fecit: ꝛ loco nomē posuit a leto. i. morte Ar/goli: siue argi. Argiletū Var. scribit argiletū etiā dici ab argilla. i. creta: cui⁹ copia illic erat. Erat autē argiletū locus in vrbe prope pallatiū: vbi tabernę bibliopolarię erant quę argiletanę dicebātur. Martia. Argiletanas mauis habitare tabernas.
Argilla terra cretosa ꝛ cādida: q̄ figuli vtunt ad vasa faciēda. Iuue. Argillā atq; rotā citꝰ ꝓperate.
Argema morbus oculoꝝ: cum vlcus circulū oculi in/festat: quem greci Irim dicunt. Latine albugo vocatur ꝛ Leucōma etiā grece a candore. Videtur esse idem fere quod leucomata. i. albugines: a candore.
Argyrippa ciuitas in Apulia: quā Diomedes ędifica uit: a qua Argyrippini dicuntur.
Argyranche argenti morbus.
Argyrion latine argentū: a quo argirocopus argenta rius ἀργυροσ καὶ κόπτω argentū: ꝛ tūdo: pulso: percutio.
Argyritis spuma argenti dicitur.
Argyrologꝰ q̄stor q̄rens argentū ἀπὸ τοῦ λέγειν dicere.
Argyrondes Aetolię fluuiꝰ: ꝑꝓ argēteū aquę cādorē.
Argyrohippū vrbs erat Apulię: quā Diomedes ędifi cauit. Deinde dicta ē Argyrippa: a q̄ argyrippini noīati
Argyraspidas dicimꝰ eos qui argētata scuta ferunt. Vnde sicut refert Lamp. Alexāder impator Romanꝰ nō solū fecit Argyraspidas: sed ꝛ chryſaspidas: ita ab aure is clypeis nominatos. ἀσπὶς. i. scutum.
Argyrotoxos argenteū arcū gerens: quo nomine di/ctus est Appollo. τὸ τόξον. i. arcus.
Argentū primo signatū est anno vrbis quingētesimo octogesimo quinto. Q. Fabio consule. v. annis ante bel/lum punicū primū. Nota argēti bigę ꝛ quadrigę. Inde bigati ꝛ quadrigati nūmi appellati sunt. Aureus vo nū mus sexagesimo secundo anno post argenteū percussus est: in quo primo consuli: deinde imperatorū capita im primi cęperūt: ꝛ ab ijs sępe noīa accepere. Argentū can/didum est: vnde ꝛ a grecis aruyros dicit. In puteis repe ritur quod excoqui nō potest: nisi cum plūbo nigro: aut cum vena plumbi: quę iuxta argenti venas plerūq; re/peritur: Ballenā vocāt. Aliquādo argentū ponit pro su/pellectili argētea: puta scyphis: cochlearibus: aliisq; quę ad mensam ornandā exhibētur. Plautus. Tu esto lecti/sterniator: tu argentū eluito.
Argentarius vulgo campsor: siue mensarius: a grecis Colybista ꝛ trapezita dicit. Vnde Plau. in Cur. Trape zitam ꝛ argentariū pro eodē accipit. Sed iurecōsultus. ff. de edēdo: ostēdit argētarios maiores mēsarios: ꝛ quo rum officiū atq; ministeriū publicā habet causam. Hiq; rationes conficiunt. Auctor est Seneca argentarios prę/esse publicis actionibus.
Argestes ventus occidentalis frigidus. De quo Pli. libro. ij. Ab occasu equinoctiali fauonius: ab occasu sol stitiali corus: zephyron ꝛ argesten vocant.
Ariadne proprīū nomen eius: quam desertam a The seo Bacchus rapuisse dictus est a poetis.
Aricia vrbs in Italia: abest ab vrbe ad decimū lapidē quā ędificauit Hippolitus Thesei filiꝰ: ꝛ a noīe cōiugis Aricię appellauit. Iuxta hāc vrbē erat nemꝰ: qđ aricinū dicebat: in quo Aegeria nymꝑha erat: cū qua loqui soli tū ferūt Numā Romanoꝝ regē. Erat ꝛ Aricinꝰ lacus: qđ speculū Dianę vocabat: in quo nūc quoq; insulę cū proceris arboribus notabiles conspiciuntur.
Aries etis. pe. cor qui inter oues integer est: ꝛ tenet ad generandā sobolē. Ceteri ex vo cui inuersi vel adempti sunt testiculi. Ab ara dictus aries: q aris imponi ad sa crificia soleret. A cui⁹ similitudine bellica machina ari/es appellat. Materia ac tabularis testudo contexit: quę ne flāmis exuri possit: corio siue cilicio vestitur. Intrinse cus recipit trabē: quę si adunco ꝓficitur ferro: falx vo/catur ab eo q incuruata ē: vt ex muris lapides extrahat Si vo caput ipsius ferro tegit: aries appellat: q instar arietini capitis fieri soleret: vel q habet durissimā fron/tem: qua subruat muros: vl q motę arietū retrocedit: vt vehementius feriat. Testudo autē a similitudine naturę testudinis vocabulum sumpsit. Quā sicut illa modo re ducit caput: modo ꝓfert: ita hmōi machina interdū re/ducit trabē: interdū effert: vt vehemētius feriat. Est ꝛ arī es cęlestę signū primū in zodiaco. Aries etiā marinus pi scis: siue marina belua est: cādore tñ cornibus assimila/tis. Grece κριὸς dicit: sed rem mirificā tradit Aelian⁹ di scipulus Pausanię lib. vij. λέγουσι δ' ἄρραβες ὅτι ἄρναρτα/ραυτοῖς ποίμνια πόιναται ὑπὸ μουσικῆς μᾶλλον ἢ ὑπὸ τοῦ χλιαρου. id est dicunt arabes q vtiq; apud eos ouilia pin guescunt musica magis: q̄ pabulo.
Arietinus a.um. penul. pro. quod est ex ariete. Plini. Arietinum iecur ad id vtile est.
Arieto as. pe. cor. pcutio: tractū ab arietū similitudine cuius firmissimū caput: ꝛ solidissima cornua faciunt: vt magno impetu quicquid obieceris percutiāt.
Arithel quidā putant esse Areopolim ab idolo Mar/tis: quod illic situ est. Interpretatur autē leonē dei. Hie/rusalem figuraliter significans.
Arimanius Plutonis cognomen apud Persas. Cc.
Arion citharędus optimus ex Lesbo insula. De quo Herodo. scribit: q cum a nautis coactus esset se e naui in pelagus demergere: a delphine exceptꝰ ab eoq; in La conią deportatꝰ fuerit anteq; nautę illuc applicuissent.
Ariminū ciuitas Italię a flumine ꝓpinquo eiusdē no minis sic dicta. Hęc quondā Umbroꝝ colonia fuit: siꝫ ꝛ Rauēna. Cerū vtraq; accepit Romanos inclinos. Ha/bet autē hęc ciuitas portū: ędificata anno ante Christi ex ortum. cclx. Ptolemęo Lagi filio Aegyptijs impante. Pub. Sempronio ꝛ Appio Claudio cōsulib⁹. Ad quā visendā cōpositis Sicilię reb⁹: Sempronius nauigauit. Eā Octauianꝰ ampliauit: ꝛ a Liburnis dirutā Diocle/tianꝰ reposuit: fusisq; Liburnis arcū triūphalē in ea ex/
Arimphei sunt ꝑti Scythię Europę versus aglonis exor tū: vt li. vij refert. Pli. Qui vnicū in media fronte habēt oculū: ꝛ cū gryphis cōtinue prćliantur.
Aristeus Penei regis Archadię: siue vt poetę dicūt: fili minis ꝛ Cyrenes filius fuit. Cc.
Aristipp⁹ nomē philosophi Cyrenaici: ꝛ apud nos ho optimꝰ equꝰ. Hic dicere solebat: q lautio: victꝰ nīl ei impedimēto ad bñ viuēdū. Hic Socraticus audito: fuit: primꝰ Socratico⁹ mercede philosophat⁹ est. Habuit in gentū ad oīa ꝑ tpe: loco ꝛ ꝑsona simulāda oīno ꝓmptū Et ob hoc Dionysio ꝓter oēs erat charus. Et vt ꝑsenti bus voluptatibus libenter fruebat: ita ꝛ absentes facile ꝓtenebat. Hic cū e patria in Greciā philosophādi cau/sa ꝓficisceret: iussit seruos aurū ꝓicere: vt expeditiores ad iter capessendū essent. Sūmū bonū posuit in leni mo tu ad sensum emanāti. i. in voluptate corporis sensus ti tillante. Qui ab eo fluxerūt: ꝛ in dogmate ꝓmāserūt ab hoīs patria Cyrenaici sunt appellati. Tradit Platonē dixisse soli Aristippo ꝛ chlamydē ꝛ pānū ferre datū est. Hora. Omnis aristippū decuit status ꝛ color: ꝛ res. Fuit ꝛ alter Aristippꝰ huiꝰ nepos ex filia Metrodidactꝰ dict⁹ q̄si

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

a matre doctus. Nic in naufragio a tempestate deprensus timuit: & expalluit. Et interrogatus quare philosophꝰ timeret: cum ipse contra nihil timeret: festinanter respondit non eandem sibi & illi causam esse: quoniam is nō esset magnopere sollicitꝰ pro anima nequissimi nebulonis: ipsum autem pro Aristippi anima timere.

Aristocratia optimarum principatus: vbi optimates Rempublicam tractāt ἄριστοι καὶ κράτος ὑποκρωτέω. i. optimū & imperiū a vincendo.

Aristoclides pe. co. Olympiomeni tyrannus: qui Stymphalidem virginem adamauit. vide in dictione Stymphalꝰ.

Aristocles nomen fuit aui paterni Platonis: q & ipse Aristocles vocabatur. &c.

Aristoteles. pe. co. nomen philosophi peripatetico rum principis: a quo aristoteleus & aristotelicus adiectiua.

Aristoxenus pe. pro. nomen proprium musici.

Aristomenes pen cog. nomen Messenij viri: qui iustissimus: vt scribit Hiero. victis Lacedemonijs: & quodam tpe nocturna sacra celebrantibus: quę vocabant Iacynthina: rapuit de choris ludentium virgines. xij. & tota nocte gradu cōcito fugiēs excessit de finibus Sparthanorum. Cūq; eas comites eius vellēt violare: monuit: quā tū potuit: ne hoc facerēt: & ad extremū quosdā nō parcentes interfecit: ceteris metu coercitis. Redemptę postea a cognatis puellę: cū Aristomene viderēt cędis reū fieri: tā diu ad patriā nō sunt reuersę: q̄diu iudicū aduolutę genibus defensorē pudicitię suę cernerent absolutū.

Aristo philosophus cognomento serpticus: qđ latine quęsitor & cōsyderator dicit. Semper em̄ in quęrendo: cōsyderādoq; fuit. vide in dictione Pyrrho.

Aristides pe. pro. princeps Atheniēsis: cui cognomē fuit iusto: alter fuit pictor insignis.

Aristophanes pe. co. nomē ꝓprium philosophi: & comici valde maledici: cuius noie comędię sunt inscriptę.

Aristobolus nomē proprium Iudęorū regis.

Aristophor pe. co. vas quo prandiū deferēt. Latine discus. ἄριστον em̄ prandiū dicit: φορέω porto.

Arista ab ariditate dicit: q̄ sit ꝺ̄no arida. Est em̄ prima pars: quę primo arescit: vel quia seges cū arescit: sequat. Et ꝓprie aristę quasi tela spicę frumenti sunt: siue spinę: siue aculei: q̄bus a morsu auium minorū illa tueant. Cic. in Cato. Fundit frugē spicę ordine structā: & ꝑ auium minor morsus munit vallo aristarū. Ponit tñ arista q̄q; ꝓ frumēto. Ver. Chaoniā pingui glādē mutauit arista.

Arithmus latine numer. Inde arithmetica. (sta.

Arithmetica numeralis scientia: quę tractat de numeris & supputandi ratione. Nec inter disciplinas mathematicas prima esse dicitur: quoniā ipsa vt sit: nulla alia indiget disciplina: Musica autez & Geometria & Astronomia istius auxilio egent.

Aritudo pro ariditate. Var. Frigus calore atq; humore aritudinem miscet: ab areo deductū. &c.

Armus humerus. Virgi. lib. iij. Georgi. Densa iuba & dextro iactata recumbit in armo. Differt tamē arm⁹ ab humero. Nam humeri proprie eorū sunt qui recte in cęlum spectant. Unde soli homini humeros esse dicimus. Virgi. Os humerosq; deo similis. Armi ꝓ sunt bꝝtorum: q̄uis de hominibus quādoq; dicant.

Armigatus a. um. quod est ad armū ligatū. Hiero. li. iij. Reg. Et Dauid percutiebat in organis armigatus.

Arma ab armis dicunt. i. humeris dependētia inquit Festus: vt scutū: gladius: & ea qbus ꝓliamur tela. Seruius docet arma esse: quę armos tegūt. Var. ab arcēdo arma dicta existimat: q̄ his arceam⁹ hostes. Ut fustes: lapides: & hmōi. Sed revera nō solū hoc noie bellica: sed etiam omniū fere artū instrumēta intelligunt. Sic etiam Pol lux ὅπλα ruralia psequit: q̄uis Virg. largius pollicit⁹: tamē defecisse videat. Sunt em̄ Martis arma instrumēta oia: qbus in bello vtimur. Un̄ fraudes & cōsilia arma dicunt. Virg. Et querere cōsci⁹ arma. Rusticorū: rastra: ligones & hmōi. Idē Dicendū & quę sint duris agrestibus arma. Arma coquinaria: lebes: patella: tripos: olle. Plau. Quā elegāter instructū coquinarijs armis. Arma studiosorū: stylus: pugillares: libri. Pli. Cui⁹ arma erant nō venabulū: & lancea: sed stylus & pugillares. Mautarū quoq; & pistorū instrumēta: arma dicunt. Ver. li. v. Collige arma iubet: validisq; incūbere remis. Et li. j. Celeriaq; arma expediūt. Q̄nq; arma capiunt ꝓ bello: sicut Toga pro pace. Ut cedāt arma togę. Q̄nq; dicunt insignia: quale nōnulli intelligūt illud Virg. Armaq; fixit Troia. Cōsuenerūt em̄ antiqui suspēdere arma i postibus templorū: Est autē hoc nomē arma pluraliter tñ declinatū: q̄m vniuocū sit: & plures res significet: quarum singule habēt sua noia. Ut gladi⁹: scutū: & hmōi. Vel ne ab armo artu corporis obliget⁹ casus ꝓferri censeant.

Armo as. armis induo seu munio. Lactā. lib. iij. Cum em̄ natura hois imbecillior: q̄ cęteroꝝ animaliū: q̄ vt ad pferendā vim tēpor: vel incursiones a suis corpor⁹ arcēdas naturalibus munimentis ꝓuidentia cęlestis armauit. Liui. lib. ij. de bel. Punic. Itaq; et muri reficiebāt: & ꝓpugnacul armabant. Cōpositā sunt dearmo: quod est armis exuo. Idē lib. iiij. Cōsul triūphans in vrbē rediit: Liuilio duce Volscor ante currū acto: platisq; spoliis quibus dearmatū exercitū hostiū sub iugū missit. Exarmo idē signat. Sue. in Domi. Negātēq; vltra se tueri eū posse: q̄ exarmata eēt a ioue. Exarmatas autē feras dicim⁹ mansuefactas. Lam. de Heliogabalo. Habuit leones & leopardos exarmatos: q̄s edoctos ꝓ mānsuetarios subito ad secūdā & tertiā mēsā iubebat accūbere. Obarmo circūarmo. Ho. li. car. Ulixes vñ aductus per omne tempus Dmazona securi exstras obarmet. Derarmo pfecte vel pulchre armo. Curti. Hoc mō instructo exercitu: ac per armato Babylone copias mouit.

Armatio & armatura rem ipsam significant.

Armator & armatrix verbalia.

Armiger pe. co. q̄ lanceā: scutū: galeāq; ferēs: armatū equitē in ꝓlio sequit. Et plane apud antiquos armigeri fuerūt sūmi viri. Ut Patroclus fuit armiger Achillis. Pli. lib. xxv. Clytū equo ad bellū festinantē: & ei galeā poscenti armiger porrigentē. Armiger etiā dicit: qui cui piā alij inferio: arma superiori suggerit. Plau. in Casin. Filius autē armigerū allegauit suū.

Armariū ab armis: locus vbi cibaria: libri: & sigilla recōdunt. Plau. in Capti. Cellas refregit oēs itus: reclusitq; armariū. Et i Epi. Qui ex occluso atq; obsignato armario decutio argēti quātū mihi libet. Cui⁹ diui. est arma

Armamēta nauiū instrumēta vl̄ munimēta: si (riolū. cut funes: & vela: q̄uis & muroꝝ esse possint: & medicoꝝ & alioꝝ instrumēta. Col lib. v. Nōnulli strenue fabricant nauigia: nec cōsūmata pinde instruūt armamētis ministriq;. Hiero. ad Pam. Et quia sine emplastro venerat & medicoꝝ armamēta nō habebat: iccirco medicina nō pfuit. Et Pli. de vineaꝝ armamentis loquit.

Armamētaria repositoria armoꝝ sunt: & fere naualiū quale fuit illud: qđ Athenis Philon fabricauit mille capaꝝ nauiū. Pli. Armamentario mille nauiū cōfecto. Liui. de bel. Asia. Cōflagrarūt & horrea regia: & armamentariū cū ingēti apparatu machinaꝝ & tormētorū. Vale. Maxi. Habebat armamētariū omnis generis teloꝝ copia refertū. Deduciturq; hoc nomē ab armamētū.

Armētum: ingt Fest⁹: id gen⁹ pecoris dr: qđ est idoneū ad op⁹ armor: vt sunt eq & boues. Nā eqs in bellū currit. Clypei ꝙo boū corijs armant. Var. aliter. Armenta: q̄ boues ideo ꝑparabant: vt inde eligerent ad arandū. inde armēta dicta quasi aramēta: postea tertia litera extracta. Unde Col. lib. vij. Jumēta & armēta nomen a retrahere: q̄ nostr labor: vel onera subuectādo vel arādo iuuarēt. Precipue em̄ ab equis: & bobus: aliisq; eiusmodi. Cerui & alia animalia grādia armenta dici possunt. q̄uis elephāti: & equi & hmōi aīalia ab armis armatisq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

militibus ferēdis armēta appellari queāt. Nā cerui qui ad hoc nō sunt idonei: neq; etiā ad arandū inter armenta cōputātur a Vergi. qui ait: Nos tota armenta sequūtur. De hoc etiā in dictione Grex dicet.

Armētarius ij. armētorū custos. Vergi. lib. iij. Ge. Ora secū Armentarius aser agit: tectūq; laremq;.

Armentarius a. um. qō ad armentū pertinet. Amb. de Cain. Vide ad sensuū nostrorū quoddā genꝰ aliud domitū z mansuetū: aliud indomitū: qō armētario quodā motu mentis velut de side atq; dissoluto: prorumpit ad irrationabiles corporis delectationes.

Armille sunt ornamenta in circulorū modū: quę viri militares ab Imperatoribus donata in sinistris brachijs gerere cōsueuerūt. Hęc Paulus. Brachialia vocat. Dicūtur autē armille ab armis: quāntiqui humeros cum brachijs armos vocabant. Vnde arma ab his dependētia sunt vocata. Liui. lib. j. Additur fabule: qꝰ vulgo Sabini aureas armillas magni ponderis brachio leuo: gemmatosq; magna specie anulos habuerūt. Hieroñ. lib. ij. Reg. Tuli diadema: qō erat in capite eius: z armillā de brachio illius: z attuli ad te dominū meū.

Armillatꝰ dr q armillas habet. Prop. Atq; armillatos colla monstra canes. Et Armilatꝰ nomē viri sub Nero/

Armillū vas vinariū in sacris: di (ne z Domitiano. etū qꝰ armo: id est humero deportaret.

Armilustrz festū apud Romanos: quo res diuinas armati faciebant: z sacrificātes canebāt tubis. Ité locꝰ: in quo hmōi ludi fiebāt. Var. hoc nomē ab ambitu lustri dictū existimat: qꝰ ibi circūferēt pōpa z eq currūt.

Armenia regio Asię inter Taurū z Caucasum montes sita: z a Cappadocia ad Caspiū mare vsq; ptēsa: ab Armenio thessalo comite: vt inquit Strab. sic dicta. Et vt Pli. li. vj. autho: est: duplex est Maior. s. z minor: vbi preciosus inter reliqua aromata nascit amomū. Hāc hebęi Arab vocāt. In ea Araxes fluuius: z pars Euphratis z Tigridis: z insignis ciuitas Artaxata.

Armeniacus dicit: qꝰ primū genus eius ab Armenia sit aduectū. Hoc autē genus pomi: armeniacū dicit: qō pcox persicū etiā dicit. Et vt inquit Hippocrates calidum est z stypticū: stomacho vtilis in cibo sumptus.

Armipotens armis valens. Lc.

Armitenēs: qui arma tenet. Lc.

Armisonꝰ notę significatōis. Vt pallas armisona. Lc.

Armon lingua pōtica raphani genus sylueſtre: quod Greci Cherion vocant. Alij leucen. Nostri amoracia frō de copiosius: qꝫ corpore. Lc.

Armoracea ę, vt inquit Palla. ag: estis raphanus est. dicitur a Col' etiā armoradū armoratiorū cyma.

Armon: vt Josephus lib. iij. scribit: fluuius est: qui de montibus Arabię descendens: in stagnū Asphaltitē erūpit: diuidēs Moabitidem z Amonitidem.

Aro as. proprie significat terrā iā pscissam: rursus vomere euerto. Pli. in arādo magnopere seruandū est Catonis oraculū. Quid est primū? Agrū bene colere. Quid secundū? Bene arare. Quid tertiū? Stercorare. Cōposita huiꝰ verbi sunt. Bearo: Exaro: Peraro: Inaro: z Subaro. Pli. Sunt qui iam natas inarant segetes.

Arato: sumit tam pro boue qꝫ pro hoie bouē ducēte. Pli. Arato: nisi incuruus prēuaricatur.

Aratrū instrumētū: q terra arat. Greci aratrō dicūt.

Artro as. quasi aratro: qō est segetes iā natas rursus arādo pscindo: qō impinguādi agri causa fit.

Aromata latine odoramenta. Et inde aromacopola: quem nos aromatariū vocamus q aromata vendit: grece ἄρωμα.

Aromatitis gēma: q in Arabia gignit: ita dicta qꝰ myrrhę odorē habeat: ob hoc reginis charissima. Lc.

Arpe falx: siue ensis falcatꝰ. Vide infra in dictiōe Harpe: vbi Harpyia z harpagones: quę aspirātur. Quoniā nunc in psilen versa est aspirato.

Arquatus mo: bus: de quo sup: a.

Arpinū pe. pro. ciuitas: a qua arpinates dicti sunt et in colę: quales fuere. M. Cicero: Plautꝰ comicus z. C. Marius: qui septies consul fuit.

Arquites dicebant antiqui arcu prēliantes: quos nūc Sagittarios vocant. Lc.

Arcuus. vide in dictione arcus.

Arrostema pe. p. matis. Grece ἀρρώστημα. Latīe egrotatio. ἀρρωστέω egroto: arosteia egrotatio: arrostꝰ egrotꝰ.

Arenicū idē est: qō arsenicū z auripigmentū: cuiꝰ vim reprimi ac tolli excrescētia dubiū non est.

Arrha. ę. z arrabo pe. cor. grece ἀρραβών: vtrūq; sumit pro parte solutionis: quę prius datur: vt reliqua reddatur. Terē. Ea relicta arraboni est. Hinc arrho as. A quo subarrhę: quod est arrhā facio. Ambro. Anulo suo subarrhauit me dominus meus.

Arreptitius: q dęmone rapit: g etiā abreptitꝰ dr. Vetes arreptitū dicebāt laruatū: quasi a laruis arreptū.

Arretina vasa nobilissima: ab Arreto Italię ciuitate vbi fingebant. Martia. Arretina nimis ne spernas vasa monemus. Lautus erat tuscis Porsena fictilibus.

Arrugia cuniculus subterraneus. Lc.

Arripio is. vide in abripio.

Arrogo gis. vide in dictione Rogo.

Arrogo pe. cor. significat tribuo. Hiero. in plogo Esdrę. Interrogent Hebręos: ipsis authoribus translationi meę: vel arrogent: vel derogent fidem. Plerūq; arrogare est nimiū attribuere: seu arrogāter presumere. Vnde arrogās: qui sibi temere atq; insolēter tribuit: quę in eo non sunt. Et arrogantia per quā temeritas atq; impudentia vanā sibi cōparat authoritatē. Ité arrogare est in filium ac familiarē ascīscere: a quo fit arrogatio: quę est cum is: qui ascīscit aliquem in filiū interrogat: an velit illū instū sibi filiū esse: z is qui ascīscit rogat an id fieri patiat: vel ideo arrogatio dr: qꝰ p ppli rogationē fiat.

Aros herba est e bulboz genere scyllę, primis amplitudine foljs lapati: caule recto duoū cubitoꝝ: baculi crassitudine: radice mollioris nature: quę z cruda edit. Folia quoq; eius in aceto decocta manducāt. Lc.

Arsenothelys. vide in dictione Androginus.

Asinoe fuit filia Ptolemęi Lagi filij: q Aegyptum post Alexandrū tenuit. Et fuit iuxta Lysimachi regis Macedonię forma pstātissima: a cuius noie Ptolemęus Philadelphus eius frater vrbē cōdidit in Cyrenaica regiōe

Arsanias fluuius q cū Tigri fluuio circiter quattuor passuū milia: mox diuisus in Euphratē mergit. Lc.

Arsegoum herba est sub Satyrę noie cōprehēsa: vnas habens floribus oleę similes: sed aliquanto pallidiores. Semen ꝯo ad similitudinē papaueris albū. Lc.

Ars, multipliciter dicit. Nā quędā est ars: quę in speculatione tm cōsistit: vt astrologia: z theorice. i. speculatiua vocat. Quędā in agēdo: quę actu perficit: z practice: id est actiua dicit: vt saltatio. Terē. in And. Quid est qō tibi ars mea efficere hoc possit amplius. Quędā in effectu: quę operis qō oculis subijcit z consūmationē nō finē accipit: qualis est pictura. Dicta ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. id est a virtute: quā Greci vniuscuiusq; scientiā vocant. Est etiā ars: quę cōstat ex ꝓceptoꝝ collectione: ab arctoctas, qꝰ arctis ꝓceptis. i. angustis z breuibus cōcludat: vt est ars Seruij: ars Donati: ars Prisciani. Ars etiam astutia vocatur: qua quis nō facile falli: sed magis alios fallere pōt: quę grece dicit τέχνη. Alb ars cōponit Jnera Solers: artifex. Huius diminutiuū est, articula.

Artemia insula est ꝓpe amnē Acheloum ꝓtinēti anne

Artifex: qui artem aliquā facit: dictus qꝰ sci/ (xa. Lc. entiam suam per artus exerceat: siue qꝰ apte operam inter se arctent artifices.

Artificiū quasi artis factio: quod ars ipa operat: vt cū dicimus orationem magno artificio compositam. Hinc artificiosus a. um. qō cū arte factū ē: vt oratio artificiosa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Artitus pe.pro.dicitur bonis artibus instructus.

Artus:qui alligant membra mẽbris:ab arctãdo.Sũt eñ nodi:membra pro trũci. Uerg lib.v.Et magni membroꝝ artus.Et dicit tñ de animantibꝰ:partes sunt corporis inter iuncturas:dicti ꝙ inter se arcent.Unde minores partes p diminutionẽ articuli dicunt:quales sunt digitorũ:quasi parui artus.Et distinguunt artes a membris:quia artus dicũt ossa cum neruis ⁊ venis.Mẽbra autẽ proprie vocamus carnẽ artus tegentẽ.Unde membrana superior mẽbri pars:ꝫ est pellis.Sed sepe nũero cõfundunt.apud Plau. in Menec. tñ artua dicuntur. Ita mihi imperas:vt ego huius mẽbra atq; ossa atq; artua cõminuã illo scipione:quem ipse habet.Hinc deducitur Deartuo as.quod est p partes diuido.

Articulus diminutiuũ ab artus est:⁊ ponit pro iunctura:siue nodo:vel parte membri.Plini.Articulus membra distinxit.Unde articularis morbus.Sed ⁊ in vite dicuntur articuli:de nodo ad nodũ.Cice.in Cato. Itaq; ineunte vere in ijs:quę relicta sunt existit :tanq̃ ad articulos sarmentoꝝ ea quę gẽma dicit.Articuli etiã in motibus dicunt:vt apud Pli.in calce opis. Sic articulos fidei:tanq̃ membra religionis nostrę dixerunt. Interdũ ponitur pro digito:vt apud Ouidi.lib.ij.de ponto. At reditus iã quisq; suos amat:⁊ sibi quid sit. Utile solicitis supputat articulis. Interdũ pro momẽto: ⁊ tẽpestiua rerũ faciẽdarũ hora.siue pũcto:seu alicuius rei aut tpis particula.Tere.in Adel.Uide vt in ipo articulo opportunitatis eã.Hiero.ad Iuli.Filiꝰ me⁹ frat tuꝰ Ausoniꝰ i ipo iã pfectiõis articulo:cũ mihi psentiã suã tarde dedisset: ⁊ cito abstulisset:atq; in pũcto tpis:salue valeq; dixisset. Itẽ articulus coloꝝ est:de quo Cice.lib.iiij.ad Here.Articulus habet:cũ singula verba interuallis distinguunt: cęsa oratiõe.Similiter articulus dicit : quo genꝰ discernit.

Defetiſco: eris. defessus inquit Priscia. Cōpositū a fatisco: fessus: qd̄ quidā a fateor deriuari volūt. Sed Diomedi assentiēdū puto: qui ait. Fessus appellatio est: postea sequit. Differt autē fatigatus a fesso: q̄ fatigatus dicitur: cum quis per aliū laborare compellit: vt lassatus. Fessus ꝯo cum quis labore deficit: vt lassus. Fessus igit nomē est: non participiū. Quia sicut lassus nō est participiū: ita nec fessus: qd̄ eoꝝ significatio q̄si eadē plane ostendit: quā verius docuit. Ex qua ostendit nō esse idē fessus ꝛ defatigat⁹. Igit neq; a fatisco: fessus: neq; a defetisco: defessus: q: fessus nomen est: ꝛ eius cōpositū est defessus: ipsaq; verba supinis atq; p̄teritis carere existimo: quē admodū ꝛ fatisco: Et quoniā fatisco in vsu est: nimirū fatisco: obsoleuit: cōpositū tamē defetisco: remansit: ꝛ in eadē pene significatiōe sumit: quia fatisco: quod deficio significat: defetisco: ꝯo cesso: siue deficio. Et sic duo verba nobis relicta sunt: alterū neutrū simplex: ꝛ alterū deponēs compositū. Defatisco. Colu. lib. ij. Sed omni solo: quod p̄dictoꝝ leguminū segetibus fatiscit: vna p̄sens medicina é: vt stercore adiuues: ꝛ absumptas vires hoc velut pabulo refoueas. Virg. lib. j. Geor. Nec pulue re victa fatiscat. De defetiscor. Terē. in Phor. Ihęc res mihi sollicitudini est: neq; defetiscar vnq; ego exprimer: donec tibi id qd̄ pollicit⁹ sum effecero. De defessus. Idē in Adel. Defessus sum ambulādo. Eius ꝓtrariū indefessus. Claudi. lib. iiij. Accingat lustrare diem per deuia rerum. Indefessa ferar nulla cessabit hora. Nō requies: nō somnus erit: oum pignus ademptū Inuenīā.

Defigo is. pen. pro. deorsum figo. Aliquādo etiā defigi p defatigari ponit: ac viribus attonitoꝝ modo linqui: vt apud Plī. lib. vij. Defigat: postremo expiret.

Definio is. pen. pro. termino: decerno: ꝛ quasi finē do.

Diffinio ꝯo discerno: q̄si dispertiēdo distinguo. Unde diffinitio vocata est: qua in disputādo vti solem⁹. Et est oratio: quę id quod diffinit explicat quid sit. Est em̄ coactę in se atq; cōplicatę rei explicatio: veluti cum dicim⁹. Homo est animal rationale ꝛ mortale. Explicat em̄ diffinitio id quod breuiter ꝛ anguste designabatur.

Defioculus dicitur: qui est captus vno oculo: quē Lusciam alio nomine vocitamus.

Defit: deest: ꝛ cum dativo construit. Teren. in Hecy. Mihil apud me tibi defieri patiar: quin quod op⁹ sit benigne p̄beatur. Virgili. Lac mihi non estate nouum: nec frigore defit. Priscia. hoc loco ait. Deficio autem loco passiui defio facit: ꝛ inde defectus.

Deflagro as. pe. p. vehemēter cōburo: ideo cū ablatiuo cōstruit. Lice. lib. iij. offi. Ictu fulminis deflagrauit.

Deflecto is. deorsum flecto. Colu. lib. iij. Cū iam satis amplū incrementū susceperit: ramū oliuę deflecte: ꝛ ad crus arboris siculneę religa. Lice. lib. iij. offi. p declinio p trāslationē posuit. Hoc aūt de q̄ nunc agim⁹ idp̄m est qd̄ vtile: in quo verbo lapsa cōsuetudo de via deflexit.

Deflaco cas. attero. Tractum a vestibus: siue a flacco vt ait Nonius.

Defloꝛere est sine floribus esse: quod fit cum flores decidunt. Unde ꝛ defloꝛescere: quod est sine floribus fieri Plī. xvij. lib. Pessimū est inter omnia cum defloꝛescentē vitē ꝛ oleā pcutit imber: quoniā simul defluit fruct⁹. Lice. ad Here. per trāslationē. Formę dignitas aut morbo defloꝛescit: aut vetustate. Eiusdē p̄cantię est. Efflοꝛeo: vt est in Ps. Dies eius tanq̄ flos agri sic efflοꝛebit. Aliquādo etiā defloꝛere est flores emittere. Col. lib. ij. Est cum totam spicā edidit octo diebus defloꝛescit: ac deinde grandescit diebus. xl. quib⁹ post florē ad maturitatē deuenit. Sic efflοꝛescere est valde floridū fieri. Lice. in Lel. Quę tā efflοꝛescit amicitia: etiā si tu minus eā fecerus sis.

Defluere: deorsum fluere: ꝛ p̄prie de fluminibus dicit Per translationem significat decurrere: delabi. Lice. in Lel. Ad leues amicitias defluxit oratio. Sall. in Jugur. Ubi per socoꝛdiā vires: tēpus: ingeniū defluxere: Quod est quasi cecidere ꝛ periere. Lac. lib. iij. pro in nihilū redigere posuit. Nauis sine gubernatoꝛe abit pessus: ꝛ coꝛp⁹ relictū ab anima defluit. Quādoq; ponit pro valde fluere: abundare. Ambro. Peccatoꝝ q̄us sors abundet: et delicijs fluat: odoꝛib⁹ fragret: in amaritudine animę suę vitā exigit. Quādoq; pro subtus fluere. Virgi. lib. iij. Geoꝛ. Udisq; aries in gurgite villis Mersatur: missusq; secundo defluit amni. Defluere etiā dicit quod grate moroue soluitur. Unde defluere capillus dicit. Et qui ita defluit: dicit defluus. Et defluuiū capilloꝝ fluxus.

Defluxus idem quod defluuiū.

Deflu⁹ a. um. qd̄ decidit aut decidere solet. Plī. li. xx. Hippocrates capillos mulieꝝ defluos fricari raphanis iubet. Amb. impropꝛie. Aliga sensuꝫ tuū: nō sit remissus

Defluuiū: ipse decidēdi act⁹. Plī. Sed de (ac deflu⁹. fluuia comarum facere dicitur.

Defodio is. pe. coꝛ. sepelio: obruo. Liui. Fuerantq; defossi annis quindecim supra quingentos: ꝛ obrauerant: fez libri. Plau. in Prolo. aulu. Domi suę defossam multis cum opibus aulā inuenit. Col. ꝯo lib. viij. pro fodiēdo facio posuit: cum dixit. Confestim scrobē defodiam⁹ in limine stabuli: ꝛ vinā pecudē quę sit pustulosa resupinam obruamus. Et defodere est intra siue deorsum fodere. Idem lib. xij. Pastinatur terreni iugerum: ita vt solū in altitudinem trium pedum defodiatur.

Defętus a. um. per ę diph. idē quod destitutus. Sicut effetus: fętus destitutus. Qui. in Ibin. Sit quoq; qd̄ ratū est solito defęta fauoꝛe Fortunę facies inuidiosa tuę Hic defętissimus. Colu. Sed siue fundū locuples merca⁹ est e turba pedisse equoꝝ: lectarioꝝq; defętissimūq; annis et viribus in agrum relegat.

Deformę: turpe: q̄si seoꝛsum a forma: a q̄ deformitas et deformo as. qd̄ est a forma sua deiicio. de q̄ in dictiōe for-

Deformicatū. vide in dictione Formicatio. (mo.

Defrico as. pe. coꝛ. valde frico. Colu. lib. ij. Totūq; eorum suppalatum sale defricato.

Defrigo is. xi. vide in dictione decoquo.

Defringo deorsum vel valde frango: siue decerpo: decido. Colu. lib. vj. Plerūq; fit: vt aut crure aut cornibus boum ramuli vitium defringātur. Virgi. Aut sūmas defringe ex arboꝛe plantas.

Defraudare per fraudem aliquid decerpere: vel fructum diminuere aut priuare: vt est illud qui sophistice loquitur: odibilis est: in omni re defraudabit. Defraudare ꝯo genitū: est interrumpere voluptatē.

Defrugo as. pe. pro. omnē fructum exhaurio. Defru-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gare segetē videtur: qui vel nimia sętura exinanit agros: vel per inscitiam aut negligentiā perdit lacessitve fruges oīno cum vel festinata sēmētis est: vel serotina prępropere: reqz: aut prępostere quid agitur: defrugari segetē contingit. Pli. li. xviij. Oraculū illud magnopere custodiendū: segetē ne defruges. Colu. Constat segetē nimia defruga/

Defrutū: a defrūdo (vt inquit (tione exinaniri. Palladius) vinū decoctum Plinio autore: vsqz ad mediam partē. Sapa vero a sapiditate: mustuz est ad tertiam partē decoctum. At Columel. aliter. Mustum (inquit) qđ dulcissimū decoquitur ad tertias: t decoctuz: sicut sapa diri defrutuz vocatur. Sic Nonius. Sapa quod nūc Apellacium: mustū ad mediam partē decoctum: defrutum si ex duabus partibus ad tertiam redigatur.

Defrutare: mustū decoquere: vt ide defrutū fiat. Col. lib. ij. Sed defrutū quoqz t defrutare vinū licet. Hinc defrutarius. a. um. Vt vasa defrutaria apud Colu. dicunt.

Defugere: recusare: (quę sunt ad defrutū idonea. in totum fugere. Lactan. li. v. Non defugi hunc laborē: vt implerē materiam: quā Cyprianus non est executus.

Defundo: deorsum fundo. Cato de re rustica. Aquam defundito non omnem eo addito oleum.

Defungor. eris. Vide in dictione Fungor.

Degener pe. cor. qui maior suoū moribus nō respondet. Ponit qñqz pro ignobili: t vili. Virg. Degeneres animos timor arguit. Est aūt gñis oīnis. In ablō degenere vel degeneri. Luc. Si me degenerē strauissent fata sub hoste. Degenerare idē est quod a gñe desciscere. Hiero. ad Dama. Hic obruta sulcis frumēta in loliuz auenāqz degenerāt. Virg. li. ij. Geor. Pomaqz degenerāt succos oblita priores. j. deteriorant in sapore. Proper. Dij mihi sunt testes non degenerasse propinquis. Dicimus aūt degenerare tam a malo: qđ a bono. Liui. lib. ix. Ne degeneraueris a familia imperiosissima t superbissima.

Dego. is. ex de t ago. Sz abijcit a: prętereā facit degi: supinū dactū scōm analogiā: sed nusqz legi. Neutrū est: sz in tertia psona passiue eo vti possum⁹. Et qñqz absolute: qñqz cū actō iungit: hcatqz deduco: siue ad finē vsqz duco t ago. Lactā. li. v. Quo rectius vita degat non est necesse oia circuire. Itē Degere est viuere. Idē in eodez. Iccirco eū voluit sub aliena ditione: atqz in perio degere: ne rerū prosperitate corruptus: in luxuriā laberet. Itē expellere: detrahere. Plaut. in Aul. Nūc ego istū sor. laborē degaz t diminuā: Idē in Epist. Degit corū de tergo meo.

Degrado ab iperitis dr, vbi dicendū esset desecro. Lc.

Degrūmari significat a grūma mēsura dirigere. Lucil. Tlamqz degrummaris: vt in castris menso: fecit olim.

Degulo as. penulti. correpta. gulę trado. Plau. Postqz degulato patrimonio pauper est factus.

Dehabeo. dehabes. Vide in dictione debeo.

Dehinc: de qui anci: id est posthac. Terē. in And. Dehinc vt quiescant porro moneo. Item significat apresse: id est deinde: vt sit aduerbiū ordinis. Sallu. In primis arduū videtur res gestas scribere: primū q facta dictis exqquāda sunt: dehinc quia plerisqz delicta: quę tu reperiēs: maliuolētia atqz inuidia putant esse dicta.

Dehonesto. as. contrarium verbi honesto: quod significet honore afficio. August lib. v. Con. Quid nocuerunt tibi: in quo imperium tuum dehonestauerunt?

Dehonesta mētuz cicatrix est: vultū hois dedecorans: aut oculi effossio. Gel. li. ij. Quo dehonestamēto corporis

Dehiscere: valde hiscere: siue (maxie lętabatur. deorsum pessumqz aperiri. Hic eñ de auget. Plin. lib. ix. Acus siue belone vnus piscū dehiscente propter multitudinem vtero parit: hoc est se aperiente.

Deianira: filia fuit Oenei Aetolię regis: cuius regia Calydon erat. Hęc adeo formosa erat: vt multos procos haberet: tandem Acheloo desponsata est primo: deinde Herculi. Itaqz nuptiarum gratia ortum est inter eos certamen: sed Acheloo victo: Herculi cessit. Lc.

Dei Damia: siue vt alij volunt Deiamia: filia fuit Lycomedis Scyri regis: cum qua Achilles cōsuetudinem habuit: t inde natus est Pyrrhus. Lomucopię.

Deiero. as. pe. c. valde: vel sancte: seu libere iuro. Hieli. Reg. Et addidit Jonatas deierare Dauid: eo q diligeret eū. Bel. lib. j. Haim cū amicus eum rogaret: vt pro reconciliatione eius filiū deieraret: his ad eum verbis vsus est.

Deiurus pe. pro. qui sancte ac valde iurat. Deiurium sanctū iusiurandū. Bel. Octo ad hostes redire volnerūt: q deiurio vincti forent: duo reliqui Romę mānserunt.

Deijcio. is. pen. cor. deorsum iacio: vel deorsum mitto. Plaut. in Asin. Jussin colūnis deijci operas aranearum? Virg. Toto genitrix quę plurima cęlo Deijcit in terras. Liui. lib. ij. pro iaciendo defigo: posuit. Dum intentus in eum rex totus aduerteret: aliter elatam securim in caput deiecit. Per translationē ponit pro auerto. Cic. in Phil. Nec vero vsqz: nec a rep. oculos deiciebam. Itē pro depellere: vt apud eundem. Si me ędilitate deiecisset. Ab hoc verbo fit deiectus. us. pro deiectione.

Dein ex de t in. sumitur pro deinde. Exin pro exinde proin: proinde: subin: subinde. Et hęc habent accentum in prima. Significatqz deinde: postea.

Deinceps ppie hcat gradatim: per ordinē: siue per vices: siue qđ dicere solemus: vnū post alium. Liui. li. j. Ita duo deinceps reges alius alia via: ille bello: hic pace ciuitatē auxerūt. Cic. Thermo. Si tū tres fratres summo loco natos: promptos: non indisertos: qs video deinceps Triple. per triennū fore: te nolo habere iratos. Col. lib. vj. Qđ quomodo t qualis gñis faciendū sit: non pigebit deinceps precipere: id est per ordinē. Interdū sumit pro deinde: siue postea. Hiero. Uersa est: t ipsa fine coitu in matrē: vt nō sit iā admodū qđ fuerat: sed purpura verissima ad indumentū t gloriā summi regis diuinū⁹ aptissime dedicata: vt nulli deinceps ea vti vsu fęmineo liceret: nisi deo. Interdū significat prętereā. Liui. Extemplo concilio scelera in se fratris originē nepotum vt genitū: vt educati: cędē deinceps tyrāni: seqz eius auctorē ostendit.

Deincipem veteres proximū quemqz capitū dicebāt: quemadmodū principem primū capitum. Lc.

Deinsuper pe. cor. hcat desuper. Sal. li. j. hist. Ad Mediolanum deinsuper astantiū manibus in murū attollitur.

Deintegro pe. cor. hcat totū denuo: siue a principio ad finē. Terē. in Eu. Posthac qs faciet deintegro comędias.

Deintegro. as. penultima correpta: diminuo.

Deiphobus penulti. correpta: nomen filij Priami ex Hecuba. Deiphobe vero nympha fuit Glauci filia. Virgil. Deiphobe Glauci fatur: quę talia regi.

Deiphylus penultima correp. fuit Stenelei filius Capanei in bello amicissimus. Deiphile nomen Adrasti regis filię: t Tydei vxoris: matris Diomedis.

Deiopea: siue deiopeia nympha λέγεσθαι δίωνα ἴσως, ὅτι λίαν θεῖα, ἐθέλει γὰρ ἐρωτα ἐθέλειν ὁ ἀήρ φονεύειν, id est dici puto forsan q Jouī semper adsit: diurnū amorem immito vocem. Ita vt ab hac proprietate nominarit ventorum flatibus conueniente.

Deiugo. as. pe. cor. disiūgo: cui contrariū est coniugo.

Delabor. pe. pro. demitto. Liui. lib. j. Ędo repente delapsus. Qñqz consumor: t ad nihiluz redigor. Cice. lib. ij. offi. Habenda est aūt ratio rei familiaris: quaz quidē delabi finere flagitiosuz est. Qñqz decido. Virg. Serta procul tantū capiti delapsa iacebant: id est quę deciderāt.

Delachrymare: est lachrymas vel aquaz more lachrymantis demittere. Col. lib. v. de vite loquens ait. Vt interdum potius deuexa: qđ in germine delachrymet.

Delanico. as. pe. cor. i. discindo: t quasi lanam trahо.

Delapidata dicun (Vt. lanius qui pecus discindit. tur lapide strata: quales sunt vię apud Bergomum.

Delasso. as. valde lasso. Plau. in Asin. Eum etiam hominem in senatu dare operam: aut clientibus ibi laborē delassatum totam noctem stertere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Delatores occulti accusatores: ꝛ delatio talis accusatio. Vide quę dicuntur in defero.

Delecto ꝛ oblecto frequẽtatiua sunt: ꝛ cõposita a lacio, cis. Delecto eñ a delicio: ꝛ oblecto ab oblicio: qđ ex de ꝛ lacio cõponitur. Vnde fit lacto, tas. Delecto sępius in tertia persona autores vtuntur. Cic. Rufo. Itaq; me ꝛ superiores literę tuę admodũ delectauerũt: quibus expectatũ meum aduentũ abs te amãter videbã. Et habet nihilominus in se significationẽ actiuã: quãdoq; etiã passiuam: eodẽq; modo ꝯstruit: quẽadmodũ oblecto. Idem Peto. Plures iaz pauones ꝯfeci q̃ tu pullos colũbinos: tu te isthic atheniano iure delectato: ego me hic hirciano. Oblecto vero plerũq; in se significationẽ passiuã habet: q̃uis ꝛ actiuã. Et q̃q̃ passiuã habeat: tñ regit actũ non alterius personę aut rei q̃ eius: qui se oblectat. Et vltra actũ ablatiuũ postulat: ex quo passiua eius ꝓcatio monstrat. Teren. in Eu. Ade spereș: me te oblectes. Quo itez modo delecto sumit ex superiore Ciceronis autoritate. Idẽ in actiua significatione sumpsit: cum in Catone ait. Quas si exequi nescirẽ: tamẽ me lectul⁹ me⁹ oblectaret: qđ est quasi delectaret. Et ꝓ Archia. Adolescentiã agũt: senectutẽ oblectant. s. literę. Quãdoq; cũ ablatiuo mediante in: ꝛ hoc vt ostendat maiorẽ vis delectationis. Terẽt. in Adel. In eo me oblecto solũ. i. charũ mihi: vt sit quasi in eo consisto: tanq̃ in delectatione mea prępcipua. Si eñ dixisset eo me oblecto: hoc ad partẽ quandaz pertineret delectationis: quã de illo: non in illo sumit. Sic Lactant. lib. ij. inquit illos nõ disputare vt doceant: sed vt se oblectent in otio. Et fit oblecto ab oblicio: sicut a delicio delecto: ꝛ sicut a delecto fit delectatio: delectamen: ꝛ delectamentũ: sic ab oblecto oblectatio: oblectamen ꝛ oblectamentũ. Delectare ꝯo ꝓprie significat attrahere: ducere. Ennius. Et me Apollo ipe delectat ac ductat delphicus. Quadrigarius. Fabius de nocte cępit hostiũ castra oppugnare: hostẽ delectaꝝ. Et quoniã quę grata ac iucũda sunt nos attrahere solent: facũ est vt delectare sit gratuz esse: ac iucunditate afficere. Legimus etiã delector, quod quidã deponens putauerunt: sed magis passiuũ est: licet non habeat ablatiuũ cum ꝓpositione. Col. lib. j. Jucundus vtiq; viro: si etiã matrona comitatu: cuius vt sexus: ita animꝰ est delicatior, amęnitate aliqua delectãda erit: quo patientius moręt cum viro. Quod in aliis etiã verbis fieri solet: vt desiderium tenet me: ego teneor: desyderio. Sic oblecto: ꝛ hmôi: quę significationẽ passiuam innatam habeant: q̃ hęc accusatiuum eiusdem personę extrinsecus volunt cum ablatiuo sine prępositione: vt delecto: siue oblecto me hac re. Illa vero sine accusatiuo ipsius personę cuz ablatiuo tantũ eius: quo delectamur. Vt delector, siue oblecto: tua consuetudine.

Delectatio inquit Cic. lib. iij. Tus. est voluptas suauitate auditus animũ deliniẽs: ꝛ qualis est hęc aurium: tales sunt oculorũ: ꝛ tactuz: ꝛ odorationũ: ꝛ sapor: quę sunt oẽs vnius generis ad perfundendũ animũ: tanq̃ illę quę factę voluptates. Secundũ hanc diffinitionẽ delectatio a delecto est. Item oblectatio est ab oblecto: cum actiuę significationis sunt. Cum vero delectatio: aut oblectatio sumitur ꝓ voluptate eius: qui eiusmodi: quę dicta sunt a Cicerone: aut aliis delectatur: siue oblectatur: tunc a delecto: oblecto: ve erit. Quãuis a delecto: vel oblecto in passiua significatione etiam sumi possint.

Deliciũ in singulari: ꝛ delicię in pli: oblectamentũ oblectamentave: q̃ nobis voluptati sunt: a delicio: qđ ex de ꝛ lacio ꝯponit. Mar. Stellę deliciũ mei colũba Verona licet audiẽte dicã: vicit maxie passerẽ Catulli. Sue. Titus amo: ac delicię gñis humani. Dicitur etiã delicia fęmin. gene. Plau. Mea voluptas: mea delicia. Licet delicia dicatur etiã genus tigni: qđ a culmine ad tegulas angulares infimas ꝑsus fastigiatũ collocaꝝ. Vnde tectũ ipsuz deliciatũ: ꝛ tegulę deliciares dicunt: siue colliciares.

Delicias facere sępe legit ꝓ eo: qđ est ferme lasciuire ac lusitare: ꝛ se quodãmodo fastidire ac superiorem esse ꝑbis aut gestu ostẽdere: qđ aliter dr deliciari. Plaut. Eia delicias facis mi Mdenęchme quin amabo istro. Hier. super Canti. Deliciabit autẽ non in vno solo edendi gustandiq; sensu: sed ꝛ auditu deliciabitur ꝛ visu.

Delicatus a deliciũm fit: ꝛ idem est: quod plenus deliciis: seu qui in delitijs viuere assuetus ẽt. Et per metaphoram mollis ac tener dicitur. Columel. Cultam vestĩ tamq; familiam vtiliter magis habeat q̃ delicate.

Delico. as. pen. co. indico: explano. Titus. Quid istuc est: aut iste vult sermo mater delicas id est explana. Vetere, res etiã delicare ꝓ dedicare quandoq; dicebant.

Delego. as. pe. pro. deputo: pficio: vt cũ quẽpiã mei loco: officio: negocioue exequẽdo pficio. Col. li. iiij. Immo quis nõ imprudẽtissimũ quẽpiã etiã eũ: q nihil aliud operis facere valeat huic negotio delegat. Li. Post delegatã mihi hãc pumciã. i. post onus mihi ipositũ. Hinc subdelegare dicimus delegatas nobis cãs a principe alteri cognoscẽdas inũgere. Delegare etiã ꝓcat legatos mittere. Liuius. Decernũt: vt duodecim delegarent ad regẽ. Veteres delegare ꝓ discedere: ꝛ dispartire posuerũt. Plautus in Amph. Si cui ꝯsutores delegatos viderit. Et delegata dixerũt dijs ꝯsecrata: quę nũc dedicata dicimus.

Deleo. es. eui. etũ. ex de ꝛ leo: vt inquit Prisc. Vnde letũ significat destruo: ꝛ referꝝ ad lineam ꝛ ad notã. Tractuz a tabella geometrica: nam ibi scribũt seu lineas faciunt: quas postea delent vt alię superfiant. Aliquãdo est in totum leuare ꝛ remouere. Terẽ. Delebo oẽs deinc ex animo mulieres. Diomedes vero deleo: delitus: ꝛ deletus. Var. delitę literę: quod tamẽ a delino esse potest.

Deletile. pe. co. quod delet. Var. Sic displicet tibi taz magnũ sumam spongiã deletilem. Interdũ deletile: seu deletitiũ est deletum: vt charta deletilis: seu deletitia: quę abrasis prioribus literis rescribitur. Alio nomine palimpsestus vocatur.

Delebile: quod deleri potest. Cuius contrarium est indelebile.

Deligo. as. pe. co. de. or. sum: vel valde ligo. Liui. lib. ij. Stabãt deligati ad palũ nobilissimi iuuenes. Col. lib. vj. Si traduꝝ traducẽ non cõtigit: media virga inter eas deligato ad aliquid agendũ. Vt populus delegit Imperatorem ad bella: ꝛ imperator milites ad arma. Plaut. Continuo delegit viros Amphitrio primoruz princeps eos legat Telebois hostibus. Vnde delectus militũ dicit. Eligere est de quouis numero: ꝛ quauis multũ dine electionem facere: ad emolumẽtum vel dignitatem: vt q̃ optimam sibi mansionẽ elegit. Hinc electio ꝛ elegãtia: ꝛ postulat duplicẽ accusatiuũ: sed vltimũ cum in. Vt cardinales elegerunt Alexandruz in pontificẽ. Cooptare dicitur inter collegas: aut fere pares. Cicero in Bruto. A quo in collegium augurum fueram cooptatus.

Deliberare dictũ est a libella: qua quid perpẽditur: ꝛ significat definire. Cic. in Verrẽ. Deliberatũ est. i. fixum ꝛ decretũ est. Aliquãdo dubitare. Cic. lib. iij. ofiicio. Est enim totum sceleratum: ꝛ inpiuz qui deliberant vtrum id sequantur: quod honestum esse videant.

Deliberatiuum genus est: quod in consultatione positum: habet in se suasionem ꝛ dissuasionem.

Delibro. as. pen. cor. decortico. Colu. lib. iij. In ea nitidissimũ ramum eligito: ꝛ eiusdẽ spatij corticem circũcidito: ꝛ materiã delibrato. Idẽ lib. v. Cortex quoq; aridus fissusq; per summa trunci dependẽs delibrandus est. Est ꝛ delibro a libra deductum: ꝛ compositum a libro. as. cuius penultima producta: de quo in dictione libro.

Delibo. as. pe. pro. ꝓcat more religioso Libo: ꝛ oscu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Interdū violo: destruo: vitio. Col. lib. ij. Neue aut cornu bos ad stipites vehementius offendat: aut extremo iugo truncū delibet: deplāteq; . Gel. li. j. Repēditur quippe ꝛ cōpensat leue damnū delibatę honestatis. i. vitiatę. Et delibare est degustare: sacrificare: ꝛ aquam sulco deriuare. Sed cum grecum sit: vide quid significet. λείβω.

Delibatorū locus delibationi accōmodatus. Plī. lib. xvj. Fuit ꝛ memoria nr̄a in porticibus septorum a. Agrippa relicta eque miraculi causa: q̄ delibatorio superfluerat. xx. pedibus: breuior sesquipedali crassitudine.

Delibutus: vt̄us. Terē. in Phor. Si te delibutū gaudio reddo. Cic. li. iij. ad Herē. pro cōspersus posuit. Aut si quā rem deformabimus turpē: vt si cruentaz aut cęno oblitam: aut rubrica delibutā inducamus. Est autē participium fine verbo: nec scio an compositum sit.

Deliquo. is. fallo: seu a bono deficio: ꝑtermitto. Plau. in Amp. Ex me queris qđ deliqueris. Quoniā vero pręterm̄ittere ea: quę ꝑterirī peccare est: delinquere pro peccare ponit. Sed proprie delinquere: vt Aug. in psalmorū interpretatione inquit: est tanq̄ de liquido quodam defluere a stabilitate firmamēti virtutis atq; iustitię.

Deliquium defectus. Ut deliquiuz solis: cum Sol in cursu suo deficit. Et deliquiū animi: cum animus linqui/

Delictum peccatū: a de (tur ꝛ quis animo deficit. linquo. is. q̄ qui peccat delinquat officium suum. Nam proprie delictum est: cum non fiunt: quę fieri debent: peccatūm cum fiunt: quę fieri non debent.

Delinio. is. pe. pro. valde linio vngo: seu frico. Cic. per translationē vsus est ad Cas. lib. j. Jam est biennium z cum virtuti nuntium remisisti: delinitus illecebris voluptatis. Et delinitus dicitur mēte alienatus. Plau. in Amp. Delinitus sum profecto: ita vt qui sim nescia m.

Delinimētum oblectamētum. Lactan. lib. vj. Vitia vero quibusdam delinimētis naturalibus illicere animos hominū: ꝛ inanium iucūditatum specie captos ad acerbas amaritudines miseriasq; perducere.

Delino. is. pe. col. delini: delitū: ꝛ deleui: delitū pe. col. Cū delitus pro sędatus. Cic. Caluo. Tuli molestę q̄ lite/

Delinio. as. Ex de (rę delitę mihi a te redditę sunt. ꝛ linio: qđ a linea fieri certū est: Fcat designo: vt fit cum articulatim hoīes: aut res a pictoribus initiant. Plin. de Apelle. Arrepto carbone extincto e foculo imaginē in pariete delinauit. Unde ꝛ liniamēta dicta sunt. Idem paulo post. Nec qui succederet operi ad prescripta liniamenta inuētus est. Delenio. is. pen. pro. permulceo: ac valde placo. Cuius passim protulit Col. li. x. vt scire liceat aliud esse delenio: aliud delinio. Sed tamē inquit tracūdia notę melioris facile delenīt assiduo interuētu eorū: qui curant aluearia. Plau. in Sti. Senex castigat filias: q̄ hę viros tā perseuerēt peregrinātis pauperes ita sustinere fratres: neq; relinquere: ptraq; verbis delinitur cōmodis.

Delimo. as. penulti. producta. deorsum: seu de aliqua materia limo. Plinius. Alij delimataz ęris scobem aceto spargunt. Apule. delimatū posuit pro delinito. Anus inquit muneribus delimata consensit. Eiusdē significationis est elimo. Plinius lib. xxxiij. Alij elimataz scobem in fictili cado coquunt: in caminis donec percoquatur fi/

Belli lacus erant breuiores mirę pro/ (gulinum. funditatis: quos incolę crateras vocant.

Deliro. as. pe. pro. a recto recedo. Translatio ab aratore. Nam lira est recta fossa: quę contra agros tuendos ducitur: ꝛ in quā vligo terrę decurrit. Et quia rectus est sulcus: delirare dicuntur: qui vltra sulcū: id est a recta via declinant. Hora. Quicquid delirant reges plectuntur Achiui. Est autē compositus ex de ꝛ liro: quasi deorsum liro. Lirare vero est agros in sulcos dirigere.

Delirus pe. pro. qui a ratiōe discedit. Ratio. enī est via recta per quā omnes ducunt. Vide in dictione Lira.

Delirus pe. cor. qui insanit. Lucre. Quod facit hic idē perdelirus esse videtur. Nam contra sensus a sensibus

Deliteo. es. pen. cor. ex de ꝛ lateo (ipse repugnat. significat deorsum latens sto. Sed non inueni: nisi in pręterito. Virg. Limosoq; lacu per noctez obscurus in vlua Delitui. Hinc delitesso: quo est eo vt lateam.

Delos grece latine manifestus. Que nomine dicta est insula in Egeo: omnium cycladum clarissima: alumna Apollinis templo ꝛ mercatu. Dicta delos: vt docet Aristotel. q̄ cum mersa esset: subito apparuit. Nam δηλόω ostendo significat. Hęc Pyrrile dicta est: ab igne ibi primum reperto. A quibusdam Cynthia: ab aliis Asteria: ab aliis Cynetum. Sed in primis Ortygia quoniaz in ea primum coturnices inuentę sunt: quas greci ortygias vocant. Virgilius. Linquimus Ortygię portus. Interpres Callimachi καὶ Δουκυλίδης, σεισμὸν γενόμενον μέγα βουλόμενος ἐξηγήσασθαι φησὶν ὅτι τοσοῦτον ἦν μέγας ὥστε πλῶ Δῆλον νῆσον σαλεῦσαι. Et Thucydides terrę motū magnuz extitisse: magnū volens exprimere inquit: quod tam magnus erat: vt delū insulam concuteret.

Delius: qui est ex delo: vt Apollo delius.

Deliacus. a. um. eiusdē significatiōis. Cū deliaca dicta sunt vasa ex ere pręcioso: ab insula Delo: vbi fuit prima nobilitas eris. Plī. li. xxxiij. Antiquissima eris gloria Deliaci fuit: mercat⁹ in delo concelebrāte toto orbe. Cic. pro Roscio. Domus Chrysogoni referta vasis Corinthijs ꝛ deliacis. Ex ere deliaco fiebāt pedes triclinioꝝ fulcraq;.

Delphi tam pro oppido: q̄ oppidanis pluralī tantum numero. Sicut Babij: Leontini: Puteoli. Hinc delphicus. ca. cum. Unde delphica laurus: q̄ victores delphis ea coronarentur. Et est viridior laurus.

Delphidas fructus de genere caryotharum. Lc.

Delphin: ꝛ delphinus genus piscis: vel potius maris belua. Parit catulos decimo mēse: interdū binos nutrit vberibus: sicut balena. Et decem annis ad summā magnitudinē peruenit. Dicitur etiā fimones dicunt: ad quod nomen vocati accurrere ferunt. Ferunt delphinū non modo omniū marinoꝝ: sed etiā terrestrium animaliū velocissimū pene velocitate equantē: ꝛ ad puerorū amorem duci solere. Lingua est his contra naturā aquatilīū mobilis pro voce gemitus humano similes: dorsum repādum Dulcetur musica arte: pręsertim symphonię.

Delubrum locus: in quo dei simulacrū dedicatum est ἀπὸ τοῦ δεδλαμβάνειν λέγεσθαι φασίν: id est a deo ꝛ sume dici aiunt: quasi deum capiens: vel dei repositorium. Sicut candelabrū: in quo ponitur candela. Unde Hiero. super Joel posuit pro tęplo. Vniuersa (inquit) donaria in delubro eius consecrarūt. Alij accipiunt delubrū pro loco ante aras: vbi aqua currit: a diluendo. Religio enī sacrificij apud antiquos exigebat: vt ante sacrum sacrificulus manus ablueret. Alij delubruz dei simulacrū accipiunt: a delibrato ligno ita dictuz. Serui. ait delubrū esse: quod vno tecto plurima complectitur numina.

Deludo. is. pen. produ. Vide in dictione Ludo.

Delumbe adiectiuū: quo significat non habens aliqd lumborum: id est virtutis. In lumbis enī virtus corporis sita est. Nam de hoc loco significat non: vt sit delūbis homo effeminatus: ꝛ mollis ob nimiam Venerē: qui effractis pudoris claustris: in Venerē soluit. Persi. Sūma de lumbe saliua. Hoc natat in labris. Hinc delumbe carmē pro lasciuo minimeq; virili. Idē significat elumbe.

Deluo. is. lui. lutū. depurgo: diligēter lauo. Cato. Lac serpitiū aceto deluito. Et deluere est madefaciēdo aliqd delere. Varro. Oborteq; inter legendū lachryme: literas

Delutamentum: a deluto. as. Lc. (diluebant.

Deluto. as. ex de ꝛ luto: qđ a lutū fit. Cato. Granarium totū oblinito crasso luto: postea cōspergito amurca oīe qđ lutaueris: vbi aruerit eo frumētum ꝙdito: nō nocebit. Lutum enī a luo: q̄uis eius supinū non inuenerim. cū tamen Col. lib. vij. supinū ostendat dicens. Et e luta ꝛ sicca vinacea: quę de lorea eximuntur. Est autē delutare vsq; deorsum luto aspergere. Cato. Habitationē deluā

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tare terra q̄ maxime cretosa vel rubicosa.

Dema herba est: quam alij calligonon: nonnulli polygonon dicunt. Cornucopię.

Demagis valde magis: ex de ⁊ magis. Ce.

Demando. as. in totum cōmitto. Hiero. ad Sabi. Et omni ordini pręuidebat: pręcipueq; ordinibus: quorum ei cura cum Barnaba fuerat demandata.

Demarathus nomē Spartanorum regis: qui ob indignationē ad regem Persarum diffugit. Alius fuit: vt scribit Liuius: corinthius negotiator diues: qui ob sedi/tiones domo profugus Tyrannidē Cypselli fugiens: in Hetruriam cōmigrauit: comportatis opibus luculentis. Qui a Tarquiniēsibus Hetrurię populis exceptus. Tarquinū Priscum regē populi Romani ex illustri Hetrusca vxore genuit. Hunc comitati sunt duo ex Corintho fictores Eucirapus ⁊ Eugrammius: a quibus Italię traditam plasticē: hoc est figulinam artem ferunt.

Demens: qui est mente diminuta. A quo demētia.

Demētio. is. de mente exeo: deliro: insanio. Lactā. lib. iiij. Ecce aliquis instinctu dęmonis percitus: demēsit: efferur: insanit. Lucre. Dementit enī deliraq; fatur.

Demēto. as. eiusdē fcatiōis. Apul. in Magia. Cōfessa est sese mea Magia in amorē inductam demētare. Illud po in actibus apostolicis nō tam fcat demētē esse: q̄ dementē facere. Sic enī scriptuz est. Attendebāt eum: propterea q̄ multo tēpore magicis suis demētasset eos.

Demetior, diligenter ⁊ quadam ratione metior. Cic. Quę non insidijs sed aperte ⁊ palam laborat: vt verba verbis quasi demensa: ⁊ paria respondeant.

Demēsum: quasi mēsuratum vel ęquatum. Et idem quod seruis dabatur singulis mēsibus vnde viuerēt. Teren. Quod ille vnciatim vix de demēso suo: suum defraudans geniū comperit miser. Serui enim quaternos frumēti modios accipiebant in mēse. Quod vtrum a mēse an a metiendo deducatur: incertum est.

Demeto. is. penul. cor. Vide in dictione Meto.

Demereo. es. rui. itū. quasi lucror. Bel. Thais corinthia ob elegantiā venustatēq; grandē pecuniā demerebat.

Demereor, de aliquo bene mereor. concilio: deuincio: placo: beniuolū facio: beneficiū pręsto: ⁊ exigit accusatiuū. Oui. Dic mihi qd feci: si nō te semp amaui: Crimine te potui demeruisse meo. Quintil. Simul vt plenior obsequio demererer amātissimos mei. Lactanti. de ira dei. Quotis dona offerūt iustis ac bonis operibus demereri eū laborātes. Suet. de Aug. Profectū mox auūculū in Hispanias aduersus Cn. Pōpei liberos: vix tñ firmus a gra ui multitudine per insestas hostiū vias paucissimis comitibus: naufragio etiaz facto subsecutus magnopere demeruit: Est ⁊ demereri valde mereri. Lactanti. libro. iiij. Si vna hostia placabilis: placabiliores vtiq; hostię plures: quia multiplicata demerētur potius: q̄ offendant.

Demetrias Thessalię oppiduz est: quod prius Pegasa dicebatur. Ce.

Demetrius nomē Seleuci filij. Fuit ⁊ alius Demetrius Phalereus Theophrasti discipulus: qui ob eximias virtutes Atheniēsibus prefuit annis decē: trecentisq; sexaginta statuis ęreis honoratus est: Hic: vt Plutarchus inquit: monebat Ptolemęū regem: vt de regno impioq; libros sibi cōpararet atq; perlegeret Quę enim amici non audent monere reges: hęc in libris scripta sunt. Fuere ⁊ alij Demetrij vocati.

Democides pe. cor. fuit. Crotoniata: medicꝰ illustris. Qui cuz inter Darij captiuos esset: ⁊ Darius ipse ob inuersum pedē grauiter ęgrotaret: ita vt iā. vij. dies insomnis egisset: nec a medicis vllis iuuaret: ductus in mediuz Democedes vinctus cōpedibus Dariuz penitus liberauit. Dehinc summo in honore apud regē habitus est.

Demiror pe. pro. valde miror. Terē. in Hecy. Sed demiror: quid sit: quāobrem tantopere hoc oēs nos cęlare volueris. Aliquādo demirari est nescire: quoniā vt Donat. inquit: Admiratio ignorantiā facit. Terentius. Quid mihi vicent: ⁊ quam causam reperient demiror.

Demitto deorsuz mitto. Virg. Eglo demittit alto. Inde demissitię tunicę dictę a Plauto: lōgę ⁊ demisse ad talos: ⁊ nulla zona succinctę. Alit enī. Sane genus hō mulierosum est tunicis demissitijs. Jté demittere est humiliare ⁊ qđ vulgo dicit sebassare. Virgi. lib. iij. Georg. Demisę aures incertus ibidē sudor. Et eneid. j. Vultū demissa p/fatur. Jté defodere. Virg. lib. ij. Geor. Alteq; iubebis Insolido puteū demitti: oēmq; repones Rursus humū.

Demolior. iris. a mole deductū est: ⁊ significat diruo: deijcio. Cic. lib. de offi. Demoliti ea: qnorū altitudo officeret auspicijs. Inuenitur ⁊ demolio. Lactan. lib. iiij. Deliquerimt te filij Jsrael: ⁊ altaria tua demolierunt.

Demōstro. as. aperte vel palā mōstro. Plau. in Asi. Et ędes demōstrauī nr̄as. Demōstrationē dialectici diffinūt esse: cū certis ac necessarijs rōnibus aliquid ꝓbatur.

Demoror pen. cor. r. multū mōror, seu detineo. Lactan. lib. iiij. Cum Moyses dux eorum ascendisset in mōtem: atq; ibidem. xl. diebus demoraretur. Colu. mel. libro. iiij. Prudentis magistri est eiusdem nomen elationis aucupio: quo potiri nequeat: studiosos non demorari.

Demorior, in totum morior. Colu. lib. v. Siue enī caput demoruū est: duo induantur statim vimina.

Demo. demis. ex de ⁊ emo abiecta e. significat detraho. Demos grece latine populus. Vnde componuntur multa nomina Δῆμος ἐπιδημία καὶτὰ λοιπά. id est populus peregrinatio: ⁊ reliqua.

Demosthenes pen. cor. nomē oratoris clarissimi: ⁊ grecorum oim oratorū principis: ⁊ latine robur populi dicitur. Δῆμος enim populus: σθένος τοῦ σθένος robur. Hic natus patre: qui cultellarius cognominat⁹ est: q̄ scilicet domi haberet officinā: ⁊ operarios cultellorū. Relictus puer in hereditate locupleti: tuto; fraude: ⁊ negligentia direptis bonis: vix habuit vnde pręceptoribus mercedem solueret. Cerū cum multo studio ⁊ laborioso pervigilio in clarissimū oratorem euasisset: libertatis Grecię defensor, publice grauibus concionibus Philippum insectatus est: vtpote publicę libertatis insidiatorē. Post cuius mortem patria pulsus: tandē reuocatus est. Sed iam mortuo Alexandro: ⁊ Antipatro rebus grecis preposito: cum apertaz cędem videret: relictis Athenis in Calabriam insulam vbi asylum erat Neptuno sacrum: concessit: haustoq; veneno se necauit. Hic eloquentię studio flagrans iugiter incubabat: adeo: vt a se duos vel tres menses continuos domi inclusus sine intermissione studeret: abrasa parte capitis: vt exeundi facultatem sibi periret. De hoc Hieronymus. Demosthenes plus olei q̄ vini expēdisse dicitur: ⁊ omnes opifices noeturnos semper vigilijs pręueniſſe. Mortuus est sicut Suidas. ἐτελεύτησε ἐφὼν εἰς καλαυρίαν ἐν τῷ τοῦ ποσειδῶνος ἱερῷ πρὸς τὸν μακεδόνα ἀντίπατρον προσεγκάμενος φάρμακον τὸ ἐν τῷ καλαμίῳ, ἔτη ἑβδομήκοντα δύο καὶ ἑξήκοντα. Mortuus est fugiens in Calabriam in Neptuni ędę propter Macedonem Antipatrum: hausto veneno quod in annulo erat: annos viuens duos ⁊ sexaginta.

Democritus pe. cor. nomē philosophi abderitę: qui diuisa substantia duobus fratribus peregrinatus est in varias orbis terraz partes: quo scientiā perciperet. Postea in patriā reuersus: cū summa inopia in hortulis iuxta sug vrbis muros se ad solas rerū naturas contēplandas contraxit. Ferf q̄ quocūq; fortunę casu: ⁊ mutabiliū rerum audito in risum soluebaf: sicut Heraclitus in fletū. Vnde Belasinus notatus est. Tandē teste Cic. lib. v. Tus. se occęcauit: vt naturę secreta subtilius rimaref. Agebat centum ⁊ nonē annos cuz mortuus est. Hic dixit oia ex atomis fieri: ac plures esse mundos ⁊ corruptibiles. Fertur Theologiam ac Astrologiam didicisse a Magis ⁊ Chaldęis. Cum gymnosophistis quoq; congressus est: in philosophia adeo profecit: vt pēthalos: siue quinquercio. i. quinq; certaminuz dici posset. Hāc; naturalia: moralia:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mathematica:liberales disciplinas:artiũq; omniũ periti/
am callebat. ¶Hunc ¶Plinius virũ sagacem ꝛ vitę vtilis/
simũ fuisse refert: sed nimio iuuãdi mortales studio p̃ola
psum. Constat hũc diuitijs opulentũ fuisse in tantũ: vt pa
ter eius Xersis exercitui epulũ hospitaliter dederit.

Demodocus nomẽ cytharœdi apud ¶Homẽ. Cõponit
ex δῆμος ꝛ λόκκις estimatio: quasi populi estimatio.

Democratia principatus populi. Democraticus qui
fouet p̃incipatũ populi. ἀπὸ τοῦ δῆμος & κρατέω.

Demophoon nomen Thesei ex ¶Phędra filij: qui eti/
am Athenarum rex fuit.

Demarchus Tri. ¶Ple. Demarchia ipse tribunatus.

Demulceo: valde seu leniter mulceo. Sicut fit catulis
cum manus super eos tractamus. Teren. in ¶Heau. Non
possum pati: quin tibi caput demulceam.

Demũ significat ad postremũ. Terẽ. in Adel. Ego no/
uus maritus anno demũ quinto ꝛ sexagesimo fiam. ¶Po/
nitur etiã p̃o dũtaxat: vel oino. ¶Exercitum quãdo iungi/
tur cum is. ea. id: vel ita. Lic. in Sallu. Ea demũ magna
voluptas equalẽ ac parem verbis vitã agere. ¶Plini. Ea
demũ sola auium nõ nisi volatu depascitur. Quintil. Ita
demũ mihi satisfacies si apud patrem fuisti.

Demus p̃ demũ veteres scripserũt. ¶Pacu. Quid dem⁹
magis cõmodũ est: q̃ ne tuũ perduas iniuriã pati.

Demiũ gẽma est a pinguedine dicta. Græci enim δημόν,
pinguẽ dicũt. Et hoc ¶Homerus frequẽter vtitur. A quo
δήμιον gẽma appellata: nec fuit in vsu: antiquorũ gem/
ma vlla frequẽtior, vt ¶Menandri fabulę testant. Lc.

Denarius. a. um. idẽ quod decẽnarius. Vnde denarię ce
remonię dicebat: sicut tricẽnarię: quibus sacra adituris
decẽ continuis diebꝰ: vel triginta certis quibusdã rebus
carẽdum erat. ¶Hinc vndenarius: duodenarius: ꝛ huius/
modi. Denarius vero substantiuũ: est genus monetę ar/
genteę: q̃ denas libras eris valeret: vt inquit Varro. Di/
citur ꝛ denariũ neu. gẽne. ¶Plau. in Ru. Quis me est mor/
taliũ miserior, qui viuat alter hodie: quẽ ad recuperato/
res modo damnauit centum denaria ¶Philippea.

Denarro: per ordinẽ narro. Gel. li. ij. Hęc nobis Fau
rinus summa cũ elegãtia verborũ totiusq; p̃monis comi/

Denaso. as. pe. p̃o. na (tate: atq; gratia denarrauit.

sum aufero. ¶Plau. in Cap. Namq; edepol si habites p̃o
pius os denasabit tibi mordicus: id est destruet.

Denato. as. pe. cor. frequẽtatiuũ est verbi deno. as. qđ
est deorsum nato. Aug. per translationẽ dicit. Quãto hu/
milius sedebat: tanto ampliꝰ capiebat. Cõstituit enim aqua
ad humilitatẽ conualliũ: denatat de tumoribus collis.

Dendrachates gemma: quę velut arbuscula insignis
Δένδρον enim arborem dicunt. Copiosę.

Dendris gẽma: quę sub arbore defossa non permittit

Dendrocissos hedera est: (secure hebetari. Lc.

quę sine adminiculo stat: sic ea propter dicta ἀπὸ τοῦ Δέν/
δρου καὶ κισσὸς: id est ex arbore ꝛ hedera. Lc.

Dendroides tithymali spẽs: ꝛ ramosum interptatur.

Denego. as. pe. cor. dare nego: seu non do. Lactã. lib.
ij. Si alimenta frugibus longa siccitas denegauit.

Denigro. as. penul cor. nigrum facio. ¶Plin. Capillum

Deniq; a denus. Siue vt qui/ (denigrat suffitu.

dam volunt a denuo significat ad extremum. Terenti. in
¶Heau. Fodere ꝛ arare: aut aliquid facere deniq;

Denobilito. as. vituperor: dedecoro. Terenti. in Eunu.
Tu iam pendebis: qui stultũ istum adolescẽtulum deno

Denoto. tas. penultima corre. (bilitas flagitijs.

culpo: increpo. Cypri. ¶Nam cum denotarentur discipuli
eius q̃ederent: nec prius manus lauissent.

Dens ab edẽdo: quasi edẽs. Sz potius græcũ esse quis
nescit: ἔδοντες γὰρ ὀδοὺς ὀδόντας ἐξ ἔδω λέγουσι. græci enim
ὀδοὺς. i. dens dẽtis ex ἔδω edo dicunt. Sed ꝛ omne quo
aliquid teneri: vel execari potest: solet dens appellari.
Virg. li. vj. Tum dente tenaci Anchora fundabat naues.
¶Hinc bidẽs: tridẽs; ꝛ hmõi. Dentes diuersa fortiunt no/

mina. Qui eñ primũ apparẽt apertis labijs p̃mores vo/
cant: lati ꝛ acuti: quibus fit morsus. Ipsi eñ vt ¶Pli. lib. vij.
Nec cibo tantũ ꝛ alimẽtis necessarij: quippe vocis sermo
misq; regimẽ p̃mores tenẽt: concẽtu quodã excipientes
ictũ linguę. Qui vero sequũtur: quasi rotũda specie acuti
in modũ serrę serrati dicunt: ab antiquis canini appellã/
tur in quocũq; animali. ¶Pli. lib. vj. Lupi dextrę caninus
in magnis habet operibus. Sequuntur maxillares: qui
duplices sunt: cibũq; cõficiũt: ob id molares dicti. Iuue.
Interq; molares Difficili crescẽte cibo Genuini nouissi/
imi nascunt homini: vt ait ¶Plin. Dentiũ etiam quidaq; di/
cunt serrati a similitudine serrę: qui pectinatim coeunt:
ne cõtrario occursu atterant. Quales habẽt pisces ꝛ ca/
nes. Quidaq; continui: vt homini ꝛ equo. Quidaq; exerti:
hoc est extra os p̃ducti: vt apro ꝛ elephanto.

Dentio. tis. dentes emitto. ¶Plau. in mili. Venter creat
oẽs has grũnas: auribus peraudiẽda sunt: ne dẽtes den/
tiant. ¶Hinc dẽtitio: dentiũ emissio. ¶Pli. lib. xxviij. infantib⁹
nihil butyro vtilius per se: ꝛ cũ melle p̃uatim ꝛ in denti
tione: ꝛ ad gingiuas: ꝛ ad oris vlcera. Dens lupi adalli/
gatus infantibus: phibet pauores dentientiq; morbos.

Dentatus: qui magnos habet dentes: qui ꝛ dentosus
dicitur. ¶Plinius tamẽ dentatũ dictum fuisse ¶Marcum.
Curium libro, vij. scribit. Quoniaq; cum dentibus natus
fuerit. ¶Hinc edentatus: qui est sine dentibus ¶Marcum
Edentatę beluę morsus. Similiter edentulus.

Dentale lignuz quo vomer arãdi causa inducit: sed p̃
vomere poni solet. Col. lib. vij. Et dẽtalibus terrã subi/
gere: quo minoris bubus id administrari possit. Dicitur
etiã dens: vt Var. inquit: q̃ eo quasi dẽte molerẽt terra.

Denticulus: parvus dens. Denticulo: dẽtes imprimo.
Denticulatũ quod est ad similitudinẽ denticuli factũ.

Dẽtatim ꝛ dẽticulatim aduerbia: p̃cant ad similitudi/

Dentifricium medicamẽtũ: quo dẽtes (nem dentiũ.

fricant: vt fiant candidi. ¶Plinꝰ docet ex pumicibus fieri
dentifricia Apule. in ¶Magia. ¶Primo igitur legere lu/
cris meis epistoliũ de dentifricio versibus scriptum.

Dentiscalpium instrumẽtum: quo scalpunt dentes.

Dentifragimbulũ. ¶Plaut. in Bac. Nę tu hercle haud
longi es ab infortunio: ita dẽtifragimbula hęc meis ma/

Densum coarctatio nimia con/ (nibus gestiunt.

iunctarũ partium. Rarum contra in quo interuallis fre/
quẽtibus laxio: partiũ videtur esse coniunctio. ¶Hinc den
sitas ꝛ densitudo. Compositum condensus.

Denso. as. cogo: spisso. Luc. li. iij. Densaturq; globus
quartũ pede prima relato. ¶Hinc condẽso. Colu. lib. viij.
Torrido sale contingit: rursusq; ponderibus condensa/
tur. Est ꝛ denseo. ses. a quo densesco. scis. densus fio.

Densifico a densum ꝛ facio.

Denudo. as. penul. p̃o. spolio: nudum reddo.

Denuntio. as. Vide in dictione Indico.

Denuo aduerbiũ significat rursus: quasi de nouo.

Deoro p̃o peroro nõnulli vsurparunt. Et deoratum
p̃o peroratо scripserunt: vt ¶Pomponius testatur.

Deorsum: cuius contrariũ est sursuz: notã habet signi/
ficationẽ. Capiũtur tñ ambo p̃ vltro citroq; Ter. in Eu.
Sex ego te totos ¶Parmenoꝰ mẽses quietũ reddã: ne
sursum deorsumve cursites. Tractuz ab Athenis: cuius
portus in imo: vbs vero in editiore loco sita est. Lc.

Depalmare: est palma percutere. Gellius. Quẽcunq;
depalmauerat numerari statim seruos. xij. tabulas vi/
ginti ꝛ quinq; asses iubebat.

Deparcus. Vide in dictione ¶Parcus.

Depango. is. plãto: seu defigo. Col. li. iiij. Deinceps pa
stinat malleolus vitibus inserẽdus. Cunq; satserit medio
spatio qđ vacat inter vites per vnã lineã depangere. In/

Depecto. is. xui. vel xi. xum. dili/ (de depactus.

genter pecto. Ouid. lib. iij. Fasto. Interea liber depexos
crinibus Indos Vicit: ꝛ eoo dines ab orbe redit. ¶Plin.
lib. xix. Ars depectendi: digerendiq; iustũ est e quinquag

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

genis falsciũ libris quinas denas carminare. ¶Per translationẽ & in malam partẽ. Terent. in Eunu. Egone si viuo adeo exornatũ dabo: adeo depexum: vt dum viuet me/ minerit semper mei: id est ornatũ: cultum: dictum a con/ trario sensu. Q; si depessuz legamus a patior, siue a pan do significat laceratum. Et depecto fit depexo. as.

De pecuniis repetundis. Vide ¶Repetundarum.

Depectus significat pactus: & in bonã: & in malã par/

Depelli portenta dicuntur: (tem capitur. Lc. cum mala quę ex iis fiant: precibus: supplicijs: religione: & deorum cerimonijs fugantur, Lomucopię.

Dependo. is. fere pro simplici pẽdo est: quod varie su/ mitur. Vt pecuniam vel tributum pendere est dare: vel soluere: seu pati pœnam. Sed de hoc in pendo.

Dependeo. des. deorsum pẽdeo. Colu. lib. iiij. Sed si per vnumquęq; pampinũ maior numerus vuarum de/ pendeat. Aliquando dependere est sustentari. Lic. Om/ nis illorum salus a nostra salute dependebat.

Depereo. ris. ex de & pereo: accipit pro morior. Colu. libro iiij. Nos tamẽ plus quattuor milibus conserimus: quia negligentia cultorũ magna pars deperit. Quãdoq; deperire est impatiẽter amare. ¶Plau. in Casi. Hic ipsius Casinaz deperit. Hiero. lib. ij. Reg. Factum est vt Tha/ mar adamaret Ammon: & deperiret in eam valde.

Depesta poculi genus: quo vetustissimi vtebant. Lc.

Depessus: siue a patior: siue a pando fiat: laceratus di/ citur. Terẽt. Egone si viuo: adeo exornatum dabo: adeo depessum: vt vsq; dum viuat me minerit mei.

Depiles. pe. pro. qui sunt sine pilis. Var. lib. j. de vi. pa. Q; ludis pręsulis pueri essent glabri: ac depiles propter

Depilo. as, penul. cor. re. pilos detraho. (ętatem. Martia. Cum depilatos chęste coleos portes. Et depi/ lo rarefacio. Lucilius. Depilati omnes sumus.

Deplanto. tas. Vide in dictione ¶Planto.

Deplano. as. pen. pro. in planum deduco. Lactan. lib. iiij. Ego ante te ibo & montes deplanabo.

Depleo. es. Columel. Conchę quibus deplex oleum.

Deploro. as. pe. pro. propter actũ ploro. rationis: qui in re miserabili exigit: si lachrymę manãt: tunc proprie. Si nõ manant: significat quasi ploro. ando lamẽtor. Lic. in Lato. Non libet deplorare mihi vitaz quod multi & hi docti fe/ cerũt. Et lib. ij. offi. Admonebat me res vt hanc quoq; in termissionẽ eloquentię deplorarem: nisi vererer ne de me ipso aliqua viderer queri. Aliquando deplorare: est plo/ randi finẽ facere. Vnde deplorata cadauera dicebãtur: quibus vltimus luctus persolutus erat. Et temp. deplo ratã dicimus iam euersaz. Ab hoc tractũ est. Conclama/ tum est. quãdo affines eiulãtes conclamabãt. Dicitur q; in omni re iam deperdita: quia post lachrymas affinium mortuũ plane cadauer erat. Inde & indeplorato dicitur Ouidius in Ibin. Indeplorato proijcere caput.

Depontanus. pe. pro. Vide infra in dictione ¶Pons.

Deponere est deorsuz ponere: vt depone sarcinã. Lic. per translationẽ dixit pro dimittere. Existimaui honestissi me molestias posse deponi: si me ad phĩam retulissem. ¶Per translatiõem etiã significat priuare. ¶Plau. Vt me de ponat vino eam affectat viã. Suet. Me imperio turpiter depositus priuatus viueret. Aliquando derelinquere: & quasi desperare. Vnde depositi: desperati dicimr. Virgi. Ille vt depositi proferret fata parẽtis. Lic. in Ver. acti. j. Itaq; mihi video: iudices magnã & maxime ęgrã: & pro pe depositã reip. partẽ suscepisse. Aliquãdo est apud ali/ quẽ quicq; ponere seruandũ: ceu pro pignore. Habet enim hoc loco de vim augendi: vt ostendat totum fidei eius cõ missum: quod ad custodiã rei pertinet. Virgil. Ego hanc vitulam ne forte recuses: Depono. Ad seruandũ vero: vt gladium pecuniam. Lic. lib. iij. officio. Si gladium quis apud se sana mente deposuerit repetat insaniẽs: reddere

Deponẽs verbũ. (peccatũ fit: officiũ nõ reddere. Ideo dicit quia deponit aliquid de quantitate cõmunis verbi. s. futurũ participiũ in dus a significatione passiua. Nam cũ participia quattuor habeat verbuz cõmune: vt criminãs: criminaturus: criminatus & criminãdus. Hoc non habet deponẽs. s. futurũ a passiua significatione. Vt mino: minans: minaturus: & minatus: non minãdus.

Depositum quod deponitur: hoc est quod alicui sub fide tradit: vel quod pignoris loco dimittitur: vel quod sequestro a pluribus in solidum certa conditione custo/ diendũ reddendumq; cum fuerit de iure discussum tra/ ditur. Et sic est nomen. Lic. Quid si quis apud te pecu/ niam deposuerit: bellũ patrię inferat: reddes ne depositum? Non reddere depositũ maxima iniustitia est.

Depositorius: qui aliquid deponit. Depositarius qui

Depopulari: est destruere: siue de (depositũ accipit. prędari. Apud antiquos etiã depopulo dicebatur.

Deposcere: est multũ desiderare: siue rõne quadã exi/ gere. Col. lib. ij. Canabis solũ pingue fieri coriatq; & rigu um vel planũ: atq; humidũ & alte subactũ deposcit.

Deportare est de aliquo loco aliqd portare. Col. lib. v. Nec procul a mari vel nauigabili flumine: quo deportari fructus: & per quod merces vehi possint. Vnde deporta/ ti dicuntur: quibus aqua & igni interdictũ est: vel quibus princeps prouinciã annotauit. Transfertur etiam ad ea: quę delectationẽ: laudẽ: & vituperationẽ habent: quę no stra opera sumus assecuti: vt cũ inde reuertimur: quo p fecti fueramus: aut cuz vbi sumus inde quicq; deportat. Lic. Trebatio. Mihi crede nihil ex ista prouincia potes: qõ incũdius sit deportare. Idem in Lato. Teq; nõ cognomen solũ Athenis deportasse. Vituperationẽ: vt deporta uit Verres amicã. ¶Pro deporto: vulgo reporto dicit: cum reporto retro porto: seu reueho reducove: qõ portatum siue delatũ & deductũ fuerat. Lactan. lib. iiij. Repente vi/ ribus roborat ipsi lectulos suos reportarẽt: quibus fue/ rant paulo ante delati. Hiero. ad Dama. Et inuẽtam su per humeros reportat ad caulã. Lic. pro se. Itaq; ¶Pub. Lentuli beneficio excellenti: atq; diuino non solũ reducti sumus: sed equis insignibus & curru aurato deportati. Transfertur etiã ad verba: cũ quis pro verbis verba re/ portat. Virg. Isq; adytis hęc tristia dicta reportat.

Ergastularius: qui praeest ergastullis. Unde Columel. lib. j. docet quomodo ergastuli ab ergastularijs tractari debeant. Ergastes et ergasticus: latine operarius a verbo greco ἐργάζομαι. Ergasia operatio Ergaleia ferramenta. Ergásenon officina. Ergasemos fabricabilis. Ergasteriú: offi(gasterlarches tabernarum opifex. cina vbi aliquid operamur: vt est in decretis distin. xliij. Nulli clerico liceat tabernam: aut ergasteriú habere.

Ergeteni penultima producta: populi sunt ab Ergeto oppido Sillius. Hadrianum Ergetumque simul.

Erginus Tyrannus fuit: qui ab Hercule ex Minyis Orchomeni vrbe extrusus: postea extinctus fuit. Lc.

Erguminus pe.cor. qui a demone agitat ab ἔργομαι, quod latine dicitur agor: id est agitor, prohibeor.

Eribea dicta est nouerca Mercurij: id e Juno. Cuius monitu et precibus ipse Mercurius Martem ex vinculis liberauit. Et dici potest lis buculae. Haec ἔρις lis βοῦς bucula: siue iuuenca dicitur: quia Isidem multa indignatione

Erica frutex est quam et alij Sisarum no(prosecuta fuit. minant. Folia habet tamarici similia: haec tamen herba sola floret in syluis: ideoque melli nomen praebet. Lc.

Ericates nomen viri: et potest interpretari: quasi confractus. Nam ἔρις ira καπάχω infringo.

Erictheus nomen proprium Phegaeus viri. Alter fuit Athenarum rex: quem Minerua e rure vbi natus erat: fuscepit: educauit: et Athenienti populo pro rege tradidit.

Erictonius rex Athenienfis Vulcani: et Mineruae filius: A quo populus Athenien. erichthonius dictus est. Hic teste Plinio: Quadrigas primus iunxit: et ludos instituit

Eridanus penultima corre. (in Attica regione. fluuius in Italia: ab Eridano Solis filio ibi submerso dictus. Quibus fit ita intelligendum: vt non erremus: sed melius est tacere: quam pauca dicere: alij viderint.

Erigone pe.cor. nomen Icarij filiae: quae ob fratris necem dolore percita: laqueo se suspendit: vt Higinus late tra(ctauit.

Erigryppus vnus ex Centauris. Lc.

Eriphyle pe.pro. nomen vxoris Amphiarai et sororis Adrasti. Haec accepto aureo monili latenter maritum prodidit. Virg. li. vj. His Phedra procrinque locis mestaque Eryphylen: Scribit et fine h. Iuuena. O currunt multae tibi

Erimanthus: qui lites dissemi(belides atque eriphylenando diuinat: quasi ἔρις ἔριδος. i. litis μάντις diuinus. Iuue. Aut Disphylus: aut Erimanthus. Erymanthus vero cum y. et h. mons Archadiae: quo aprum agrorum vastatorem Hercules domuit: viuumque super humeros ad Eurysteum detulit. Quo conspecto Euristeus in aereo se vase abscondit. Virg. Aut Erymanthi placarit syluam: et lernam tremefecerit arcu. Est et sylua et fluuius hoc uoie in Alphei defluens: vt odit Pli. li. iiij. Lic. li. tuf. vocat Erymanthum beluam erymanthiam vastificam Sophocles aut λαμπρεῖα ὄρος ἀρκαδίας ἀφ' οὗ καὶ ποταμὸς ἑᾶι ἐξύμανθος πρὸς δὲ τοῦ κάπρου μὴ ῥιζόδωλος φασὶν ὅτι ἐπὶ τὰς τοῦλας τῶν μυκηνῶν κομίζας ἀυλὸν ἀπέδετο. id est Lampia mos est Archadiae: a quo fluuius defluit erimanthus ze.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Erinacius animal nō maius ericio: vt Hier. inquit: simi/
litudinē v: si muriscꝫ habēs. Unde in Palestina arcanus
dicit. Et magna est in istis regionibus huius generis abū
dantia: semper in cauernis petrarū: ⁊ terrę foueis habi/
tare cōsueuerūt. Dicit ab aliquibus Cyrogrillus: qō no
men ab horrendo quidā deducunt: ⁊ cū h. scribunt.

Erinnys cum y. furia infernalis: dicta qꝫ humanā cor/
rumpat mētem ἀπὸ τοῦ ἔξεραν τὴν νοῦν ἕξα λέγετ ἢ γαῖα
ⓒ νοέω ὅτι. Huius genitiuus erinnyos ⁊ erinnys latine:
⁊ per syncresim erinnys: accusatiuus erinnya ⁊ erinnyn:

Eripio. is. penul. co: re. extra (in plurali erynnes.
rapio. Et construit cum datiuo fere in malaꝫ partem: vt
eripuisti mihi substantiā. Aliquādo cū ablatiuo in vtrāqꝫ
partē: vt eripuisti me a periculo: ⁊ eripuisti a me librū.

Eriphysa insula vna ex Aeolijs: quasi ἔριον: id est litem

Eris est herba in Ae/ (φυσάουσα fusilans dicitur.
gypto nascens: aro similis: nisi qꝫ minor est: ⁊ minoribus
foljs ac radice: quę tamē grandis oliuę magnitudinem
implet. Significat ⁊ contentiōem ἔρις enim grecę ira ⁊

Eriſi sceptrum herba quam ⁊ (contentio. Lc.
dipsacon: aspalatum vocant. Unde Dipsacon. Lc.

Eritheles genus herbę: sic dicta: quasi amor floręs:

Erodius ⁊ erodion: auis ma/ (ex Ambrosię specie.
ior omniū volatilium: ⁊ aquilā vincit ⁊ comedit.

Erogo. gas. pen. co: re. distribuo: ⁊ quasi rogatoribus
distribuo. Hiero. ad Julianuz. Cum multis erogaueris
censum tuū: ⁊ quidam tua gaudeant liberalitate: tamen
multo plures sunt: quibus nihil dedisti. Inuenit etiaz ex/
rogare: quod est vt Fest. inquit ex lege veteri aliquid per

Erotema penulti. produ. (nouaz legem eximere.
grece ἐρώτημα interrogatio latine dicitur. Ut. Quo res
summa loco Panthus: quam prendimus arcem? Erote/
maticus interrogatiuus ἐρωτάω ἐρωτῶ ὅτι ἢ ἔρομαι.

Eromodotion desertio causę: absentia: siue negligētia
partiū facta. Contrahit autē triemij: aut alterius iusti tē
poris lapsu. Pomp. Itē in Eromodotijs pupillo subue/
nit: sed vide diligēter ne Eremodotiū legendū sit: ab E/

Eropia insula vna ex (reino: qō desertū signi. Lc.
Cycladibus: alitur Acis: ⁊ postea Siphnus appella/

Erotylos gemma filici similis. Lc. (ta. Lc.

Erro: inquit Augu. lib. Enchiridij. est existimatio vel
approbatio veri pro falso: vel ecōuerso: ⁊ certi pro incer/
to: vel ecōuerso. Et errare est putare: vel approbare vez
esse qō falsum est: vel falsuz esse qō verū est: vel certū pro
incerto: siue falsuz siue verū sit. Unde sciendū qꝫ licet quis
absqꝫ ignorātia errare nequeat: non tñ qui aliquid nescit
continuo errat: sed qui se existimat scire qō nescit: ⁊ falsum
pro vero: siue incertū pro certo approbat. Accipit etiam
quādoqꝫ error pro peccato: ⁊ quādoqꝫ pro vagatiōe. Et
errare pro vagari: ⁊ discurrere. Virg. Vidistis si quā hic
errantē forte soroz. Sed quoniā pecudes errando: id est
vagando pascunt. errare ponit pro pascere. Virg. Mille
meę siculis errant in mōtibus agnę. Itē quia errando sę/
pe a recta via deflectimur: errare sumit pro peccare. Sa
ne inter errorez ⁊ errationē hoc interesse Donatus existi/
mat: qꝫ error animi sit: erratio pedū. Terē. in Adel. Sane
ac multo ppius ibis: ⁊ minor est erratio. i. minus est spa/
tij: per qō erretur. Cōposita verbi erro sunt aberro: qō
est valde erro: vel longe vagor. Lic. in Tusc. Sed redeat
vnde aberrauit oratio. Deerro. oberro. circumerro. La/
etan. lib. ij. Vulgus existimat mortuoū animas circa tu/
mulos: ⁊ corpoz suoū reliquias oberrare. Dererro per
totū erro. Colu. in pręfa. Semperqꝫ ritu volucrū longin/
qui litoris peregrinus ignotū pererret orbem. Exerro:
valde erro. Cypria. ad Januarū. Ne quis exorbitans: ⁊
a via veritatis exerrans: apud Hereticos iungeret.

Erogenneton herba est sic dicta: qꝫ amatoris ꝓueniat
γεννάω ⓒ γενῶ gigno: ⁊ ἔρως amor dicitur. Lc.

Erratus. us. ⁊ erratū. ti. peccatū. Lic. Tironi. Tantuz
mihi dolorem cruciatūqꝫ attulerunt errata meę ętatis: vt
non solū animus a factis: sed aures quoqꝫ a cōmemora/
tione abhorreant. Et in Decre. dist. xl. scribit. Quod ali/
quādo in ipsis quoqꝫ cōspicimus erratibus electoruū.

Errones sunt vagabūdi. Tibul. Atqꝫ iterū erronē sub
tua signa voca. Sappho. Nec vos erronē tellure admit/
tite nostrū. Ulp. errones appellant seruū: qui nō quidē fu
giunt: sed frequenter sine causa vagant: ⁊ temporibus in
res nugatorias consumptis serius ad dōm redeunt.

Errabundus affatim: vel valde errans. Virg. Si qua
forte serāt oculis sese obuia nostris Errabūda bouis ve/

Erraticus. a. um. qō vbiqꝫ serpit: seu vbiqꝫ (stigia.

Erubesco: rubens fio. (nascit. Ut vitis erratica.
Augusti. per translationē prō verecundo: in significatio/
ne actiua posuit: cum ait. Quisquis me erubuerit coram
hominibus: erubescam eum coram patre meo.

Eruca pe. p. si Apuleio credit: ab hęrendo venit quo/
niaz rebus: quas occupat: tenaciter inhęreat. Uerū alijs
magis sine h. ⁊ sine diphthongo scribi placet: ⁊ ab erodē
do deduci. Est aūt genus vermis: Campe alio noīe: qui
in olerū folia repit: abroditqꝫ pręsertim brassicas. Colu.
libro. xij. Ubi vero apricis regionibus post pluuias noxia
increuerunt animalia: quę a nobis appellant erucę: greece
autē campe nominant: vel manu colligi debēt: vel ma/
tutinis tēporibus frutices olerū concuti. Sic enim dum
adhuc torpent nocturno frigore si deciderint non ampli/
us in superiorē partem prorepunt. Est etiaz eruca herba
quędā virtutis calidę: dicta similiter qꝫ erodat. Plaut. be/
stiolas oēs corpora insecātes erodit: Ueneremqꝫ excitat.
Ouid. de reme. Amor. Nec minus erucas iubeo vitare sa/
laces. Colum. Excitet vt Ueneri tardos eruca maritos.
Sunt qui erucā dici velint qꝫ vrat. Plaut. linguā pungit.
⁊ sanguinē exurit: vt sit eruca: quasi vrūca: v. in. e. versa.
Aut qꝫ fortasse dicta sit ab esu: hoc est ab edendo. Et cuz
principio esset esuca: postea cōmutatione literę facta est

Eructo. as. exe ⁊ (eruca: vt ex Valesio Valerius.
ructo: qō est frequentatiuū verbi. erugo. is. Iuue. posuit
exemplū de ructo. Si bene ructauit: si rectū minxit ami/
cus. De eructo Hieronym. Eructauit cor meū verbuz bo/
num. Est ⁊ ructo: in eadē significatione. Horat. Hic dum
sublimis versus ructat ⁊ errat. Ructo autē a rugo. is. xi.
etum. Unde ructus. A ructo quoqꝫ fit ructito aliud fre/
quentatiuū. Col. lib. vij. de boue egrotante sic inquit. Be
mitus exprimit: locoqꝫ stare non patit: sępe decumbere ⁊
ructitat cępit: caudāqꝫ crebrō agere. Dicit ⁊ ructuo. as.
⁊ ructuor. Hinc a Sidonio dicta est ructuatio esculēta.
Ex quo eructuo. Augusti. Illi audiunt tanqꝫ verbū eru/
ctuatū: illi tanqꝫ scientiā annuntiatā. Quod eū ructuat:
pręsentibus ructuat. Est autē eructare proprie extra ru/
ctum mittere: qꝫuis ad alia transferat. Columel. lib. viij.
Neqꝫ ipsum vivariū repletur congerie: quaz tempestati/
bus eructat pelagi violētia. Est ⁊ irructo. Plau. in Pseu
do. Quid tu malū ergo in os mihi ebrius irructas.

Erudio. is. penul. cor. significat ex rudi doctum facio.

Erudero. as. pen. (Hinc eruditio prō doctrina.
cor. ab e. ⁊ rudero. Rudera vero a rudus. deris. Et sunt
rudera purgamēta: puta cęmentum lapides confracti:
arena: calx: ⁊ huiusmodi ex ruinis congesta. Hinc rude/
ratus ager: qui veterum ędificioū maceria scatet. Eru/
derare itaqꝫ est purgare: ⁊ rudos extra iacere. Ambrosi.
de obitu Theo. Sed Isaac obstructos ab alienigenis pu
teos eruderauit: nec latere aquam passus est.

Erugo. Uide supra in dictione Aerugo.

Erumna. Uide in dictione Aerumna.

Eruncо. as. Uide supra in dictione Aberunco.

Eruo. is. extraho. Lactā. lib. ij. Ipse sibi oculos eruat:
vt omnes cęci sint. Inter dū eruere est in totuz destruere.
Idem lib. vij. eruuntur funditus ciuitates.

Eruū genus pabuli: seu leguminis. Col. Eruū lętatur
loco macro nec humido: quia luxuria plerūqꝫ corrūpit.
Dictū eruū ab eruendo. Carpit enim ⁊ manu vellit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Eruilia idē quod eruū. Col. Sarsena putat agros ster
coꝛari lupino: faba: vicia: eruilia: lente: cicercula: piso.

Eryngion herba aculeatę moꝛdacitatis: ſpinoſa ve/
luti carduus: ſatiua: in cibis pꝛobatur radice tantuꝫ: quę
melle cynamomo: ⁊ cariophilo condita: guſtui non in/
iucunda eſt. Dicitur aliter eryngę alba.

Erythace apū cibus: dum operant: quaꝫ alij Sanda/
racā: alij Cerinthuꝫ noiant. Hic ſępe fauoꝛ inanitatibus
inuenit ſepoſitus ſapoꝛis amari. Plar. Erythacen vocāt:
qua fauos extremos inter ſe ꝯglutināt. Erythacea colo/
ris rubedine dr. Gręce enim ἐρυθήμα rubor appellat.

Erythacus auis hyeme dicit: Phœnicurus eſtate quā
vulgo pectus rubeū vocant. ἀπὸ τοῦ ἐρυθραίνομαι, ꝺ eſt
a rubeſcendo ἐρυθακὸς phœnicurus ꝙo ꝙ caudā rubeā
habet: phœnix purpureū ſignificat οὐρὰ cauda eſt. Lc.

Erytheus rex fuit Athenarum Orithyię pater: quam
Boreas rapuit: ⁊ in Thraciam deduxit.

Erythra thalaſſa: dicitur mare rubꝝm. Lc.

Erythranum hederę ſpecies. Lc.

Erythros herba eſt: de qua Xenocrates dicit nullū eſſe
coꝛporis malum: cui non ſit ſalutaris hęc herba. Vocā/
tur ⁊ ſtrychnium ⁊ Neuris. Lomucopię.

Erythrotagones ex anſeruꝫ genere volucres: in quibus
nito: eximius: abſolutaqꝫ nigritia: ⁊ in ſupercilijs cocci
ruboꝛ ἀπὸ τοῦ ἐρυθρός, id eſt rubꝛo ⁊ ταὼ pauone. Lc.

Erythrotum latine ruffum dicimus. Lc.

Erythreon rubrū dicit. Col. li. viij. Nec minus alia ruti
los: ꝙs vocat ἐρυθρεδός, hoc noie Perſei ⁊ Andꝛomachę
filius vocatus fuit. A quo: teſte Solino: non ſolū ab are/
narū coloꝛe mare id vocatū fuit: quod rubrū dicimus.

Erythre ciuitas Aſię nō longe a Chio: ex qua Sibylla
fuit: quam numine afflatam crediderunt. Antiqua ſane
mulier ⁊ diuinatrix: ⁊ tempoꝛe Alexandri.

Erythea inſula Geryonis regio in mari Gaditano. In
ea tanta aeris benignitas ferꝫ: vt hoies pariat pene imo:
tales. Habuit etiā canem geryones: de quo fratre Cer/
berita ſcribit Julius Pollux li. v. γνώσιμος ὁ δὲ γηρυόνε
κύων ὁτὰς βοῦς φυλάττων ἀδελφὸς ἦν τοῦ κερβέρου ἀνηρέ
θη δὲ ὑφ' ἡρακλέους .i. Notus Geryonis canis: qui bo/
ues ſeruabat frater fuit Cerberi interęptus ab Hercule.

Eryx nomen montis in Sicilia: ⁊ nomen ciuitatis in
eo ſitę: in quo templum Veneri conſtruxit Eryx filius e/
ius. Ouidi. Sed dea nec patitur ſic ad ſua munera co/
gi. Colle ſub vmbꝛoſo: quaꝫ tenet altus Eryx. Pompo.
Montium Eryx maxime memoꝛatur ob delubꝝm Ve
neris. Vnde Venus Erycina dicta eſt. Ouidi. Quid ge/
minas Erycina meos fine fine doloꝛes?

E Ante S

Eſalos accipitris genus: qui ſolus omni tempoꝛe ap/
paret. Romani Buteonem appellant. Lc.

Eſau nomen filij Iſaac: qui ⁊ Edom: hoc eſt ruffus: ⁊
Seir: quod piloſum ſignificat: appellatus eſt.

Eſca cibus: qui datur hoibus: animalibuſqꝫ. Et eſca eſt
quę datur auibus: piſcibusve ad decipiendum. A quo fit
eſco. as. ⁊ eſcarius: ⁊ eſculētus adiectiua ⁊ eſito.

Eſcarius. a. um. quod ad eſcā pertinet: vt eſcaria vaſa
Plinius. Ad eſcaria vaſa totū rubens vitrū non tranſlu/
cens. Eſcaria menſa: in qua homines epulant.

Eſculētus. a. um. qō ad edendū pertinet. Pli. li. x. Acci
pitres totius Maſſilię humi ſętificāt: nihil eſculēti rapere
vnq̄ ex funere ferculis. Hier. ad Euſta. Poſuit eſculētio:
pꝛo delicatioꝛi cū ait. Q; ſi volueris reſpondere te nobili
ſtirpe geneꝛatū: ſemper in delicijs: ſemper in plumis non
poſſe a vino: ⁊ eſculētioꝛibus cibis abſtinere: nec his legi
bus viuere diſtrictius Reſpondebo: Viue ergo lege tua.

Eſculus arboꝛ glandifera: ꝙ veteres ex eius fructu e/

Eſito. tas. pen. coꝛ. frequentati/ (ſcam ſumerent.

tum eſt a ſupino eſum formatū. Gellius. Videt autem de
Lyamo non eſitato tum erroꝛis fuiſſe: ſcribit per g.

Eſbon ciuitas Seon regis Amoꝛrheoꝛuꝫ in terra Ga/

Eſſeda pen. coꝛ. vehicula Galloꝝ Britan (laad.
noꝝq; apud Belgas primo reperta. Et pꝛopꝛie eſſeduꝫ
in equo: ſicut ſtaticulū in vehiculo: petoꝛitum in mula eſt.
Silius de Aſturcone. Aut molli pacata celer trahit eſſe/
da collo. Confundunt tamē hęc. Sueto in Claud. Soli
tus in geſtatoꝛio ludere: ita eſſedo alueoq; adaptatio: ne
luſus confunderet. Hinc eſſedarij: qui eſſeda regūt.

Eſſedones ſunt Aſiatico: ū Scythaꝝ populi: quibus
teſte Hero. li. iiij. hiſt. mos eſt parentū funera cantu pꝛoſe
qui: ⁊ ꝯgregatis pꝛimis cadaueꝛa ipſa: pecudū admiſtis
carnibus comedere: qui oſſa capitū ſuoꝝ parentū au
ro cincta in poculoꝝ tradere minſterium aſſerunt.

Eſſęi Judęi. Nam tria Judęoꝝ dogmata: vt ſcribit
Joſephus: exſtitere Phariſęi: Saduceę: ⁊ Eſſęi. Et hi qui
dem Eſſęi ab vꝛoꝝibus ⁊ vino: ⁊ carnibus abſtinuerunt
ſemper: ⁊ quotidianū ieiunium verterūt in naturam.

Eſſentia fit ab infinitiuo eſſe: ⁊ idē eſt qō eſſe: quando
noſialiter accipit: quale eſt apud Perſiū. Velle ſiū cuiq;
eſt. Vt enim velle idem eſt qō voluntas: ⁊ ſcire idē quod
ſcientia: ⁊ poſſe idē quod potentia: ⁊ viuere idē quod vi/
ta: ita eſſe idem eſt qō eſſentia. Auguſti. lib. xij. de ciui. dei.
Sicut ab eo quod eſt ſapere: vocat ſapientia: ſic ⁊ ab eo
quod eſt eſſe vocat eſſentia nouo quidē nomine: quo vſi
veteres non ſunt latini ſermonis autoꝛes: ſed iam noſtris
tempoꝛibus vſitato: nę deeſſet linguę noſtrę: quod gręci
appellant οὐσίαν. Hoc enim verbū e verbo expꝛeſſum
eſt: vt diceretur eſſentia. Hinc eſſentiale: quod eſt eſſen/
tię: ⁊ eſſentialiter ſecundum eſſentiam.

Eſto futuri tēpoꝛis impatiui. Interdū ꝯcedētis aduer/
biū eſt. Virg. Eſto egraꝫ nulli quondā flexere mariti.

Eſuries: eſurio: eſurigo: ⁊ fames idē ſunt: ꝺ eſt eden

Eſurigo eſuries. Clar. Quo libet ire (di auiditas.
licet ac cubitū accedo: ꝙ eſurigo fieret edebat coſtas.

Eſurio. is. penul. coꝛ. iui. itum. cupio edeꝛe: abſolutum
eſt. Quāq; ⁊ cum accuſatiuo inueniat. Auguſti. Et fru/
ctum pietatis quē debuerant: quęq; in eis dominus eſu/
riebat: ferre recuſabant. Ambꝛo. Qui verbū interioꝛi/
bus animę receperūt: alimenti cęleſtis ⁊ fontis vbertate
recreati: eſurire ⁊ ſitire non poſſunt: hoc eſt famem ⁊ ſi/
tim pati. Quintilianus. Pater filios eſurit.

E Ante T

Et coniūctio: ſed gręca eſt π per literaꝫ tranſpoſitio/
nem: etiā hoc latini ſuſceperūt: modo copulatiua: vt Ci/
cero eloquēs fuit: ⁊ philoſophus. Duplicaturq; interdū
ac cōpletiua eſt in diuerſis rebus. Vt te admirant ⁊ cives
⁊ hoſpites. Virg. Multū ille ⁊ terris iactat⁹ ⁊ alto. Mo/
do cauſalis: vt Quoꝝ Jphitus quo Jam grauio: Pelias
⁊ vulnere tardus Vlyſſi. Pro etiā. Modo interꝛogatiua
ſeu expletiua. Virgil. Et quę tanta fuit Romā tibi cauſa
videndi. Modo indignatiua. Jdē. Et quiſq; numen Ju/
nonis adoꝛat Pꝛeterea: aut ſupplex aris ſponit honoꝛes?
Modo ꝯfirmatiua: vt Et dubitamus adhuc virtutē ex/
tēdere factis. Ponit interdū pro id eſt. Plau. Annos iam
ſexaginta ⁊ ſenex. Inte: dū pro etiā. Quint. Tamē ſi quid
aduerſus te ipſe cōmiſit ſit hoſtis ⁊ meus. Virg. Natus ⁊
ipſe dea. Interdū pro quia. Jdem. Audieras ⁊ fama fuit.
Quint. Haec primū audiet puer: haꝫ verba effingere imi/
tādo conabit: ⁊ natura tenaciſſimi ſumus eoꝝ: quę mol/
libus animis percipimus. Plerūq; ſententiaꝫ initijs cō/
petit. Jdē. Et finitę quidē ſunt partes duę: quas hęc pro/
feſſio pollicet. Deſeruit etiā affectui: ⁊ quaſi interrogādi
vim habet. Lic. Et ſunt qui de via Appia loquant: tace/
ant de curia. Interdū ponit pro aduerbio ordinandi. Vt
Coꝛpuſq; lauant frigētis ⁊ vngunt. i. deinde vngūt. Item
pro q̄uis. Lic. Defendi legem Cloconiā magna voce bo
niſq; latratibus: ⁊ videtis annos meos? id eſt q̄uis ſim
iam ita ſenex. Huius compoſita ſunt etli: tameti.

Etenim ꝺcat quia. Et modo primū locuꝫ: modo ſcm

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

obtinet in oratione. Pli. Etenim multa de hac magistra diderũt: q nõ sũt a nob cõmemorãda. Sene. Quis eteñ inter tot corporis cruciat⁹ sẽlicẽ quẽq; eẽ posse existimatẽ

Eteocles Oedipodẽ ⁊ Iocastẽ filius: partu nefando editus: vtpote ex cõcubitu materno: licet huius rei ignarus Oedipodes fuerit. Rex hic Orchomeniorũ quõdã fuit: ⁊ Gratijs templũ primus dicauit. Lc.

Etiã cõponit ex ⁊: ⁊ iam: ⁊ significat quoq; Plau. Tu ne etiã id rescisti miser? Aliquãdo significat adhuc siue pẽterea. Terẽ. in An. Nihil suspicãs etiã mali. Idem in eadẽ. Non satis me pernosti: etiã qualis sim Simo. Aliquãdo hortãtis est pro eia. Ser. Sul. Etiã tu ab hi'ce rebus animũ ad cogitationẽ tuã aduoca. Aliquãdo cõfirmantis est pro ita. Est eñ affirmatiua respõsio. Vt Vidistis me hodiẽ? respõderi debet etiã: vel sic Pli. ad Tacitum. Studes inquã? Respõdit etiam. Vbi? Mediolani. Quod perinde valet: ac si dixeris studeo. Sed cum multa latini dixerint: teneo solũ clarũ esse: sez ab greco deduci ἔτι addendo am fit etiã: ideo per t scribit.

Etiãnum ponit pro quoq; Pli. Qõ eo magis miror: si etiãnum Homero prodente egyptijs non erat.

Ethalia insula in ligustico mari Populonię vbi opposita: ab Ethalio qui ei prẽfuit sic dicta. Quidã hoc nomen cum diphthongo scribunt.

Etearchus nomẽ proprij regis Oaxis vbis Cretę.

Etesię venti qui certo anni tẽpore flant. Hos Strab. lib. iij. subfolanos vocat: hoc est euros. Hiero. Dẽse Augusto flantibus etesijs nauẽ securus inscendi. Di quotãnis in vigore ẽstatis perflãt. xl. diebus post caniculę exortum. Dicti etesię. i. annui: ἔτος eñ annus ἐτήσιος eñ annuus: q ex omnibus ventis hi maxime stati sint: ⁊ singulis annis eodem tempore redeant.

Ethnicus pe. cor. gentilis ab ἔθνος quod gentẽ significat. Hiero. otra Iouinia. Et si ducẽdę essent: vxores christianas nõ accipi iuberet: an et ethnicas?

Etnearches gẽtis princeps. Ethnearchia principatus vel prẽfectura.

Ethos cum significat causam: producit primã. Quando significat morẽ: corripit. Vnde Callimachus opⁱ suũ ethia: hoc est de causis inscripsit.

Ethicⁱ pe. cor. latine moralis ŏr: ab ἔθος ἦθος mos: αλλα καὶ ἐθίζω καὶ ἦθος ἤθεος ὅθεν πεζότηκαὶ λαβὴ λίχεονα ἔοικε καὶ ἠθικὰ τοῦ ἀριστοτέλους. Sed ⁊ assuesco ⁊ mos: vnde prima syllaba ãceps videt: ⁊ Aristotelis ethica.

Ethologus pe. cor. morũ expressor: qui gestu ipso corporis ⁊ sono vocis ita exprimit mores hominũ: vt gestⁱ ⁊ mores eorũ loqui videat ab ἔθος mos consuetudo ⁊ λόγος ratio ἀπὸ τοῦ λέγειν.

Etria insula Thracię: nũc Thasos dicta. Lc.

Etymon recta interpretatio. Etymologia latine verilocquium ἔτυμον verum: λόγος ratione significat. Sed qa verilocquiũ (vt inquit Boe.) minus in vsu latini sermonis habet. Cicero etymologiã vocat notationẽ: quia non tam facit rem de qua prędicat. Aristotel symbolon nominat. Alij vim intuiti originationẽ vocant.

E ante U

Euado is. p extra vado: effugio. Virg. lib. ix. Nostras ne euadere demẽs Speraſti te posse manus. Idem pro trãseo: ⁊ per quãcũq; difficultatẽ peruenio. Euaditq; celer ripã irremeabilis vndę. Plau. in Asi. Demiror: quid sit: ⁊ quo euadat: sum in metu. Et euadere est ascẽdere. Virgi. Euado ad summi fastigia culminis vndę. Item apparere. Idem Vt tandẽ ante oculos euasit ⁊ ora parẽtis. Itẽ liberare. Sallu. Et ni Marius signa inferre atq; euadere oppido properauisset: profecto cuncti aut magna pars fidem mutauissent. Item fieri. Lice. An verebar: ne non putaremus potuisse improbũ euadere?

Evaluo as. extra valuas executio: e valuis ẽjcio. Pli. li. xvij. ⁊ ipsa aũt q evaluant variã picturarũ rõnẽ hñt.

Evaleo es. pen. cor. a quo evalesco: valde validus fio. Pli. lib. xv. Quę postq̃ evaluit flaccescẽte primitia marsico bello: languida authoritas patrũ facta est: ac paulatim in sterilitatẽ emarcuit maiestas.

Evan interiectio: ⁊ exclamantis vox laudantiũ Bacchum: ⁊ interptat bone puer. Potest tamẽ declinari fm Prisciã. Evan. tis. Vir. lib. vj. Evantis orgia circũ.

Evadne p d ante n. Martis filia ex Thebe vxore Asopi: fuitq; coniunx Capanei: quę illũ incredibili amore dilexit: itaq; cum audisset illũ apud Thebas cecidisse: sere in mortis stupore; diriguit. Deinde cum celebraretur funus: se in rogum proiecit.

Evenetus nomẽ regis Lacedęmoniorũ: qui ad custodiendũ introitũ Thessalię cõtra Xerxem vna cũ Themistocle Athenięsiũ duce a Grecis constitutus fuit.

Evander proauũ nomẽ Carmẽtis filij: ⁊ interptatur bonus vir. Hic dimissa Arcadia ad Italiã venit: ⁊ ostia Tybridis intrans: atq; pulsis Aboriginibus: in palatino monte consedit: vbi oppidũ Pallanteũ fundauit.

Evaneo es: penul. pro. a quo evanesco: quod est vanⁱ fio: seu in nihilũ redigor. Lactan. lib. vij. Non est animę vitium: si visus evanuit.

Evanidus: sine fructu. Col. lib iij. Nã q̃ in procerita tem extenduntur: evanidę fiunt: parũq; fructus ferũt.

Evangeliũ latine bona nuntiatio. Athanasius in homilia. λέγεται δὲ εὐαγγέλιον ἀξίως ὅτι εὖ καὶ ἀγγέλλω ὅθεν καὶ ἄγγελος ἀνομάσθη ὅτι τῶν ἀνθρώπων σωτηρία ἐπαγγέλλεται ἅπασι υἱοῦ τοῦ θεοῦ. i. Dicit euãgeliũ digne quoniã εὖ bonũ ⁊ ἀγγέλλω nuntio: ⁊ angelus nominatus est: quoniã saluti omniũ hominũ nuntiat omnibus filijs dei. Quare autẽ sit bona nuntiatio Euse. lib. de prẽparatione sic ostẽdit. Euãgeliũ dicimus q̃ eternorũ atq; incorruptibiliũ bonorũ quę certe supma ⁊ maxima sunt ⁊ ex antiquissimis prędicta tẽporibus: nuper vo splẽdore sui orbem illustrãtia: cunctis hominibus annuntiat. Qõ nõ cęcas: caducasq; huius sęculi diuitias: nec breuẽ hanc calamitosamq; vitã: nec instabilia corporis cõmoda: sed animarũ: q̃ intellectuales substantię sunt: a quibus etiã corporũ bona quasi vmbrã consequẽtia dependẽt: summã propriãq; nobis affert felicitatẽ.

Euapelos. penul. pro. stolidos ⁊ amantes dictos refert Photion grãmaticus.

Euax interiectio exultantis. Plau. Euax iurgio vxorẽ tandẽ abegi. Fuit etiã nomẽ regis Indię: qui de virtutibus gẽmarũ scripsit ad Neronẽ: quẽ habet tẽpestate nostra Petrus bonus Aduogarius ciuis Ferrariẽsis astronomus in omni sęculo admirandus.

Eubęa nomẽ insulę: ⁊ ciuitatis in ea sitę. Hinc euboicum mare: quod duplex esse dicitur: aliud in Aegeo: aliud in cãpano seu tusco: quod in egeo eubęę adiacet insulę: a qua denominatũ est. Quod aũt in thusco Lunarum Baiarũq; alluit oram ab euboicis aduenis ⁊ Lunarum conditoribus nuncupatum.

Eubulus pe. cor. nomẽ historici: qui historiam Mitrę multis voluminibus explicuit.

Eucharistia latine bona gratia: ex εὖ ⁊ χάρις gratia gratitudo ⁊ gratiarũ actio Eucharisteo gratias ago. Eucharisticon liber in quo gratię redduntur.

Euchion nomẽ Bacchi deductũ ab εὐχή: quod votũ ⁊ precem indicat: quasi dignus sit voto.

Euchilę res dicũt: quę sũt boni succi: vt est caseⁱ mollis. Caseus vo vetus a Lor. Celso numeratur inter res cacochilas: quę sunt mali succi.

Euchymon ellebori spẽs sic dicta a bonitate saporis.

Euclides pe. pro. nomen geometrę insignis ab oppido Megaris: qõ Isthmo adiacet: ⁊ Plutarcho authore Socrati cõtẽporanei. Sed videat ne errẽt. Nã Proclus interpres faciẽs q̃tuor libros: in primũ libũ euclidis ita scribit εὐκλείδης δὲ τόπτων νεώτερος ὅστις ἐν τοῖς στοιχείοις συναγάγων γέγραφε, καὶ ἄλλα πολλὰ ἄλλος ἡμ. i. nã

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

multo his iunior. Euclides qui elemẽta ꝯgregãs scripsit
Eudemonidas: nomẽ viri p:opriũ: ꝛ la (pleraq; alia. tine dicitur bene intelligens.
Eudamidas pe. co:. nomen filij Archidami: ꝛ fratris
Eudora pe. pro. nympha Oceani ꝛ Tethy (Algidis. os filia: et interpretari potest bonũ donũ.
Eudora vna ex atlantibus: quę septẽ numero esse perhibentur. Ambrosia. Eudora: Pasithoe: Coronis: Plexaura: Pitho: Tyche. Cc.
Eudoxa bona gloria. Δόξα eñ latine glia ō: ꝛ opinio.
Eudoxus bene glorios⁹: quasi gloria insignis: ꝓpriũ nomẽ Eschinis filij: q patria Gnidi⁹ geometres ꝛ astrologus: sũmus medicus: Socratis auditor: qui prim⁹ annum cõposuit. Scripsit leges: ꝛ de geometria atq; astrologia libros edidit. Fuit ꝛ alius Eudoxus Rhodius historicus: alius Siculus Agathoclis poeta comicus.
Eueho is. extra veho. Var. lib. j. de re rusti. Quarto eũdem fructuosiorẽ faciũt vecturę: si vię sunt qua plaustra agi facile possint: aut flumina propinqua: quę nauigari possint: quibus vtrisq; euehi atq; inuehi ad multa ꝑdia scim⁹. Per translationẽ significat extollo. Unde euectio: extollentia. Aug. lib. v. confes. Missum est a Modo Romã ad prefectũ vrbis: vt illic ciuitati rhetoricę magister traderetur: impertita etiã publica euectione.
Eumenes seu Eumenus fuit vir Cardian⁹: q cura: vigilantia: ꝓbitate calliditate: ꝛ celebritate ingenij oēs Macedones supanit: de quo multa a grecis historicis tradũt.
Euenire est alicui quippiã per fortẽ venire. Et plerũq; de magistratibus ac prouincijs dicit. Sallu. in Jug. Metellus ꝛ Syllanus cõsules designati prouinciã in se partiuerant. Metelloq; Numidia euenerat.
Euẽtus ge. mas. ꝛ q̃rti ordinis tã in plurali: q̃ in singulari dicit: qđ casu aut fortuna nobis euenit: tam in bonũ q̃ in malũ. Cic. lib. j. de ora. Ut eñ quis optime dicit: ita maxime dicẽdi difficultatẽ: varioq; euẽt⁹ oratõis: expectationẽq; hominũ pertimescit. Similiter dicit: euẽtũ neuge. qđ in plurali euẽta facit. Luc. lib. j. Euentũ dici potest: quodcũq; erit actũ. Cic. in partitionibus. Si cuiusq; facti ꝛ euẽti causa ponet. Idẽ de diuina. Si euẽta queri⁹: q exgrunt aliq⁹. Et ad Atticũ. Semp causę euẽtorũ magis mouẽt: q̃ ipsa euẽta. Quod est cõtra Callã et Sipontinũ. Aliq̃ etiã euẽtus finis rei dicit. Qui. Careat successib⁹ opto Quisq; ab euẽtu facta notãda putat.
Euenos pe. p. fluui⁹ a Thracia descendens: ꝛ Calydoniã secãs. De q̃ Qui. lib. ix. Meta. Nãq; noua repetens patrios cũ ꝯiuge muros Tenerat Eueni rapidas Jouenal⁹ ad vndas. Hũc fluuiũ poetę q̃q; cẽtauꝝ vocãt.
Euerto extra verto: eruo: demolior. Cũ euersiones di
Euerro is. extra seu valde verro. Col. lib. (ctę sunt. viij. Stabula frequẽter euerrenda ꝛ purgãda: humor⁹q; omnis vrinę deuerrendus est.
Euerriator dicit qui iure accepta hereditate iusta facere defuncto debet: quę si non fecerit: seu quid in ea re turbauerit: suo capite luat.
Euestigio aduerbiũ dicit: vel q̃ stans aliquis in eodẽ vestigio facit. Cũ statim dicit. Vel quantũ tps est in vno vestigio faciẽdo: qđ est breuissimũ. Vel tractũ est ab his: qui se planta mouentes nihil tardãt aliquid perficere: ꝛ illi negotio: qđ eis iminet: nullã aliã rem anteuortũt.
Euganei Venetiarũ populi ab Euganea: hoc est nobilitate cognominati: de quibus Stra. Pli. Liui.
Euganei montes supra Patauiũ Istriã versus: in quibus abũdãt pecudes nobilissimas lanas facientes. Luc.
Euganeo fi⁹a fides mẽoratib⁹: augur: Colle sedẽs Apponi terris: vbi fumiger exit Atq; aquarei dispgit vnda Timaui. Hinc euganea. ũ. June. Et euganea quãtũnis
Euge interiectio assentiẽtis: q̃si spõte (mollior agna. sua cõgratulantis. Hieron. interpretat euge euge: bene bene: vt est in Psal. Euge euge viderũt oculi nostri.
Eugium caro eminula inter cũi symplegadas. Unde scindere eugiũ est puellam inscindere. Menius. Sine eugio puellã inuenit. Laberius. Quęnã mens: q̃ diritas vos suppilatores fecit cum cano eugio velitari.
Euhohe iteriectio exclamatiua: quẽadmodũ ꝛ ohe. C
Euidẽs pe. co:. qđ aperte videt ꝛ intelligit: ab euideo quod est clare ꝛ expresse video. Euidenter clare.
Euilla regio ad orientẽ vergens: quã circuit de paradiso Phison egrediens: quẽ nostri mutato noie Gangẽ vocant. In ea aurũ pretiosum: qđ hebraice zaab: ꝛ gemmę pciosissimę: carbunculus: smaragdusq; nascunt.
Euiratus modo cui amputata sunt genitalia dicit: ꝑ est e unuchat⁹. Modo lasciu⁹: pdit⁹: atq; effeminat⁹. Plau. Adolescens euiratus ac mollis. Amb. Euiratos delicię reddunt. Var. Euirauit omnes veneri vaga pueros.
Euiscero as. vide in dictiõe Viscera.
Euito as. pe. pro. vitã eripio: vita spolio. Sicut Letare est leto mactare. Est tñ vetus verbũ: planeq; poeticũ. Cice. lib. iij. Tus. Hęc omnia vidi inflãmari: Priamo vitam euitari. Euitare etiã dici põt valde vitare: cauere.
Euhy⁹ Bacchi nomẽ: quasi bon⁹ filius εὖ bene: υἱός filius dicit: nec Euchi⁹ legẽdũ ex greca auctoritate. Cc.
Eulogiũ dicit benedictum εὐλογέω benedico εὐλογία benedictio. Eulogos ratiõabilis. In decretis canonicis eulogia pro benedictionibus: siue muneribus: quę minutuli sacerdotes ad synodũ cõuenientes maioribus summatibusq; sacerdotibus deportant. Unde. xviij. dis. scribitur. De eulogijs ad sacra cõcilia deferẽdis nihil inuenimus a maioribus determinatũ.
Eumeces balsami genus: ꝙ leui cortice ceteris fit pocerius εὐμήκης eñ grece pcerus ꝛ plixus dicit. Cc.
Eumelus Admeti regis Thessalię ex Alcesta vxore filius.
Eumenides furię infernales: latine beniuolę ꝛ mites dicunt p ꝛrariũ: q̃i nõ mites εὐμενὴς eñ beniuolus.
Eumetis gemma quę capiti supposita nocturna visa ad oraculi similitudiné reddit. Cc.
Eumonides nomẽ ꝓpriũ viri thebani: sic scribit Plu.
Eunuchus pe. pro. castrat⁹ ab εὐνὴ qđ est cubile ꝛ ἔχω custodio: q: id hoim gen⁹ adhibebat seruãdis cubilib⁹ regũ: quasi euneechus: ꝛ per synerefim eunuchus.
Eunucho as. castro. Varro. Quod facit pro sua parte is qui se eunuchat.
Eunuchismo as. etiã dẽ significatiõis. Hiero. cõtra Jouinia. Sunt eunuchi qui de vtero matris ita nati sunt. Et sunt eunuchi: qui ab hoibus eunuchizati sunt. Et sunt eunuchi: qui se castrauerũt propter regnũ celorũ.
Euoco as. pe. co:. extra voco. Plau. in Amp. Euocate huc Sosiã. Per translationẽ est quasi extraho. Cice. lib. j. Tusc. Nam quid aliud agimus: cũ a voluptate. i. a corpore: cũ a re familiari: q̃ est ministra ꝛ famula corporis: cum a repu. cum a negotio omni euocam⁹ animũ.
Euocati dicunt nõ q̃ iusti milites sunt: sed q repẽtina aliq̃ necessitate ex agris in bellũ tumultuarie vocãt. Idꝑ militib⁹ dicebant. Sal. Neu qs miles: neu ꝑ milite.
Eupalia nomẽ vrbis in Locride: quam alij eupalion: alij eupolion vocant.
Euplecton structurę gen⁹ in ędificijs tñ modo frontibus politis: quasi εὐπλέκτως. i. bene cęsum. Cc.
Eupetalos gẽma igneũ imprimis colorẽ habẽs: sed cęruleo ꝛ miniq̃: ac mali coloribus admistis. Cc.
Euphene mulieris nomẽ: nutricis musarũ ꝛ Croci ma
Euphemia nomen mulieris: ꝛ latine dicit (tris. Cc. laus: fauor. Euphemus boni nominis.
Euphonia cum accentu in penultima: bona sonoritas vel vocalitas. Euphonus concinnus.
Euphranor: nomẽ statuarij laudatissimi Isthmij: de q̃ Quintilianus lib. xij.
Euphrates is. ꝛ euphrate es. pe. p. fluuius Mesopotamię in Paradiso oriẽs. Strabo scribit Euphratẽ ex Niphate monte Armenię magnũ: ꝓfundũ ꝛ celerẽ nasci:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

exire autē in mare rubrū. Prius tamē Babyloniā p me
dium diuidere: ⁊ Tigri coniunctū Mesopotamiā face
re. Sal. quoq; certissim⁹ author asserit taz Tigris q̄z Eu
phratis in Armenia fontes demōstrari. Ex quo aiaduer
timus. inquit Piero. aliter de paradiso ⁊ fluminibus in
telligēdū. Boe. Tigris ⁊ Euphrates vno se fonte resol
uunt. Euphrates latine fęcūditas atq; abūdātia fructuū
dicit: Amb. lib. de Paradiso. Plerisq; (inqt) Euphratē di
ctum ab ἐυφραίνεσθαι: hoc est a lętādo: eo q̄ hominū ge
nus nullo magis: q̄z lętitia ⁊ equitate lętet.

Euphrosina ę ⁊ euphrosine es. pe cor. fuit vna ex tri
bus gratijs: ⁊ nomē mulieris ppriū. latine lętitia dicitur.
Euphrosia exultatio: euphrenin lętari est.

Euphorbiū ⁊ euphorbia: herba ab Euphorbio medi
co Antonij musę fratre dicta: vt inquit Pli. Nascitur in
Atlāte mōte. Piero. cōtra Jouinia. Basilides magister
luxurię post tot annos ita in Jouinianū: q̄si in Euphor
biū trāsformat⁹ est: vt latina q̄z lingua hīet hęresim suā.

Euphorion nomē poetę Chalcidensis: quē transtulit
Gallus. Habebat hic quosdā ita deditos sibi amatores
vt eū pferrent Ennio: ⁊ reliquis poetis: eiusq; poemata
studiose cantarent: posthabitis aliorū poematibus.

Euphrasinū siue euphrosinū herba est: alio noīe Bu
glossa: sic dicta q̄ lętificet. gręci em ἐυφραίνειν lętificare di
cūt. Lc.

Eupilus: lacus cisalpinę Gallię: in quē p (q
g redit Lambrus in Padum defluens.

Euprepia latine decor: ex ἐυ bonū ⁊ πρέπον decens.

Eureos gēma: quę nucleo oliuę similis est. Lc.

Euripides nomē egregij poetę: apud gręcos Tragę
die illustratoris: quā scribere natus annos duodeuigin
ti adortus est: ⁊ in spelūca quadā tetra ⁊ horrida Sala
minis insulę scripsisse tragedias scriptitasse. Hic vi sermonis
⁊ sententiarū crebritate oratoribus cōparandus fertur.
Hic a canibus laceratus periit: vnde interpres Euripi
dis ita scribit. Διαπεσόων δὲν ἐκεῖ ἔντινι ἄλσει φοιτί
ζων ἔτυχε κατεδεδόθη ὡς φασὶν ὑπὸ τῶν τοῦ ἀρχελάου κυ
νῶν ἐξιόντος ἐπὶ θήραν ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονώς
ἐτάφη μὲν ἐν μακεδονίᾳ. i. Conuersans igit illic in quo
dam nemore cogitabundus: forte fortuna (vt aiūt) deuo
ratus est a canibus Archelai regis in venatione: supra
octoginta annos natus: sepult⁹ quidē in Macedonia.

Euripi pe. pro. canales seu ductus aquarū aliūde de
ductarū in sublime salientium: si paulo minutiores sint:
quos intra domos Romani per pratū ducebāt. Si aūt
maiusculi sint Mili dicunt. Lice. lib. j. de legibus. Duci⁹
aquaz quos isti nilos euripoſq; vocāt: quis cum viderit
nō irriserit. Euripi quoq; sunt fossę in ludis circūdatę p
septis: quorū loca tēporaria prius clostra fuerūt: autho
re Pli. Spartianus in Helioga. Euripis vino plenis na
uales circenses exhibuit. Quidā euripos interpt̄ant pi
scinas. Eurip⁹ etiā dicit fretū. i. mare angustū: qualis est
Euripus taurominitanus in Sicilia: ⁊ alter in Eubœa.

Eurocias gēma quę situ videt operire nigriciā. Lc.

Europa tertia pars orbis: ab Europa Agenoris phę
nicū regis filia sic appellata. Dicit autē Europa gcgd
terraz iacet a freto ad Tanaim. Et habet quattuor fi
nus magnos: quorū prim⁹ est a Gaditano freto ad Laci
nium vsq; promontorū Italię in locris Secūdus a lici
nio ad ipsa Epiri Acroceraunia. Tertius inde ad Hel
lespontum. Quartus ab Hellesponto ad Mœotis ostia.
Fuit ⁊ Europa nomen Oceani ⁊ Tethyos filię.

Eurotas pe. p:o. nomē fluuij in Laconia: qui teste Li
uio lib. iiij. de bel. Macedo. v: bē Lacedęmona prętersflu
it. De hoc Virgi. Omnia quę Phębo quondā meditā
te beatus Audyt Eurotas iussitq; edisserе lauros.

Euronotus alio noīe vulturnus: ventus est ab oriente
hyberno spirans: q̄p inter notū ⁊ eurū sit. Lc.

Eurus ventus ab oriēte flans ⁊ calidus est. Col. li. vj.
Cum plerūq; syderis canicule tēpore quędā partes eius
regionis sic infestant eurо: quē incolę Vulturnū appel
lant: vt nisi teguminib⁹ vites opacent: velut halitu flam
meo fructū vrant: Gręci appellāt Apelioten q̄ a sole spi
ret: vnde ⁊ a latinis eadē ratione subsolanus vocat.

Euriale fuit regis Minois filia: quę Neptuno Orio
nem peperit. Alia fuit Pręti Argiuorū regis filia. Alia ex
tribus Gorgonibus vna.

Eurialus nomen vnius ex principibus peloponesia
cis: qui argos ⁊ propinquas vrbes incolebant: ⁊ ad Tro
iam cum octoginta nauibus venerunt. Aliū troianū fin
xit Virgilius. Fuit ⁊ nomē histrionis. Juue. Nobilis Eu
rialum aut Maximillonē exprimat infans.

Euribates nomen viri ithaci. Ouid. Simul Eurybā
tes me Talthybiusq; vocarunt.

Eutribiades: teste Herodoto: fuit ex ducibus Xerxis.

Euribia nympha: quę stellas ⁊ luciferū genuit:

Euricion nomē fabri argentarij: de quo Virgi. lib. x.
Quę bonus Eurycion multo cęlauerat auro.

Eurycratidas vir lacedęmonius: de quo Plutar.

Eurydamas pe. cor. vir troianus: Latine dicit latedō
mans. Qui. Vtq; vel Eurydamas ter circū busta Thra
ssylli. Est lariſeis tract⁹ ab hoste rotis. Vbi per Eurыda
manta intelligūt Hectorē: q virtute cuncta domitabat.

Eurydame: teste Herod. fuit vxor Leutichidis Spar
tanorum Regis.

Eurydice: vxor Orphei: pro qua recuperanda ferunt
Orpheū ad inferos descendisse. Alia fuit Nestoris filia.

Eurydomene nympha marina ἀπὸ τοῦ εὐρύ καὶ δίδω
μι: hoc est abundanter do. Perhibent hanc matrē gra
tiarum fuisse: quam alij Eurymedusam a verbo gręco
μέδω: quod rego significat. Lc.

Eurylochus fuit phlegiorū rex: qui Thebas destruxit
anteq; veniret Cadmus: qui eas postea reędificauit.

Eurymedon nomen patris Periboię: ex qua Neptu
nus genuit Nausitheū regem Pheacū. Alter fuit Athenі
ensium dux cum Demosthene.

Eurymone nympha Oceani a Tethyos filia: mater
Leucothoes. Alia fuit Apollinis filia: q̄ Adrastū Argiuo
rū regē: ⁊ Eriphylen Amphiarai coniugē peperit.

Eurypyl⁹ pe. cor. fuit Herculis filius: qui regnauit in
Coo insula: ⁊ cunctorū Gręcorū augur peritissimus est
habitus. Vir. Suspensi Eurypylī scitatū oracula Phę
bi Mittimus. Fuere ⁊ alij hoc nomine. Hunc Eury
pylum; nō Herculis filiū: sed nepotem ex Telepho filio
fuisse: autho: est Homerus. Lc.

Euripidius numer⁹ in talis quadragenarius: ab Eu
ripide inuentus Lc.

Eurystheus fuit Steneli Mycenarū regis filius: qui
Junonis instinctu imperabat Herculi: vt varia mōstra
superaret: quibus posset perire.

Eurytus pe. cor. re Oechalię rex: ⁊ pater Yoles. Hinc
Eurytis. idis. patronymicum fęminiнū. Ouidi. Euryti
dos Yoles: ⁊ insani Alcide. Alter fuit centaurus.

Eusebes: gēma ex qua Tyri in Herculis tēplo facta
sedes: ex qua facile dijs surgebant. Lc.

Eusebia grece ἐυσέβεια pietas: religio: ἐυσεβέω sum pi
us: pietatē exerceo ἐυσεβής pius: religiosus. Lc.

Eustratius nomē philosophi: qui in ethicā Aristote
lis scripsit: ab στράτος exercitus nomē deductū.

Eustathius nōmen fuit grāmatici gręci.

Euthale lauri genus. Clide in dictione Daphnoides.

Euterpe fuit vna ex musis. ἐυ bene τέρπω delecto: quia
si sit bona delectatio:

Eutrapelos pe. cor: quidā aiūt significare tricubitos.
Mar. Eutrapel⁹ tōso: dū circuit ora luperci. Clide Pli.
lib. vij. circa principiū. Alij putāt hoc nomen significare
apud grecos: eū q facilitate q̄dā morū p̄ditus est: hoc est
comis: lepidus: elegās ⁊ facetus. Eutrapelia comitas.

Eutyces pe. cor. nomē fuit hęresiarchę.

Eutymedon pe. cor. nomē cuiusdā philosophi.

Euthymea animi trāquillitas. Laert⁹ in vita Demo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

criti. Finem esse rectū: quietūq; animi statū: quam euthymiam dicit: dum nullo metu: nulla superstitiōe: aut alia quauis perturbatione agitatur.

Euxin⁹ pe. pro. mare illud est: qđ incipit a Bosphoro thracio. Cōponit ex εὖ: qđ bonū apud nos indicat: & ξεῖνος hospitiū vel amicus: quasi bonū sit hospitiū: quod p contrariū dictū est. Nam ibi sunt loca asperrima. Ouid. lib. iij. de tristibus. Euxinus falso noīe dict⁹ habz. Sed te ste Pli. lib. vj. Pontus euxinus antea ab inhospitali feritate axen⁹ appellatus est: peculiari inuidia nature fine vllo fine indulgētis auiditati maris. Post cōmercio illarū gēnū mollitis aliquātū mor⁹ib⁹ dictū est Euxinus.

Euzomū bonū ius: ἕυ bonū ζωμὸς ius: qđ comedit.

Euzomos strennuus: ζώνη cingulū. Nam qui militant cinctos dicimus: discinctos inhabiles.

E ante X

Exactū: p̄teritū: transcursum. Virgi. lib. iij. Geor. At tribus exactis vbi quarta accesserit ętas. Exacti menses dicunt: qui circa partū sunt. Idem. Exactis grauidę cū mensibus errāt. Item exactū: diliges. Vale. Max. Quia nūq̄ remotos ab exactissimo cultu cerimoniaꝝ oculos. Item exhaustū: superatū. Sene. Vt tot p̄cellis tēpestatibusq; exactis: aliquādo in portū veniamus. In hūc sensum veteres exantlatū accipiūt. Habet & alia significata De quibus in dictione Exigo.

Exactor & exactio. vide in dictione exigo is.

Exaduerso appellare. vide in dictione appellare.

Exaggeratio magna coaceruatio: ponitur q̄; p altitudine & excellentia. Translatio sumpta a terra: que exaggerata & in aggerē erecta sustollit in fastigiū. Cice. lib. ij. Tusc. Hoc tibi ppone amplitudinē animi: & quasi quādam exaggerationē q̄ altissimā animi qui maxime eminet in contēnendis & despiciendis doloribus: vnam esse omniū rem pulcherrimā. Oratores exaggerationē facere dicunt: qñ plurib⁹ ꝓbis vnā eandēq; rem vehemēter dicūt: q̄ res maxime venustat oratione. Apud Cato. lucullēta illa exaggeratio est. Succidias humanas facis: decē funera facis: decē capita libera interficis: decē hoibus vitam eripis: indicta causa: iniudicatis: indēnatis.

Exagoge pe. cor. latie eductio dicit. ἐξάγω τὸ ἐξ καὶ ἄγω: μέλλω ἄξω: ab ex & ago fu. axo.

Exagito as. significat vehemēter vexo. Lact. li. vj. Hoc tę tres furias esse dixerunt: q̄ mētes hoīm exagitēt. Item significat exaspo: ad irā puoco. Sal. Tñ q: in tali tpe tāta vis hoīs magis lenięda q̄ exagitāda videbat.

Exalburno as. vide in dictione alburnū.

Exalto: in altū eleuo. Col. Senū pedū latitudinis sulcos dirigunt: fodiuntq; & exaltāt in tres pedes. Per trāslationem significat magnifice laudo.

Exaluminati dicunt vnones: qui colore p̄stant.

Examē noua apū soboles: quā parētes ex suis aluearibus ad nouas sedes quęrendas exire cogunt: q̄ hę ita vniant: vt simul ligatę videant. Nec solū de apibus: sed etiā de vespis & hmōi intelligit. Rursus examē stilus est in lance siue statera: q̄ quo pōdus se vergit: exit. Virg. li. x. Iuppiter ipse duas equato examine lances. Hęc bilancis seu staterę lingua: ab alijs equamentū: ab alijs libramentū: ab alijs equilibriū & trutina dicit. Tñ metaphorice ponit p equamēto: & iudicij inuestigatiōe. Persius. Examenq; improbū in illa Castiges trutina.

Examino as. pe. cor. scruto: & inuestigo q̄ndi causa.

Examussim. Vide in dictione Amussis.

Exangue dicim⁹ qđ sine sanguine ē: & p pauido capit.

Exanimus. a. um. & exanimis & hoc exanime: & exanimatus a. um. ambo duplicē eandēq; significationem habent. licet Seruius velit hęc inter se differre. Exanimus siue exanimis: idē est qđ mortuus: vt apud Liui. li. viij. Vt vno ictu exanimē equo p̄cipitaret. Virg. Exanimūq; auro corpus vendebat Achilles. Interdū idē est qđ exterritus. Idē lib. iiij. Audijt exanimis trepidoq; exterrita cursu Unguibus ora soror fędās & pectora pugnis Per medios ruit. Sic exanimat⁹ nō solū p exterrito: siue perturbato: vt Terē. in an. Ibi tū exanimat⁹. Pāphilus bene dissimulauit amorē & celatū indicat: sed etiā p mortuo accipitur: vt apud Liui. lib. xxij. Una in ipo portu sospite filio repente oblato in cōspectu eius expirasse ferūt. Alteram cui mors filij falso nuntiata mœstā sedentē ad primū conspectū redeūtis filij gaudio nimio exanimatā.

Exanimalis & hoc exanimale: quod non est animal: vel quod est sine anima. Plau. in Bac. Nam neq; Bellona mihi vnq̄: neq; mors creduat nīsi illū exanimalē fore: ni ue exhęredem fecero vitę meę.

Ex animo facio: significat facio: quod in animo volo: vt sit quasi ex animi sententia. Ex animi eñi sententia: locutio est quotidiana: qua vtimur quādo significamus aliquid factū esse put optamus & volum⁹. Vnde dicimus. Habes iam vxorem ex animi sententia.

Ex animo est: vt natura fert: b̄ est vt refert natura⁹ in.

Exanimo as. capit sicut aio: de quo sup̄ (genita actio. nisi q̄ ex ꝓpositio significat extra: siue cū animā qs emisserit: siue cū pene animū pauore amiserit. Qñ ab animo fit significat pterreo: pturbo. Plau. in Aul. Nimis male timui: p̄inq̄ int⁹ redij exanimatus fui. Terē. in An. Oratio hęc me miserā exanimauit. Qñ ꝙ ab aia est: significat aia priuo: siue neco. Curti. Multos exanimauit rigor: insolit⁹ ni⁹ius: multorū adussit pedes: plurimorūq; oculis p̄cipue pniciabil⁹ fuit. Bel. Enī⁹ repēte filio viso copia atq; turba & q̄si ruina icidētis inopinati gaudij oppressa exanimataq; ē.

Exanio as. Col. lib. vlti. Vt omnē amaritudinē eius & pallorē exaniet. Et alibi. Patimur aūt nōnunq̄ tota nocte & postero die baccam velut exaniari.

Exantlo as. ab ex & antlo. Pausci dicēte: Antlo: p antlo: ꝓcat effundo: exhaurio: supero. Plau. in Sti. Ille iste ędepol vinū poculo exantlauit. Cice. li. j. Tus. Q; cū exantlauisset oēs labores: tū incideret in mortis malū sempiternū. Aliqñ exantlare est ppeti. Lucil. lib. xxx. Quātas cūq; mō grūnas: quātosq; labores exātlaris. Aliqñ pficere. Nacu. Nō pōt Menalippe hic fine tua opa exantlari

Exantaxenos latine hospes dicit. (clauus.

Exanthemata appellant a Pli. eruptiōes: pituitę: alias.

Exarmo as. manuefacio. Vnde exarma (qñ papulę. tę bestię p cicuribus & manuefactis. Lāpri. in Helio. Habuit leones & leopardos exarmatos in delitijs: quos edoctos p manuetarios: subito ad secundam mēsam: & tertiā mēsam iubebat accūbere: ignorantibus cūctis q̄ exarmati essent ad pauorē & ridiculū excitandū.

Exaresco: pfecte aresco. Col. lib. iij. Et sole ac vento penit⁹ siccari atq; exarescere. Cic. Papirio. Deinde ipa illa si q̄ fuit ī me facultas oratōis nisi me ad has exercitatiōes retulissem: exaruisset: b̄ est oīno arida facta fuisset & exarefio idē qđ exaresco: nisi q̄ exaresco (defecisset. propie extrinsecus fit. Exarefio intrinsecus: vt de fuco marino dicit Pli. lib. xxvj. Sed omnibus articulis mox borum impositus anteqū exarefiat.

Exaro as pe. pro. perfecte aro: sed per translationem significat scribo. Qui enim stilo scribunt in codicillis: bi quasi sulcos instar aratorū ducere videntur. Cice. Conficio. Hęc cum essem in senatu exaraui.

Ex asse: duę partes sunt: significatq; ex tota hereditate: quę dicit as assis: q̄ plurib⁹ modis diuidebat. Tñ dicimus. Hic ex asse hęres relictus est. i. ex toto. Mar. lib. vij. Heredē Fabius Labienū ex asse reliquit.

Exauctoro as. pe. pro. significat ab auctoramēto: b̄ est obligatione militari atq; stipēdio libero priuo q̄. A quo exauctorati milites dicūt: q̄ missionē habuerūt. Et q̄uis frequēter cū dedecore exauctorare dicat: p̄sępe tñ significat missos facere a militia milites citra vituperationem. Liui. li. xxv. Colonū exercit⁹ q vino Graccho sūma fide stipēdia fecerat velut exauctorat⁹ morte ducis ab signis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diſceſſit. Et li. xxvj. Cum diſſeruiſſet exauctoratos dimiſit. Ulpi. Exauctorare interptat inſignia militaria detrahere: qđ cũ infamia cõficit: vt eſt apud Lampridiũ: qui ſcribit Alexandrũ tumultuãtes legiones exauctorauiſſe.

Exaudio perfectionẽ audiẽdi denotat: & hoc duobus modis. Uno: cũ qđ petimus impetramus. Unde etiã dicere ſolem⁹: Ut nos exaudire digneris. Uirg. Et nulli exaudita deorũ Uota preceſq; meę. Alio: cũ prime ſeu vehemẽter audio. Liui. li. j. Equitẽ clara increpãs voce: vt hoſtes exaudirẽt redire in pliũ iubet. Terẽ. in Hecy. Clareo: ſi clamo: exaudiat: ne parturire intel

Exballiſto as. a balliſta fit: & ſignificat decipio. (ligat. Plau. Ego hũc cõem meũ atq; nr̃ę oim hoſtẽ exballiſtabo lepide. ἀπὸ τοῦ βάλλω λέγεται καὶ ἄλλο ὄνομα τὸ σκόροπιος ἀπὸ τοῦ σκορπίζω τὸ ἀπωσκεδάννυμι: hoc ẽ a βάλλω quod eſt mitto: aliud eſt eſt Scorpius a σκορπίζω qđ eſt diſſipo: ſpargo. Ita ſcribit Michalus etymologicus: et Balliſta eſt maiorũ tormentoꝝ genus: vnã Britolam dicebant aui noſtri.

Excalfacio: & excalfactorius. Uide in Calefacio.

Excandeſco is. & excandefacio. Uide in Candeo.

Excandeſcentia ab Apul. lib. de dog. Platonis appellatur ea animę pars: quę irritabilis eſt: habẽs domiciliũ in corde: quã alio nole irafcẽtiã noiant: q; iracũdia a Lice. dicta eſt in prima Tuſcu. a furore & impetu animę ducto vocabulo: vt inquit Pla. in Critolao.

Excãto as. ſignificat qđ incantarẽ eſt alio incãtamẽto libero: qđ & recãto dicẽ. Plin. li. xxviij. Qui fruges excãtaſſet. De recanto idem. Non pauci & ſerpentes ipſos recãtari putant. Aliquãdo excantare capitur pro excludere. Plau. Nam crede cuius cor excantare poteſt.

Excerebro as. cerebꝝ excipio: vt apud Eſaiã Qui mactat pecus quaſi qui excerebret.

Excetra dicta eſt hydra: q; vno cęſo capite tria excreſcebant. Plau. in Perſa. Cum excetra: cum Anthęo deluctari maluelim: qđ cum amore. Gręco vocabulo dicit echidna. Ouidi. Pars quota lerneę ſerpens eris vnus echidnę. Scribit Diodo. Herculẽ debellaſſe hydrã non ſolũ ferro: ſed etiaꝝ flãmis: adhibito Iolao: qui inciſam ceruicem ardente face eueſtigio inureret. Cõſtat fm hiſtoricos Hydrã i Lerna argiuorũ palude extitiſſe aquas euomentẽ: quę vaſtabant vicinas ciuitates: in qua vno meatu clauſo multi erumpebãt. Quod Hercules vidẽs loca ipſa exuſſit: & ſic aquę meatus clauſit. Nam hydra ἀπὸ τοῦ ὕδατος: id eſt ab aqua nomen accepit. Plato aſſerit in Euthydemo hydrã fuiſſe callidiſſimũ ſophiſtã: cui pręter ſapientiã pro vno ſermonis capite amputato multa repullulabant.

Excedo is. pe. pro diſcedo: egredior. Lice. In ipſa cura & meditatione obeũdi fui muneris exceſſit e vita. Itẽ vltra cedo: trãſeo. Col. lib. vij. Cũ exceſſerint annos decem fęnũ⁹ inutiles ſunt. Plau. in aul. Iſtic adeſto ſi hercle tu ex iſtoc loco digitũ trãuerſũz: aut vnguẽ latũ exceſſeris. Itẽ ſupero: vt Cicero facile excedit oẽs eloq̃ntia.

Filicula herba eſt: alias polypodion dicta. Similis eſt filici: radix piloſa: coloris intus herbacei: craſſitudine digiti minimi. acetabulis: cauernoſa: ſub dulcis in petris

Filiifamilias dicunt: in quos patrefami/ (naſcens.

Filius ἀπὸ τοῦ φίλου dictū (lias iuriſdictione habet. volūt: hoc eſt ab amore: q̄ oīm conſtātiſſim⁹ amor ſit parentū in filios. Appellatione filiorū (vt iuriſconſulti ſentiunt) etiam filię continētur: ſed non e contrario. Lc.

Filū proprie: qđ ex lino lana ve trahendo ducit: hoc eſt linamentū. Lucil. Surge mulier duce filū non malū. Aliquādo ponit pro linea. Var. Sumptoq; a trameto ſuto/rio filū duxit. Hinc filo. as. cuius paſſiuum eſt filor, a quo effilo. Effilatū enim dicimus: qđ extra veſtimentū filo cōtextū eſt: quod rectū quoq; a quibuſdā dicitur. Eſt autē

Filiſtim regio: quę nunc di/ (filare: filum ducere: citur Aſcalon: & contra regionem Paleſtinorum.

Filix genus herbę ſatis notę. Colu. lib. ij. Junci & graminis pernicies repaſtinatiōem filicis frequens extirpatio. Nam conſtat filicem ſationibus: & ſtercoratione facilius interimi. Huius diminutiuū eſt Filicula.

Fimbria oīs veſtiū extremitas. Antiqui Fibrum dicebāt extremū. Vnde in veſtimētis fimbrię: & in iecore extremę partes fibrę nūcupant. Fimbriata vticę folia eſſe ſcribit Plin. ex quo colligimus: qualis ſit poſitura & flexura fimbriarū. Fimbria quoq; nomē fuit Romani ciuis cru/

Fimus letamen dicitur (delitate inſignis.

Fimū: qđ nos fritillū & alueolū dicimus: in quo iactę teſſerę: agitateq; miſcent. Hora. Mitteret in fimū.

Fingo. is. xi. ctū. cōpono: formio. Iſi & figuli dicunt. Et vas fictile: qđ formaſ vt ſit: & aliquā formā habeat. Sall. Quę natura vētri pna atq; obediētia finxit. Lact. li. j. Ita q; hoies eorū ſimulacra finxerūt: vt haberēt aliq̄d ex imaginū contēplatione ſolatiū. Eſt eīm genere vocabulū ad oīa: quę ingenio manuq; artificioſe formant. Lic. li. j. offi. Apiū examina nō fingendo⁹ fauorū cauſa gregant: ſed cū congregabilia natura ſint: fingūt fauos. Et fingere fimulare eſt: qm̄ ea q̄ ſimulamus: ita formamus atq; cōponimus: vt vera eſſe videant. Lic. de fi. bo. Talib⁹ exēplis nō factę ſolū fabulę: ſz etiā hiſtorię referte. Hic fictio: fictū & figmentū. Huius ꝟbi ꝓpoſita ſunt affingo: qđ eſt ſupra fingo: vel cōpono. Lact. li. iij. Nihil nos affinximus: nihil nos addimus. Habeant hęc qui fecerunt: legāt in quos hęc dicta ſūt. Cōfingo: ſimul fingo: ſimulo. Ter. in Phor. Oīa hęc confingā qđ erit mihi bonū atq; cōmodū: cū tu horū nihil refelles: vincā ſcilicet. Diffingo: qđ fictū formatūq; fuerat remoueo. Hora. li. ij. Lar. Neq; diffinget infectūq; reddet. Sene. Diſſipatū inſtaurat atq; diffingit. i. in diuerſas formas fingit. Effingo de quo ſupra.

Findo. is. fidi. fiſſum: per duplex ſſ. hcat. ſcindo. Col. li. iij. Curabis: vt præacutiſſima falce ab ea parte q̄ bifurca eſt ſcindas eā. Huius cōpoſita ſunt. diffindo: qđ eſt in diuerſas partes findo. Virg. Et media liquefacto tempora plūbo Diffidit: ac multa porrectū extendit arena. Infindo: intus findo. Idem. Quę iubeant telluri infindere ſulcos. Fiſſile: fiſſura & quadrifidus derivatiua ſunt.

Finis generis tam maſ. q̄ fę. Virg. Quem das finē rex magnę laborū. Idem. Hęc finis pro ami. Et eſt finis terminus: ſiue extremitas in vnaquaq; re: ꝟ eſt id in quo vnaquęq; terminat res. Sic dicitur finis terminatiōis. Sicut pro ratū dicitur finiri vbi terminat: vt apud Eſaiaz. Cuius regni nō erit finis. Eſt & finis cōſummatiōis. Cū dicimus domus finit quādo ꝙſummat. Et veſtis finita eſt: quādo cōſuta eſt: vt indui poſſit. ps. Oīs cōſummatiōis vidi finē. Rurſus eſt finis cōſumptionis. Sic dicimus cibū eſſe finitū: & candelā finitam: quādo conſumpta eſt: vt in Beñ. Finis vniuerſę carnis venit coram me. Eſt & finis intentionis: ſic dicit: talis eſt finis huius operarij: id eſt intētio: vt apud Job. Sicut mercenarius pręſtolat finē operis ſui. Hinc artifices finē vocant: id ad qđ oīa referunt: & cuius gratia cętera fiūt: vt finis medici eſt curare. Finis oratoris eſt benedicere. Cōpoſita ab hoc noīe ſunt. Affinis & cōfinis pe. pro. Vſi confines agri dicunt: qui eodē loco finiūt. Hiero. in prolo. lib. Reg. Syrorū quoq; lingua & Chaldęorum: quę Hebręę magna ex parte confinis eſt.

Finio. is. ivi itum. perficio. Apuleius. Sine opus finiā: quod incępi. Aliquādo finire eſt terminū ponere: metari Vnde finitores. Huius verbi cōpoſita ſunt. definio: diffinio: finito: pe. pro. dicebat: qui nunc (nio: & præfinio. Agrimēſor. Plau. in penu. Eius nūc regionis limites confinia determinabo: eius rei ego factus ſum finitor.

Finale: quod ad finē pertinet. Vnde finalis cauſa.

Finitim⁹. a. ū pe. cor. qđ prope eſt. Liu. li. j. Iā res Romana adeo erat valida: vt cuilibet finitimarū ciuitatū par

Finitio: quę & diffinitio dr, eſt rei ꝓpoſitę ꝓpria (eſſet. & dilucida: & breuiter cōprehenſa verbis enuntiatio: quę conſtat maxime genere: ſpecie & differentijs: proprijs. Vt homo eſt animal rationis capax: mortali obnoxiū. Lc.

Fio. fis. factus: hcationē paſſiuā habet. Hiero. Equorū cursus clamore pernicior fit. i. efficit. Ecce tamē eſt φύω φύσω ἐπὶ τοῦ μέλλοντος ἡ πέφυκα ἢ τῷ παρακειμένῳ. i. φύω ſum: fio: produco. futur φύσω fiam. preteritū πέφυκα factus ſum. Et infinitiuo fire habet ſēm rectā declinationem: qđ patet per eius cōpoſita confire & ſuffire: licet & confieri dicat. Virg. li. iij. Confieri poſſit paucis aduerte docebo. Quę duo & ſi a verbo paſſiuā ſignificationē habente deſcendāt: actionē tamen denotāt. Virg. Alt ſuffire thymo cęraſq; recidere inanes Quis dubitet: Confio tñ in paſſiua ſignificatiōe reperit pro cōficior, vt apud Oſbacrob. Oportet dīē qui ex quadrātibus confit: intercalare id eſt conficit. Col. lib. ij. Tria ſtercoris genera ſunt pręcipua: qđ ex auibus: qđ ex hoibus: qđ ex pecudib⁹ confit. Defit: de quo alibi. Exfio: infit: incipit. Habet eīm ſignificationē actiuā. Liui. li. j. Tum ita Tullus infit. Antiqui tñ fior dixerit. Vnde Lato Cēſorinus de Lucio inquit. Bęco ritu fiebant ſaturnalia. Cuius infinitiuus eſt fieri. pro quo vt Priſ. docet interpoſita e dicim⁹ de vſu fieri. Conſtruit modo cū ab ltō: vt hoc factū eſt a te: modo cū ntō: vt ille fit doctus. Ponit quādoq; pro eſtimor. Lic. in Pel. Tertius vero ille finis te terrimus: vt q̄ti quiſq; ſe ipſe faciat: tanti fiat ab amicis. Quādoq; pro appareo & innoteſco. Apoſtolus ad Ro. Ut fiat ſupra modū peccans peccatū per mandatū. Et illud. fiat deus verax. i. appareat: innoteſcat. In tertia perſona quādoq; pro euenit: contingit. Idē lib. j. offi. Fit aūt interdū: vt nōnulli omiſſa imitatione maiorū ſuorum quoddā inſtitutū conſequātur. Fieri poteſt: pro poſſibile eſt ab oratoribus vſurpat. Habet fio ex compoſita quę facio: vt caleſio: frigeſio & c.

Firmus: ſtabilis: ꝙſtans a ferēdo dictus: q̄ ꝙſtāret oīa ferat. Hinc firmitas: quę & firmitudo dr, pro ſtabilitate & conſtātia. Plau. Si iſtā firmitudinē animi obtines: ſalui ſumus. Item firmus dicit munitus: fortificatus. Lice. Fir/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mus ab equitatu: qđ est munitus ab equitibus: firmus per equites. Et est ornatus dicẽdi modus: vt Cic. fuit clarus ab eloquẽtia. Huius cõtrariũ est infirmus. i. debilis.

Firmo. as. stabilio: fortifico. Liui. Firmatq; eũ Aphricis maxĩe p̃sidijs. Lact. lib. iiij. Supereſt: vt ꝓbis facta firmẽt. Huius cõposita sunt affirmo: confirmo pro approbo: roboro. Lact. li. iiij. Debet ergo doctor ille perfect⁹ & docere ita p̃cipiẽdo: & cõfirmare faciẽdo. Et p certifico. Cic. Treba. Balbus mihi ꝓfirmauit te diuitẽ futurũ. Infirmo nõ firmo: siue deficere: cadereve facio. Lact. lib. v. Vbi aũt religiõis eius ꝓtra quã perorabat ĩfirmare volu it rationẽ. Refirmo: rursus firmo. Offirmo de quo ĩfra.

Firmamentũ soliditas: & stabilimentũ. Cic. li. j. ad Herenn. Nã in ea nec ratio quare fecerit: quæritur: nec firmamẽtũ quæritur: quoniã non subest ratio. Vnde firmamẽtum dictũ est cælum a firmitate. Aug. Hoc sane nouerint nec nomẽ firmamẽti cogere: vt stare cælũ putemus. Firmamẽtum eiñ non propter stationẽ: sed propter firmitatem aut propter intransgressibilem terminũ superiorum & inferiorum aquarum vocatum intelligere licet.

Fisci fiscinę: & fiscellę sunt vasa ad maioris summę pecunias capiẽdas q̃ marsupia. Vñ quia maior summa est pecuniæ publicę q̃ priuatę: dicit Fiscus pecunia publica. Proprie tñ apud idoneos auctores fiscus principis dr, erariũ vero publicũ. Pli. ad Traia. At fortasse non eadẽ seueritate fiscũ qua erariũ cohibes: imo tãto maiore q̃to plus tibi licere de tuo: q̃ de publico credis. Iurisconsulti scribũt res fiscales: quasi proprię & priuatę: principis sunt Inde confiscari solet dici in publicũ ius erarij redigere. Suet. in Aug. Damnatisq; his & confiscatis ꝓmissa vete/

Fiscale: qđ ad fiscũ perti/ (ranis præmia soluerẽtur. net: vt ius fiscale: fiscalis causa. Fiscales calũnię dicebant delatorũ: qui alios accusabant. Et nõnunq; ex fisco eis dabat pars mulctę: qua accusati mulctabãtur. Lc.

Fiscina pe. cor. a fiscus præter regulã aliq; a primitiuis hñtibus c. descẽdentiũ: vt mãcus mãcinus. Est aũt fiscina gñs vasis p capiẽda maioris summę pecunia. Vñ Asco. Sportę: sportulę: & sportellę nũmoꝝ sunt receptacula Et facci: sacculi: & saccelli: crumenę: mãticę: & marsupia Ita fisci: fiscinę: fiscellę. Fit aũt plerũq; ex rũco: quod alij canistrũ: alij calathuꝝ dicunt. Virg. Et facilis rubra texatur fiscina virga. Dicta est fiscina: vt inquit Var. a ferẽdo Ea nãq; ferunt paleę: fęnuꝝ: frondes & id genus reliqua. Oui. Vnde data est ęgrę fiscina frondis oui. Et Pli. Frondarias fiscinas quattuor implere frondatorẽ iustum esse autumat. Fiscina item olei factores vtunt. vt idem li. xv. ostendit. Huius diminutiua sunt fiscella & fiscinula.

Fiscella: vas vimineũ aut ex iuncis: quo lac coagulat: dum caseus imprimit: vel in quo casei ferunt. Hiero. ad Rust. Vel fiscellã texe iunco: vel canistruꝝ plecte vimini/bus. Tibul. Tunc fiscella leui detexta est vimine iũci. Rara q; per nexus est via facta sero. Fiscella etiam e viminibus funiculisve contexta dicitur: qua boum ora fauesq; iumentorũ capistrãtur. Plin. lib. xviij. Fiscellis capistrari boues oportet ne germinũ tenera decerpant.

Fiscellus: ab antiquis dicebatur casei mollis appetitor. Quo nomine etiã dictus est mons in Italia: non lon/

Fison fluuius: quem nostri Gangen (ge a Tyberi. vocant de Paradiso exiens. Vide Phison.

Fissile: qđ fissum est: vt fissilis arbor. Plin. lib. xvj. Mileq; fissile rimis hoc lignum. Quãdoq; dicitur fissile pen. correpta: quia finditur quasi fissibile. Idem paulo ante. Hęc maxime fissilia alia frangi celeriora q̃ findi. Virgil. Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.

Fistula proprie dr, per quã aqua educit fusa: a funden do: siue ferendo: sicut Tubi a tumore: & canales a canna: q̃ ad earũ similitudinẽ facti sunt. Ego tamẽ græcũ puto φυσάω inflo: fitum dicũt vulgo. Hiero. lib. ij. Reg. Tetigisset domatũ fistulas. A cuius similitudine instrumẽtum musicũ: quo flatu canitur, Cuius Pan dicitur inuentor fuisse. Virg. Septem compacta cicutis Fistula. Et vlcus altum angustuꝝ: & callosum in corpore fistulę nomẽ sortitur: siue ex vulnere fit: siue ex vitio ortũ: quod ad suppurationẽ venerit. Et fistula in homĩe per quã spiratur: seu cibus deȝcitur. Nam duas esse fistulas scribit Lactan. de opi. hominis Spiritualẽ. s. & cibalem. Illa spiritũ meare: hac cibum potũq; descendere. Et hę a faucibus incipiunt. Spiritalẽ Cor. asperam arteriã nominat. Sed alia alij est superposita. Illã interior gula vocatur: quę a Celso stomachus nũcupat: quia stomacho cõnectitur: & per quã cibus demittit. Exterior vero Epiglossis dicit. Quę operculũ habet cartilaginosum: qđ claudit foramẽ cum cibus vorat̃. Hoc sublinguiũ: siue liȝgua minor appellat. Rursus fistula arbor aromatica: sed parua quę & casia dr, quę pro sui breuitate a quibusdã inter herbas odoriferas numerat: & ad curãdas viscerũ molestias valet.

Fistulator accipit pro tibicine: vt est apud Gellũ.

Fistulo. las. fistulam ago: & in modum spongię quicq̃ facio. Plinius. Et pumicis fistulans vice.

Fistulosus. a. um. quod est spongię modo factum: hoc est foraminibus plenũ. Colu. lib. viij. de Caseo. Deinde quo tenerior permaneat: clauso neq; ventis obnoxio loco stipatur: per complura tabulata. Sic neq; fistulosus: neq; salsus: neq; aridus prouenit. Quorum vitiorum primum solet accidere: si parum pressus. Secundũ si nimio sale imbutus: tertium si Sole exustus est.

Fixulã: a fingẽdo pro fabula veteres vsurparũt. Lc.

F ante L

Flabrũz: quasi flatio: a flo. as. Proper. Neq; hic borę flabra: neq; arma timet. i. flantes vẽtos. Virg. Nec flabra nec ĩbres. Varrũ Ser. putat tñ flabra nũero plurali dici.

Flabellũ dimin. a flabro. & accipit pro instrumẽto quo fit ventilatio per æstatẽ ad refrigerandũ corpus. Terent. Deus tu Dore cape hoc flabellum: & ventulũ huic ita facito dũ lauamur. Oui. de arte. Profuit & tenui vẽtos mouisse flabello. Flaces olivarũ purgamenta. Plini. (ma.

Flaccũ dicit trituꝝ. Et flacco hĩe: quasi ad terendũ hĩe Plau. Verij: flacco habebit iam illic homo lũbos meos.

Flaccidus. a. um. a flaccus dr (Vnde fit deflacco. as. qđ est languidũ. Vnde flaccidi: siue flacci dicunt: quoꝝ aures pendulę: & nõ arrectę sunt. Col. li. viij. Caper flaccidis & prægrauãtibus auribus exiguo capite habeat optimus. Hinc cognomẽ familię Romanę ductũ est: vt Flacci appellẽtur: qui aures deorsum pendẽtes habent.

Flacceo. ces. cui. langueo. Hiero. in Esaia. Et erunt in/rigua eius flaccentia: a quo flaccesco: languidus fio. Columel. li. iij. Paucis deinde horis dum flaccescat in Sole habeto. Deinde in vmbra assiccato & ita condito. Compositũ est conflacceo: quo vsus est Gell. li. j. pro dettimesco. Nam fluctus inquit: qui flante aquilone maximi & crebrissimi excitantur: simul ac ventus posuit: sternũtur & conflaccescunt: & mox fluctus esse desinunt.

Flagella diminu. a flagris summę arborũ partes & virgę: siue capita minorũ sarmentorũ: vbi nascit vua: q̃ caprois percussa flagret. Quãuis aliqui a flando potiꝰ dici velint: q̃ ventoꝝ crebros sustineãt flatus. Col. li. v. At certe inordinatis vitibus vtiq; obtinendũ est: ne pluribꝰ flagellis emucient: nisi si propaginibus futuris prospiciemus. Var. li. de re rust. Emucidũ sarmentũ propter infirmitatem sterile: neq; ex se potest eȝcere vitem: quã vocant minoꝝ flagellũ. Maiorem etiã vnde vuę nascũtur palmaꝝ prioꝛe litera mutata in d. dalma a venti flatu dicta.

Flagello. as. q̃si flagello cędo. Sicut verbero: a ȝbere: & fustigo. a fuste. Et flagellare: increpare est: atq; psonare

Flagro. gras. ardeo: a flãma: vel a flatu: quo alitur in cendũ quando flatu excitatur ignis. Virgilius. Flagrantisq; dei vultum. Transfertur quandoq; ad desyderium amoris: odij: iręꝛ virtutis aut vitij. Lactã. li. j. Quid Apol/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lo pater eius: nõne ob amorẽ: quo flagrabat turpissime gregẽ pauit alienũ? Et lib. vij. Qui auaritia in opũ inexplicabili quidã siti flagrãt. Liui. lib. ij. Liuitas secuz ipsa discors intestino inter patres plebemqz flagrabat odio. Huius cõposita sunt. Conflagro: quod est totũ simul flagro. Lactã. libro. iij. Capitoliũ non semel: sed septies fulmine ictum conflagrauit. Deflagro de quo supra.

Flagratores dicebãtur illi: qui mercede flagris cẽdi se
Flagriones: dicti sunt serui: q̃ fla- (permittebant.
gris subiecti sint: vt verberones: a verbere.

Flagitiũ: est vitiũ flagitatione .i. repetitione dignum. Nã flagitatio ad strepitũ dicitur. Flãma eñ flagella ꝛ flagitare .i. personare dici intelligimus: quoniam sine sonitu nõ sunt. Et est flagitiũ generale ad oĩa mala. Cĩ. in Lato. Stupra vero ꝛ adulteria: ꝛ omne tale flagitiũ nullis aliis illecebris excitari: nisi voluptatibus. Aliquãdo significat errorem: vtpote rem flagris vel increpatione dignã. Cic. Tantã ne oblitionẽ: inquit: in scripto pręsertim: vt ne legens quidem senserit: quãtum flagitij admisisset.

Flagitiosus. sceleratus. Sal. In tanta tãq̃ corrupta ciuitate: id qõ factu facillimũ erat: oĩm flagitiosorũ atq̃ facinorosorũ circum se tanq̃ stipatorũ cateruas habebat.

Flagito. as. a flãma deductũ videt: vt sit q̃si flãmas agito. Flagitare eñ proprie est vehemẽter cũ instãtia clamare: ac strepitu poscere: cũ flagella ꝛ flãma sine sonitu crepituq̃ nõ sint: vt docet Don. in Eu. Terẽt. Lactã. lib. iiij. Succlamare cęperũt: ꝛ crucẽ eius violẽtis vocibus flagitare. Hier. in prol. Paral. Beniq̃ eũ a me nup flagitasse: tis: vt vobis paralipomenon latino sermone trãsferrem. Habet b̃ verbũ in se maiorẽ vim: q̃ postulo. Et quãdoq̃ actõ tantũ iungit: vt Cic. pro Quintio. Quãq̃ hoc causa postulat: ꝛ si postulat non tñ flagitat. Quãdoq̃ habet accusatiuũ cum ablto mediãte prępositione. Cęsar com. j. Interim quotidie Cęsar ab Heduis frumẽtuz: qõ essent polliciti flagitat. Q̃nq̃ construit cũ duobus accusatiuis: vt apud Suet. in Vitel. Tum generatoruz ꝛ stipulatoruz: publicanorũq̃: qui vnq̃ se aut Romę debitũ: aut in via portoriuz flagitassent vix vlli pepercit. Huius composita sunt. conflagito. Pli. lib. xxx. Tanta populi Romani contumacia fuit: vt magnis theatri clamoribus reponi apoxim̃enon conflagitauerit. efflagito: de quo supra.

Flamma a grẽco φλέγω φλέξω ardeo. Inde flãmifer. Domit̃ inter: dũ metaphorice flãma pro periculo. Cic. lib. ij. Tusc. Quid de cupiditate honorũ loquar? Quę flãma est per quã non cucurrerint hi: qui hęc olim punctis singulis colligebãt. Idẽ in Bruto dixit Galbã eripuisse sese de flãma iudicij: cũ significare vellet eum liberatũ esse a periculo iudicialis dãnationis. Teren. in Eun. Ex flãmate petere cibũ posse arbitror. De fumo tẽdere ad flãmaz

Flãmeus. a. um. Colu. (significat ire in periculũ. lib. o. j. Quędã partes eius regionis sic infestantur euro: quẽ incolę vulturnũ appellant. Et nisi vites tegminibus opacentur: velut halitu flãmeo fructus vratur.

Flãmiuomus. a. um. pen. co. quod flãmas vomit.

Flameum: genus veli rubri: seu crocei quod gestabat a mulierib⁹ nuper nuptis. Sic dictũ: q̃ eo assidue vtebatur flaminica. i. flaminis vxor, cui nõ licebat facere diuortium. Et eodẽ modo tegebat nupta flameo: vt perpetuo cum viro maneret. Luc. de Hdartia. Iterũ nubente Catoni: Lutea demissos velarunt flamea vultus. Huius diminuti. est flameolũ. Iuue. Sedet illa parato Falmeolo.

Flãmigena: flãma genitus. Lo: nucopię.

Flaminiũ tegumen: quo matronę capita tegebãt.

Flaminica sacerdotula: siue flaminis dialis vxor.

Flaminia: flaminis domus. Et flaminia: via Romę:

Flamearius: infecto: flãmei (a flaminio dicta. coloris violę luteę: quę flamea appellatur: quę ꝛ luteola a nostris dicit̃. Sicut violarius: qui violacea tingit. Hinc flamea appellabãt vestimẽta lutei coloris: quibus flaminica vtebatur. A quo ꝛ vestes quibus amiciebãtur nouę nuptę similiter vocantur flaminicę.

Flamminus sacror̃ pminister. Est etiã ppriũ nomẽ ciuis romani: a q̃ via flaminia: arcus flaminius: ꝛ foꝛ flaminũ

Flaminius lictor, qui flamini diali sacrorum causa prę-
Flãmatica arbor: fulmine icta. (cedebat. Lc. erat.

Flamẽ neu. ge. flatus ör. siue vocis ducta sonamina musicorũ instrumẽtorũ. Hora. Cur berecynthęę cessant flamina tibię. Hdasculino aũt sacerdotẽ b̃cat. Et flamines cognomẽ accipiũt ab eo deo: cui sacra faciũt: vt flamẽ dialis a dio. i. Ioue: quasi Iouialis. Hdartialis a Hdarte. Et Quirinalis a Romulo. Aug. li. ij. de ciui. dei. scribit romanos tres tñ flamines instituisse tribus numinibus. Dialẽ Ioui. Hdartialẽ Hdarti. Quirinalẽ Romulo: dicti flamines sacerdotes a filo: quo cinctũ caput habebãt: vt docet Var. Ser. sic hz. Flamies in capite habebãt pileũ: quod cũ per ęstus ferre nõ possent: filo tñ capita religare cępe runt. Illã nudis penitus capitibus incedere nefas fuerat. Vñ a filo quo vtebãtur flamines dicti sunt; q̃si filamines.

Flãmo. as. flãmaz produco. Virgi. li. iij. Geor. Exilit in siccũ ꝛ flãmantia lumina torquẽs Sępit agris. Hinc cõponit̃ inflãmo: qõ est valde vel intus flãmo. Cic. Curiõi. Nõ feci inflãmandi tui causa: sed testificãdi amoris mei.

Flãmescere: est flãmam fieri: accendi. Vnde in hymno dicimus. Flãmescat igne charitas: accendat ardor pro-
Flandria: Germanię regio: ad littora (ximos. oceani septentrionalis posita. Varios habet populos: qui pr̃isco nomine Cimbri dicti sunt.

Flator, ꝛ flatus. Vide in dictione Flo. 29.

Flauij: a flauo deduci dicuntur: ob crinium cãdorem. Erat enim apud Romanos familia amplissima. Flauissas prisci latinii dixerunt: quos greci Ξανθους nominãt: quod in eos non rudes ęs argentu inq̃: sed flata signataq̃ pecunia conderetur. Vnde per detractionẽ secundę litere Fauissę dictę sunt cellę quędã: ꝛ specus quibus ędituj Capitolini vtebãtur ad custodiendas res veteres religiosas. Vnde Belli. lib. ij. cap. x. de quo etiã supra.

Flauus color, ex viridi rufo ꝛ albo secretus: b̃ est fuluo clarior, q̃lis est color auri. Et attribuit q̃q̃ melli. Hdar. Flaua mella. Q̃nq̃ capillis. Qui. li. ij. Fast. Forma placet nimiumq̃ color, flauiq̃ capilli. Q̃nq̃ bladis maturis. Vir. li. j. Ge. Illeq̃ illũ Flaua ceres alto ne gręq̃ spectat olympo. Vbi Ser. Flaua ceres ör propter aristaz maturitatẽ. Sic flauã aquã: flauas frondes olearũ dicimus. Virg. li. iij. Geor. Turbidus ꝛ torquẽs flauẽtis hister arenas.

Flaueo. es. ui fulgeo: ꝛ auri colore ꝛ reddo. Hl flãmo q̃ sit color: non dissimilis flãmę. Vel a flando: q̃ flata metalla eum colorẽ habent. Col. lib. ij. Sed equaliter flauentibus tam satis anteq̃ ex toto grana indurescãt: cum rubicundũ colorem traxerunt: messis facienda est.

Flauescere: est flauũ fieri. Virg. Hdolli paulatim flaue-
Flecto. is. xi. xuz. inclino: voluto: (scet cãpus arista. duco. Terẽ. in Hecy. Istuc est sapere: vbicunq̃ opus sit: possis animũ flectere. Virg. lib. ij. Geor. Et ipsa Flectere luctãtis inter vineta iuuẽcos. Ser. Cũ quadã moderatione ducere: ne tenera adhuc virgulta concutiant. Huius cõposita sunt: circũflecto: circũplico: circuo. Virgi. Hęstat trinacrij metas lustrare Pachynni Cessantez lõgos ꝛ circũflectere curs⁹. Deflecto: de q̃ supra. Inflecto. Aug. lib. viij. de ciui. dei. Socrates primus vniuersam philam ad corrigendos: componẽdosq̃ mores inflexisse memoratur. Reflecto: in diem flecto. Offlecto: de quo infra.

Flemina dicuntur: quasi fluomina: cum ex labore vię sanguis effluit circa talum: autho: Festus. Lc.

Flexanima: oratio dicitur: quę animum flectere possit. Cice. ij. de Oratore. Sed tantã vim habet illa: quę recte a bono poeta dicta est flexanima: atq̃ omnium Regina rerũ oratio: vt nõ modo inclinãtem erigere: aut stantem inclinare: sed etiã aduersantem: ꝛ repugnãtem (vt Imperator fortis: ac bonus) capere possit. Lc.

Flexanimus: quod animum flectit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Flexibula Satyre nomen: apud Varronem: q consi/lium flectat βουλή enim consilium significat. Lc.

Flexipeda hedera: ab aliis poetis dicitur: quam Ver/gilius errantem vocat. Lomucopie.

Flexipes: qui flexos pedes habet. Lc.

Flexumines: siue potius flexamines equites Romani erant: prius celeres: deinde flexamines: a flectendis ani/mis: vt quidā putant: siue potius a flectendis equis po/stea Trosculi: a Trosculo Tuscie oppido. Lc.

Flexo.is.xi.xum. eiusdē significationis est cum flecto. Priscia. Et necto tamen nexui: quod inde etiā necto nexi dicentes et nexus: vt flexo flexi et flexus.

Flexile penulti. corep. quod flexum est: vt vitis flexilis q flexa sit et lapsu erratico torqueatur.

Flexura: curuatio. Lomucopie.

Flegeton. Vide phlegeton: quia grecum est.

Flegma. Vide in Phlegma. Suidas. φλέγμα. δύ λέ/γεται πρῶτον ἀπὸ βοφῆς. πρῶτον γὰρ ἀπὸ τροφῆς τὸ αἷμα. τὸ δὲ φλέγμα πρῶτον τῶν ἀπεπτωμ. ἔστι δὲ ὅταν ἀπεπτα ἀπὸ γὰρ φλέγματος. μεταβάλλει δὲ ὑγὺς χυμὸς πρὸ ὃν σόμαχον ἔστιν ὄυμ ὀυχ ἁπλῶς πρῶτον ἀλλὰ τῶν ἀπε/πτωμ. id est Phlegma non dicit primū ab alimēto. Pri/mū enī ab alimēto sanguinis est phlegma. i. pituita primū est crudor. Sūt et alia cruda: vt phlegmate mutat acid⁹ humor: circa stomachū: nō absolute primū sed crudorū.

Fleo.es.evi.etū. cū lach: ymis plāgo. Jdeo tantū hoim est: sicut rideo. Hinc fletus participiū. Virgi. Hic multus fleti ad superos belloq; caduci. i. nobiles et cōspicui: quo rum morte magna lamētatio sequit. Fletus substantiuū. Cōpositū est defleo: qđ est valde fleo. Lic. lib. j. Tus. Non exercitu amisso nudus in seruor ferruz: et manus incidis/set: non liberi defleti: non fortunę oēs a victoribus possi/derētur. Grecum tamē est κλαίω. μ. κλάυσω.

Flebile: qđ dignuz est: vt fleatur: a quo flebiliter aduer

Fligo.is.xi.ctuz. affligo: quo vsi sunt (bium cū fletu. antiqui. Vñ et flictus: pro afflictus. Sirius. Galea horri/da flictu Aduersę ardescit Galeę. Liui. Ipse se in terram fligit cadēs. Cuius cōposita sunt. Affligo: cōfligo: infligo: et profligo: quę hūt pen. pro. Est aūt affligere proprie pro/sternere: et in terrā extendere. Plin. At canis ille horrenti bus per totū corpus villis ingēti primū latratu intonuit: mox in cerniceē assultans: contraq; bellū ā exurgens: hinc et illinc artifici dimicatione: qua maxime opus esset: inse/stans atq; euitans: donec assidua rotarū vertigine afflixit ad casum eius tellure concussa. Cęsar. Neq; si quo affli/cte casu fuerit: erigere sese atq; eleuare possunt. Per trās/lationē ponitur pro perturbare: vexare. Sene. Vt animū varijs curis afflictū oratione lenirē. Hinc afflicto. as. fre/quentatiuū: de quo et alijs compositis: locis suis.

Flo. flas. ani. atū. spiro. Hinc flatus. tus. pro spiritu. Et flatus vētus: qui et ipse spiritus est. Et flatores antiquit⁹ tibicines dicebātur: q flando tibias sonarēt. Et flabellū. Aliquādo flare: signare est: q es siue aurū: siue argētum flando: hoc est flatu calefaciendo signet. Hinc flatū es: et flata pecunia dicit Eius cōposita sunt afflo: quod est ad aliquid spiro. Lic. in Lato. Luz admiraret Lysander: et proceritates arborum et directos in quincūcem ordines et humū subactā atq; puram: et suauitatē odorū: qui affla/rentur e floribus. Et in hymno. Impleta gaudēt viscera afflata sanctospiritu. Per translationē. Lact. li. vij. Non vidisse nec cōprendisse philosophos veritatem: sed ita le uiter odoratos: vt tamē vnde eos odor ille sapientię tam suauis: tā iucundus afflauerit: nullo modo senserint. i. at tigerit vel asperserit. Virg. Māq; ipsa decorā Cęsariē na/to genitrix lumēq; iuuētę Purpureū et lętos oculis affla rat honores. i. flando dederat. Diffloflatu dispergo: dis/tribuo. Plautus. Cuius tu legiones difflauisti spiritu. Lu cil. li. xxvj. Pars difflat vento pars aūt obrigescit frigore. Defloredeorsum vel valde flo. Var. Vas fictile: eo q est le uissimū ac summū deflatuz: vt trajciant in alia vasa. Jn/flo: turgefacio. Quales sunt vtres vento distenti. Trans/ferturq; ad animū. Lact. lib. vj. Si efferat ira: superbia tumidus inflet: tractum a folle: qui flatu turgescit. Hinc inflare: popularе: siue tibia canere. Virgil. Tu calamos inflare leues ego dicere vsus. Perflo: valde flo: siue mul tum cōmoueo. Jdez. Et terras turbine perflant. Reflo: retro vel contra spiro. Lic. li. j. Tus. Sin aūt reflantibus ventis reijciemur: tuz eodē paulo tardius referamur ne/cesse est. Jdē li. ij. offi. Nam cū prospero flatu eius vtimur ad exitus quibus optamus: et cū reflauerit affligimur. Sufflo: subtus spiro: siue superfluo et turgefacio. Nonn⁹. Sufflatū dicitur tumidū: et quasi ventę quod ā latius fa/ctū. Et sufflare: flatū facere. Aug. lib. xij. de ciui. dei. Quid est aliud sufflare: q flatū facere. Jdē paulo ante. Et cum virū terreno formasset ex puluere eiq; aiam sufflādo indi disset: siue potius sufflādo fecisset. Conflo et efflo alibi. a sufflo etiam fiunt duo composita insufflo et exu flo.

Floces vini: vuarū purgamenta: hoc est vinacęę: sicut flaces oluarum: fex a vinaceis expressa. Lęcil. Medepol ego neq; florem: neq; floces volo mihi: vinuz volo. Pelli. Appludam edit: et floces bibit.

Floci lanarum particulę diuisę a velleribus: inutiliter euolantes: et per diminutionē Floculi. Var. Diligētiores tegeticulis subiectis oues tondere solēt: ne qui floculi in/tereant. Plinius. Nascunt in robore pilulę nucibus non absimiles: intus habentes floculos molles lucernarum luminibus aptos. Nam et sine oleo flagrant.

Flocifacio: et flocipendo: a floco pro conteno et in nul/la estimatione habeo. Plaut. in Epi. Dum tibi ego pla/ceam atq; obsequar meum tergum flocifacio.

Flora: dea quędam a Romanis in honore habita.

Floralia: eius deę ludi: seu festa. Floralia etiā dicuntur loca: in quibus sunt flores. Var. li. j. de re rust. Nec minus ea discriminādа in conserūdo: quę sunt fructuosa propter volup tatē: vt quę pomaria ac floralia appellantur.

Florales ludi apud veteres celebrabant: cū omni lasci uia: et pręter verbor licentiā nudabant flagitante popu/lo meretrices: quę mimar functę officio: in spectu mul/titudinis ad sacietatem vsq; impudicis motibus detine/

Flores dicti sunt: qui ex arboribus (bantur. Lc. vel herbis colliguntur. Cuius diminutiuū flosculi.

Floreus. a. um. quod est totum ex floribus.

Floridus. a. um. qđ floribus abundat. Tibul. Cū positi

Floreo. es. rui. flore: est flori (florida serta darem. dum esse: seu flores habere. Lic. lib. j. Tus. Segetes largi ri fruges: florere oia: fontes scatere. Per translationē flo/rere: est splendere: aut in aliqua prosperitate esse: siue ex/cellere. Lic. in Lęl. Magnāq; Grecię: quę nunc quidem deleta est: tum florebat institutis et pręceptis. Lactan. lib. v. Jniusti ac deū nescientes: et diuitijs: et potentia: et hono ribus floreant. Per. Alium iuuenili ętate florentē in amę/nissimos horulos pręcepit adduci. Huius composita: Defloreo: efflореo: de quibus alibi. Et refloreo: quod est rursus floreo. Est et Floro. floras. vnde et pręflo: o. Belli. Et expectatio te spei suspensum fatigabit: et futuri gau/dij fructum spes tibi iam pręflorauerit.

Florescere: est floridū fieri. Col. lib. v. Tentiq; nebulā et rorē pestiferū celeriter afficcant: multūq; ad florescendū: et ad bonitatē vini conferūt. Var. lib. j. de re rust. Prauz aqua defendi debet: anteq; florescere incipiat.

Floridare: idem qđ florere. Vnde prata floridantia di/

Floriger et floriferi: ferens flores. Lc. (cuntur.

Floriferuz dicitur: q eo die spicę ad sacrarium ferun/

Florulentus: floribus plenus. Lc. (tur. Lc.

Flos salis dicit quędā salis fauilla: quę leuissima est hu milioriq; naturę: et crocei coloris: aut rufi: veluti rubigo salis. Natura eius aspera et excalfactoria est: sudorē facit aluū soluit in vino. φλόξ grece flor: latine flāma. Lc.

Fluo. is. xi. xū. proprie decurro. Ver. li. ij. Be. Hęc eadē argēti riuos grisq; metalla Oñdit venis atq; auro pluri/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ma fluxit. Quoniã vero ea quę fluũt latius diffundi vidẽ tur: fluere q̃q; capit pro latius: atq; vberius excrescere. Idẽ li. ij. Seo. Tũ demũq; dura Exerce imperia: et ramos cõpesce fluẽtes. Rursus q;, quę decurrũt quodã modo minui vident: Fluere pro deficere sumit. Idẽ. Ex illo fluere: ac retro sublapsa referri Spes Danauũ. Hinc fluxa dicimus quę instabilia: ac momẽtanea sunt: et cito peritura. Et fluere: procedere: nasci. Lact. li. ij. Ab hac gẽte proximi quiq; populi multitudine increscẽte fluxerũt. Item trãsire. Hiero. Jam altera fluxerat dies. Huius cõposita sunt. Affluo: confluo: defluo: de quibus supra. Circũfluo de quo Cic. in. Ll. per trãslationem dixit. Et circũfluere oĩbus copijs: atq; in omni rerũ abundãtia viuere. Pro/prie Plini. Id oppidũ circũfluit amnis. Aliquãdo pcat concurrere. Idẽ. Postq; varię vndiq; gentes circũfluxere. Hinc circũfluxus pro concursu. Et circũfluus: qui circũfluit. Diffluo: varie fluẽ. Lact. li. vij. Mã si terrenũ et fragile corpus post secessũ anię nõ statim defluit in terrã tabescitq; ex qua illi origo est. Per translationez luxurioz, prodigus sum. Jtẽ consumo: ac deficio: Teren. in Heau. Trillius animũ qui nũc luxuria: et lasciuia diffluit retundã et redigã. Influo: intus fluo. Col. li. j. Sz ampla stabula fic ordinent: ne quis humor influere possit. Cęsar. Ala cu Lemãno: qui in flumen Rhodanũ influit. Cic. in Cęl. per trãslationẽ dixit. Quibus blãditijs C. Papirius consul nuper influebat in aures. i. facile introibat: vel persuadebat. Interfluo: in medio fluo. Perfluo: et trãsfluo per mediũ fluo: spargo: non primeo. Ter. Plenus rimaz fuz: huc atq; illuc perfluo. Profluo: de quo alibi. Refluo: antefluo. Cũ pręfluxus: et pręfluuius: pro fluere alicuius rei ante facto. Preterfluo: vltra vel añ fluo. Liui. li. j. Infima valle pterfluit Tybris. Quintil. Per trãslationẽ li. xj. Ois disciplina memoria pstat: frustraq; docemur: si quicquid audiuimus pterfluat. Refluo: retro siue rursus fluo. Cũ fluxus et refluxus. Superfluo: superabũdo. A quo superflu⁹. a. um. Col. li. iiij. Per medullã trãsmittit quicqd aquaz cęlestiũ superfluxit. Subterfluo: inferius fluo.

Fluito. as. pe. cor. frequẽtatiuũ: significat sępe siue cõtinue fluo. Liui. lib. j. Tenet fama cum fluitante alueuz: in quo expositi erant pueri tenuis in ficco aqua destituisset. Et fluitare est: supernatare. Plini. Oẽs pisces cũ sunt exuncti: fluitant exceptis anguillis. Aliquando fluitare est

Fluus. a. um. q̃si fluens: sed in cõ/ (solui: ac relaxari. positione magis in vsu: vt mellifluus: q̃si fluens melle.

Fluidus. a. um. pe: cor. modo fluentẽ: modo humectuz

Fluor, fluxus: et fluxio idẽ significãt: id (significat. est profluuiũ. Aug. lib. vij. de ci. dei. Sed ibi est dea Mena: quę menstruis fluoribus pręest.

Fluescere: est fluidũ fieri: resolui. Aug. lib. xxj. de ciuit. dei. Agrigentinũ Sicilię salem perhibent cum fuerit ad motus igni: velut in aqua fluescere.

Fluxus. a. um. qđ est instabile: momẽtaneũ: et cito perituru. Unde fluxę res dicunt. Poe. Nos tibi ne fluxas Phrygię res vertere fundo Conamur. Sall. Nam diuitiarũ et formę gloria fluxa: et fragilis habetur. Aliquãdo capit pro largo: et minime abstricto. Unde Parthoꝝ vestimẽta fluxa fuisse Lucanus scribit. Illic et laxas vestes: et fluxa virorum Uelamenta vides. Et fluxi dicunt libidinosi: molles: effęminati. Sueto. in Tybe. Dusus animi fluxioris: remissioriscq; vitę erat. Cyprianus. Usq; ad hoc venimus: vt in cõparatione fluxorum de sanctorum virtutibus disputemus. Idem. Fluxuras libidines vocat: scribens castitatem esse exarmaturã fluxurarũ:

Fluuius. a fluo. is. q̃ fluat semper. Idẽ quod flumen.

Fluuiale: quod ex fluuio est: vt aqua fluuialis.

Fluuiatile pe. cor. quod in fluuio viuit: vt piscis fluuiatilis. Fluuiatilis auis: fluuiatilis arena: quę in fluuijs est. Plinius. Arenę tria sunt genera: fossitia: cui quarta pars calcis addi debet. Fluuiatili aut maritię tertia.

Fluuior. aris, depo. sumit pro abundo: vt apud Josephum. lib. xviij. Nihil interest inter eos: an diues fluuiat:

Flumẽ similiter a fluo: pro (an pauper defraudat. prie est aqua fluuij decurrẽs: et maior: est q̃ rinus. Et flumina dicunt quę perẽnia sunt: et cõtinue fluũt. Torrẽtes qui estate ficcant. Sed quãdo hoc nomẽ genitiuo iungit capitur pro fluxu: seu cursu. Plinius. Ne flumini eius rui eẽnt impedimẽto. Hinc flumẽtana porta Romę qua Tyberis vrbem intrans in sinistra ripę parte relinquit. Dicta q̃ Tyberis quandoq; in eam influxerit.

Fluentum: parũ flumen: siue decursus aquę. Hiero. in Josue. Trans fluenta iordanis. Amb. lib. Hexa. Itaq; cum tanta de terris erũpant maximoꝝ fluenta amnium Nilus effuso Aegyptũ stagnãs flumine. (ne colligit.

Flumineus. a. um. vt aqua fluminea: quę ex flumi/

Fluminosus. a. um. quod fluminibus abundat: vt re/

Fluctio. Catarrus dicitur. (gio fluminosa.

Fluctus: a fluo. Et est aqua mota in vnũ collecta: quę

Fluctiuag⁹: qui fluctuãdo vagat. (vnda dici solet.

Fluctuosus: vndosus: procellosus: inquietus. Et per trãslationẽ fluctuans anĩa dicit. Quemadmodũ ęstuans cum ira aut curis: aut libidine: aliove morbo agitat.

Fluctuare: iactari: cõmoueri: in dubio esse: et instar ratis fluctibus agitari. Uerg. lib. ij. Geor. Et late fluctuat oĩs Aere renitenti tellus. Unde fluctuatus: pro iactato. Plini. Delos diu fluctuata: vt prodit: sola motũ terrę nõ sensit. Et lib. viij. Fluctuantiq; similis exanimi. Propie vero est fluctus: id est vndas facere. Plaut. in Ru. Ita fluctuare video vehemẽter mare. Jtẽ significat super vndas esse. Plin. li. xxxvj. Lapidem e Scyro insula integrũ fluctuare tradunt: eundem cõminutum mergi.

Flustrũ: statua maris: cum fluctibus non agitatur.

Fluctuatim aduerbiũ: iactãter: solute. Afra. Uolo fluctuatim ire ad illũ.

Flutę: anguille: siue murenę (ctuatim ire ad illũ. dicebant in freto Siculo: quę grece plotę: q̃si nauigabiles dicunt: q̃ in summa aqua mergi nõ possunt. Macro. Accerseb ãtur murenę ad piscinas abusq; freto Siculo. Illę enĩ optime esse credunt: pręsertim q̃ grece plotę: latine Flutę dicunt: q̃ in summo supernatantes Sole torre facte curuare se posse: et in aquã mergere desinunt.

Fluonia: Juno quam mulieres colebant: q̃ sanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur.

F Ante O

Focus: a fouẽdo: vel a flãmis dicit id: in quo ignis seruat: vel ipsa ignis fomẽta. Ouid. li. vj. fasto. At focus a flãmis et q̃ fouet oĩa dictus. Idem. Ture vacent arę stentq; sine igne foci. Tibul. Dũ meus assiduo luceat igne focus Cato. de re rust. Folia subdito in foco calido: sub testa coquito: leniter. Ponit etiã q̃q; pro pnatis domibus: sicut

Foculus dimin. qui etiã circũfert a (ara pro tẽplo. testa testulę: triuialiter nomẽ adeptus. Belli. Tũ illa foculum coraz rege cũ igni apposuit: et tres libros ex nouẽ deurit. Val. max. lib. j. Cum Carbasum quẽ optimũ habebat: foculo impositum esset: subito ignis emicuit.

Focula dicũtur nutrimenta. Plautus in Persa. Nam iam intus ventris fumant focula.

Foculo. as. pen. cor. nutrio: seu foueo. Nonius. Focula dicta sunt nutrimẽta. Unde et foculare dicit: vt fouere.

Focillus diminutiuũ. est a foculus: a quo focillo.

Focillo. as. et focillo: deponẽs: significat nutrio. Varr. lib. ij. de vi. pa. Sed suum quiq; cõmodum focillantur. Hinc componitur refocillo: quod est recreo.

Focarius panis: qui in foco coquitur. Lc.

Focarius. a. um. qđ ad focũ pertinet. Hiero. li. j. Reg. Filias vestras faciet sibi vnguentarias: et focarias.

Focale pe. pro. genus ligaminis ad fauces: velut fascia quędã collũ ambiẽs: q̃ fauces pfringere nõ fineret: et pnũtiationi ꝑduceret. Sene. li. iij. quęstionũ naturaliũ. Cui debis quosdam graciles et palliolo: focaliq; circũdatos pallentes et egros. Quintil. lib. xj. Palliolũ sicut fascias:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quibus crura vestiunt: & focalia: & ligamina auriuz sola excusare potest valetudo. Dictū focale a faucibus au. in o mutata. Quidā etiam accipiūt focale pro ferro ignito: quo crispantur crines. Et sic habet pri. corre. cum a foco descendat. Hora. in ser. Fasciolas cubitale focalia: potus vt ille Dicitur a collo furtim carpsisse coronas.

Focaneus: palmes dicit: qui in fauce vitis nascit: vt est apud Col. lib. v. Videt inquit focane⁹ palmes: qui solet in bifurco medi⁹ prorepere. Et idcirco eū prędicto vocabulo rustici appellant: q̄ inter duo brachia sua se diuidit vitis: ena tus velut fauces obsidet: at vtriusq; duramen trahens alimēta prorepit. Et libro. vj. Focaneus est: qui inter duo brachia: velut in vena de medio nascitur.

Fodio. is. fodi: fossum: cauo: aro. vt Fodere non valeo medicare erubesco. Virg. lib. vj. Seu spumātis equi foderet calcaribus armos. Hinc fouea. Et fodere foz are. Hiero. ad Helio. Cerne manus Judęe quas fixeras: cerne latus Romane qđ foderas. Huius cōposita sunt confodio: quod est cauo: ferio: siue in totū foro. Plau. in Aul. Hic apud me confodere horū iussi. Sall. Inter cōfertissimos incurrit: ibiq; pugnādo confodit. Cir cūfodio: circū cauo. Colu. lib. iij. Arborem quā deposueris: sępius circunfodito: defodio. Vide loco suo. effodio: extra fodio. Plau. in Aul. Oculos ego hercle istos improba effodiaz tibi: ne me obseruare possis: siquid rerū geraz. Infodio: intus fodio: aut intus planto: pono: seu sepelio. Colu. lib. iiij. Cāpestris locus alte duos pedes infodiēdus est. Hiero. in Beñ. At ille infodit eas subter terebynthū. Virg. li. ij. Geor. Ante supinatas aquiloni oīdere glebas: Quā ętuz infodias vitis genus. i. obruas. Perfodio: valde cauo: rumpo: ferio: perforo. Plau. in Asi. Vbi parietes perfoderis. Col. li. xj. Tu grauibus rastris cūctantia perfode terga. Lact. lib. iiij. Sed tantūmodo latus eius perfoderūt. Gel. li. ij. Quadringēti oēs tū vna perfossi gladijs: aut missilibus operti cadūt. Præfodio: antefodio. Pli. lib. vij. Præfodere scrobes añ: si fieri posset: tāto donec pīgui ce spite obducant. Refodio: rursū fodio. Pli. Hos marinꝰ in terras scrobe effossa parit ouas: & rursū obruit terra: tri gesimo die refossa aperit: fętūq; in aquā ducit. Suffodio: subter cauo. Col. lib. ij. Neq; sine velimus impasci: qui nostro suffodiat: & cespites excitet. Transfodio: trās siue vltra ab vno latere ad aliud fodio. Ouid. Gemino transfodit vulnere pectus. Et hęc oia habēt fo. syllabā correptā.

Fodico. as. pe. cor. idē qđ fodio. Cic. li. iij. Tus. Non est em in ptāte fodicātibus eis rebus: qs malas opinamur dissimulatio: vel oblitio. Hora. Emamus q fodicet latꝰ.

Fodina pen. prod. locus vbi quid foditur: aut aurifodina: vbi foditur aurū. Plin. Odor ex argenti fodinis inimicus oibus animalibus: sed maxime canibus.

Fęcūdus. a. um. quod fructū facit. Al faciēdo seu ferendo: q̄ ferax sit: & sępe fructū faciat. Ouid. lib. iiij. Fast. Fęde ferens bos est fęcūdaq; dicta ferēdo. Hinc etiā fętus nomen habere putant. Interdū sumit pro abundāti & pleno. Hora. Fęcundi calices quē non fecere disertū. Huius cōtrariū est infęcūdus: non ferax. Virg. li. ij. Geor. Sponte sua quę se tollunt in lumina auras Infęcūda quidē. Inde infęcūditas pro sterilitate. Sicut fęcūditas pro abundātia. Col. Sępenumero ciuitatis nostrę principes audio culpātes: modo agrorū infecunditatē: modo cęli per multa iam tępora noxiam frugibus intēperiem.

Fęcundo. as. abundantē: seu fructiferū facio. Virg. lib. iiij. Geor. Et viridem Ægyptū nigra fecundat arena.

Fętus. tus. a ferēdo: vt inquit Ouid. Seu a fouēdo: quoniam & dum in vtero est: & postq; eductus fętus est a matre fouetur. i. calefit. Est autem fętus generale nomen ad omnia animalia etiam si sint ova. Etiam ad arbores. Virgil. lib. j. Geor. Hic segetes: illic veniunt felicius vuę: Arborei fętus alibi: id est fructus vt poma.

Fętus. a. um. plenus. Virgil. Loca fęta furentibus austris. Et fęta mulier dicit grauida. Idē. Non insueta gra-

ues tentabūt pabula fętas. Item ꝺ: partu liberata: Best quę peperit: vt Fecerat & viridi fętas mauortis in antro. Empta antē fuisse lac qđ pueris prębebat: ostendit Colu. lib. viij. Huic pecudi nocet ęstus & prącipue fętę: quę gelicidio hyemis conceptū fecit. Huius cōpositā sunt: Confętus. Festus. Confętus fus dicebat: qui cum omni fętu adhibebatur ad sacrificium. Defętus & effętus: de qui-

Fętuosus. a. um. quod est plenus fętu. (bus alibi. Hiero. contra Jouinia. Lippientē iam deformez atq; fętuosam synagogę typum prętulisse. Retinet hoc nomē u. quoniaz fętus est quartę declinationis. Sic sumptuosus: fructuosus: luctuosus: actuosus: & quęstuosus. Quę veniunt ab alijs declinationibus non tenent u. vt fabulosus: dolosus: vitiosus: portentosus: & huiusmodi.

Fętura: genitura & pariendi tępus. Var. li. ij. de re rust. Appello fęturā a conceptu ad partū. Hi enī primi pgnationis & extremi fines. Cūm & prō animaliū prouētu ponit. Virgil. Si fętura gregem supplenerit aureus esto. Plin. Optima fętura est post vernū æquinoctium. Transfertur etiam ad inanimata: vt fęturā prati: orum. Idem. ad opus suū transtulit: cum in principio ait. Opus natū apud me proxima fętura licentioze epistola narrare constitui.

Fętifico. as. fętū facio: pario. Plin. lib. x. Accipitres fortius masculię fętificant. Unde & fętificus. a. um.

Feto. as. fętum emitto. Col. lib. viij. Circa paludes in quibus plerunq; fętant. Augusti. lib. v. de ciuita. dei. Cur alios eligunt dies accōmodatos ponendis vitibus: alios pecoribus vel domandis: vel admittendis maribus: quibus equarum: vel boum fętentur armenta.

Fędum: pro hędo dixerunt antiqui. Lc.

Fędus. eris. a ferio: vt quibusdā placet: cum ę. vt olonga sit: quoniā ferio. e. breuem habeat. Alios enī fuit antiquis: vt in fędere faciendo porca feriretur. Virg. lib. viij. Stabant & cęsa firmabāt fędera porca. Quidā hoc nomen a fecialibus: id est sacerdotibus deriuant: per quos fiunt fędera. Alij a fide: quia in fędera interponebatur fides. Et proprie fędus dicitur pax: quę fit inter dimicantes. Accipitur etiam quandoq; pro lege: vt apud Virgilium. Regemq; dedit qui fędere certo.

Fędero. ras. pen. cor. fędus facio. Unde fęderati dicuntur populi: qui fędere icto cum populo Romano: societatem coiuerunt. Namq; inter ciuitates prouinciarū alię fęderatorum: alię stipendiarię dicebantur.

Fędifragus. pen. corre. qui fędera frangit.

Fędus. a. um. qđ est deformę. Terē. in Eu. Huc tibi videt fędus: quia illā non habet. Ponit quādoq; pro exerando. Virg. lib. vij. Auersusq; refugit Fęda ministeria. Quādoq; pro crudeli. Terē. in Eu. O facinus fędū. Do. Fędum: crudele. Ea enim quę crudelia sunt: & nefaria: ipsa crudelitate fęda & maculosa dici possunt.

Fędare: polluere: inquinare: quasi foras edere. i. manifestare. Haz fęda vel corporis: vel animi foras edunt. Unde fędare: foras dare. Virgil. Impulerat ferro argolicas fędare latebras. Lact. li. v. per metaphoraz. Sed fortasse nō ipsius vitiū sed poetę fuit: qui insignē pietate virū infigni scelere fędauerit. Et fędare: lacerare: cruętare. Sunt qui hoc verbū a fętu deriuari putēt: quoniā fętando ma-

Felix: a fęnus quidā deducūt con- (res polluūtur. uersione n. in l. quasi beatus: hoc est diues & fęnore plenus. Et dicit qui prosperitatē habet. Virg. Ciuite felices quibus est fortuna peracta Jaz sua. Aliquādo dicit: qui alios facit esse felices. Idez. Sis felix nostrūq; leues quęcunq; laborē: id est prospera & benigna. Aliquādo commodū: vtile. Martia. Illa manus quondaz studiorū fida meorū: Et felix domino notaq; Cęsarib⁹. Aliquādo pingue: fecundū. Unde felices arbores: quę ferunt & fructū ferūt. Huic contrariū est infelix. Quod quādoq; ponitur pro aduerso. Virgil. libro. vij. Quę potui infelix: id est aduersa Troianis. Quandoq; pro non fecūdo. Idem. Infelix lolium ac steriles dominantur auenę.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Felicitas: prosperitas. Cuius contrarius est infelicitas. Inter dū felicitas ponit pro dea: quā Romani venerabā tur. Aug. lib. iiij. de ciui. dei. Quid felicitas? dea est: eadem accepit: ara meruit: sacra ei congrua perfoluta sunt.

Felicito: felicem facio. Cuius contrarium est infelicito: quod est destruo: quod tam de diuitijs: qꝫ de homine dici tur. Plau. in Menā. Dij illum infelicitent omnes.

Femina. nę. mulier: a feto. as. Hinc femineus. a. um. Et femininus. a. um. Diminutiua femella: feminella: ⁊ femi/

Fenus. oris. vsura (nulla. A femina etiā sit effemino. dicit a fetu. Nihil em̄ aliud est fenus qꝫ fetus: hoc est par/ tus pecunię. Quia dā tamē a fundo: quod cū o. non u. apd antiquos scribebat: qꝫ prouētus sit ex naturali terrę fru/ ctu. Postea vero ad vsuraz translatū: quasi pecunia per se fructū producat: sicut terra. Hinc vsura vorax auidū/ qꝫ in tempore. Plautus in Asinaria. Nam si mutuo non potero: certum est accipiam summā fenore.

Fenusculum diminutiuum. Plaut. Ad danistam ad/

Feneb: re pen. ad placitum: (deres fenusculum. quod ad fenus pertinet. Ut lex fenebris de credita pecu/ nia. Siquidem crediti nummi alios pariunt.

Fenero. as. pen: cor. cum actō: ⁊ fenero: cum otō: idem significāt: quę tā pro dante: qꝫ accipiente sumunt. Quod est contra Laurentiū Vallam. Hieron. in Ecclesiastico. Qui facit misericor: diaz fenerat proximo suo. Et postea. Fenerare proximo tuo in tempore necessitatis illius. Cic. Ut em̄ benefici liberalesq; sumus, non vt exigamus gra/ tiam. Neq; em̄ beneficiū feneramur: sed natura propensi ad liberalitatē sumus. i. fenori damus. Mart. Nec sapit: hęc oīs fenerat vna deos. Aug. in ps. interpratione. Audi scripturā quomodo fenerer dominū. Fenerat dominuz

Fenero: cum ablō signi/ (qui miserē pauperis. ficat ad vsurā accipio: vt est apud lib. digesto. xxxj. Si au tem aliquis eorū voluerit vēdere partē suam: vel fenera/ ri super eā: potestatē habeat vendere coheredi suo: ⁊ fe/ nerari ab eo. Res fenerata quę ad fenus tradita est.

Fenerator, qui dat ad fenus: grece danista vocat.

Feneratus. tus. Idē qō feneratio. i. mutuatio ad vsurā

Feneratitius. a. um. qō datū est feno: i: vel qō ad fenus pertinet. Fenerastia pecunia: quę ex vsuris collecta est.

Fenum dictum est: qꝫ sine cura fenus prębeat. Vel qꝫ herbę eędem manentes quotannis nouas pariant. Hinc fenile pro loco: in quo seruatur fenum.

Feneus. a. ū. qō ex feno factū est. Aug. li. iiij. con. Popu laris glorię sectātes inanitatē: vsqz ad theatricos plausus ⁊ cōtentiosa certamina: ⁊ agonē coronarū fenearū.

Fenarius. ria. rium. quod ad fenum pertinet: vt falces fenarię quibus fenum secamus: quę aptę sunt.

Fenisex. cis. q fenū secat. Pli. li. xviij. Igit commu ꝓpter oleū ad crus ligato fenisex incedebat. Idez. Fenisec. cę. penul. correpta: qui fenarijs falcibus fenū in pratis secat. Col. lib. ij. Ita necubi ferramentū fenisecis possit offen/ dere. Varro lib. j. de re rust. Herba in pratis ad speciem fenisecę nata: non modo non euellenda in nutricatu: sed etiā non calcanda. Idē non multo post. Sicilieda prata: id est falcibus consectanda: quę fenisecę preterierūt.

Fenilia loca: in quibus fenum asseruatur. Lc.

Fenogręcum genus herbę: alias Aegoceros dictum: quoniam semen corniculis simile habet. Lc.

Fenisectū: ipsa feni sectio: ⁊ veluti messis feni. Idem in eodē. Nec primo anno rigari: nec pasci ante secunda fe/ nisecia: ne herbę vellantur: obtritusq; hebetentur.

Feniculū a fenore: vt quidā existimant: quasi parvum fenus: qꝫ semen terrę mandatū magno fenore reddat fru ctum. Grecī Marathron vocant. Oculoū claritati mire confert: angues per hyemē membrana corpori obducta feniculi cibo impedimentū illud exuūt: quod Senectus

Feteo. es. male oleo. fe/ (⁊ Vernatio appellatur. tidus: male olens. feter, malus odor. Plautus in Asina. Dicamabo an fetet anima vxoris tuę.

Incũbo. is. dativo ſimiliter iũgitur. Et duo ꝑcat. ſ. obnixe operã do alicui rei: vt incũbo ſtudijs. Et ihęreo. Uerg. Incumbẽs tereti Damone ſic cępit oliuę. Pli. li. j. Hãqz in illo caua in ſe ꝙuritas vergit: ꝛ cardini ſuo: ꝟ eſt vndiqz terrę incũbit. Frequẽter etiã actõ mediãte ad. vel in. vt a Ciceroẽ fere ſemper vſurpat. Mergite ingt adoleſcẽtes: ꝛ in hęc ſtudia: in quibus eſtis incũbite. Et alibi. Quare incũbamus ad illa ꝓclara ſtudia. Nam cũ operi alicui ſacriũdo incũbimus toto pectore ſignificat diligẽtia ꝛ conatus. Similiter cũ accuratius quid mẽte agimus: incumbere dicimus. Plus tñ ineſſe videt accuſatiuo: cum indativo: quaſi ſit initi: vel inſiſtere cõtra: ſiue ſuper: in quo deſignat quid arduũ: vel mirabile: vel onoroſum. Et hoc ex vi prępoſitiõis in: actõ iunctę: vt Cic. pro. Cor. Balbo mirabile a ſe factũ fuiſſe declarat: cũ ait. Hoc ſiue meum ſiue recip. fatum: vt etiã in me vnum oĩs illa inclinatio cõmuniũ temporũ incũberet. Oneroſuz ſeu arduũ: vt idem Comificio. Te tñ horto⁹, vt omni cura in remp. incũbas. Hoc eſt ſuſtentãdaz: ſiue tuẽdam: quod difficillimũ erat. Quare ſi dixero. Incũbo in remos; maior nixus in illos deſignatur: qñ incũbo remis. Vt ſit incũbo in remos: quaſi totis viribus brachijs innitor: contra: ſiue ſuper remos. Unde Hiero. vſus eſt prępoſitione ſuper ad Dama. Dapam incubuit ſuper colliũ. Aliquãdo vero in huiuſmodi forma ſignificat irruo. Cice. pro Plancio. Potius qñ ab ipſis: qui in te ipſum incubuerunt: te depulſum putas. Quintilia. libro. v. Et fluctus eſſe cuz magna vis venti in mare incubuit. Uergili. tamẽ dativo iunxit. Incubuere mari: cum tamẽ irruo accuſatiuũ poſcat cum prępoſitione in. Terẽti. in Adel. Fores effregit: atqz in ędes irruit alienas. Incumbo aũt ad ſtudia ſignificat animo: ꝛ opera intẽdo: ſiue inniteor ad ſtudia: vt Cice. pro Pompeio. Quare videte ne dubitandũ vobis ſit omni ſtudio ad bellum incũbere. Aliquãdo poſt accuſatiuũ adhibetur adiectiuũ: vt effectus rei: quę deſignat: demonſtret: vt idem pro. L. Sylla. Neminẽ eſſe ex illo honoris gradu: qui non ſtudio: virtute: auctoritate incubuerit ad rempu. conſeruandã. Si vero non ponit adiectiuũ: tunc ſubintelligit: vt ſit incũbere ad bellum. ſ. ſuſcipiendũ incũbere. Et ad eius perniciẽ incumbẽti: hoc eſt exequẽdam. Simile erit ſi dixero. Remiges incumbũt ad remos: ſubintelligitur emẽdos ſi emere velint: vel habendos ſi prohibeant: aut detineant: vel obnixe tenẽdos: ne ſibi rapiant: aut e manibus elabant: ꝛ hmõi. Licet Ualla i remos: vel ad remos incũbere dici poſſe neget: ſz remis tñ. Eſt ꝓterea quãdo incũbere ꝑcat ſubire: ſiue ſuperuenire. Lact. li. ij. Si morboruz peſtifera vis incubuit. Ambroſi. Ueſper incubuit: pplũ ſequebant: ſtagnũ occurrũt: turbę vrgebant. Itẽ ſuperiacere. Uerg. li. iiij. Incubuitqz toro: dixitqz nouiſſima ꝟba. Et li. vij. Pellib⁹ incubuit ſtratis: ſomnoſqz petiuit.

Incubi pe. cor. dicti ſunt Syluani ꝛ Fauni: quos improbos quãdoqz fuiſſe mulieribus compertũ eſt: ac earũ appetiſſe: peregiſſeqz concubitum. (Ex in ꝛ calco.

Inculco. cas. eadem ſępius iterando ingero: inſpiſſo.

Incultus: a cult⁹ participio cõpoſitũ eſt: ꝛ in: negatiue ſumit. Liui. li. ij. Caritas primũ annonę ex icultis per ceſſionẽ plebis agris. Hier. ad Helio. Squallida capitis horret inculta cęſaries. Et in hac tantũ ſignificatiõe reperiri puto: hoc eſt nõ cultus: non exercitatus: vel nõ ornatus: vel nõ habitatus adiectiuũ. Et non ab incolo eſt: vt ſit eius participiũ: ſed eius foret ſi pro inhabitatus capere tur: qõ nuſqz legi. Hiero. ad Dama. Papã. Non ambigo: quin inculta noſtrę paruitatis oratio videatur.

Incunabula. Uide ſupra in dictione cunę.

Incurro. is. contra aliquẽ curro: qõ vernacula lingua dicit cozrer adoſſo. Liui. lib. j. Eo prędio prędia equitũ gloria fuit: vtrinqz a cornibus poſitos: cuz iam pelleretur media peditũ ſuoruũ acies: incurriſſe a lateribus ferũt. Aliquãdo incurrere eſt intro currere: ſeu vltro ſe mũcere. Salluſti. Poſtqz Catilina fuſas copias: ſeqz cũ paucis relictuz videt: memor generis atqz priſtinę dignitatis: inter cõfertiſſimos hoſtes incurrit: ibiqz pugnãdo confoditur. Lactan. per translationẽ dixit. Aut oblitus eſſe propoſiti videar: aut loquacitatis crimẽ incurrã. Aliquãdo incurſiones: quas currarias vulgo dicũt facere: quę fiunt prędãdo loca. D. Brutus Ciceroni. Aut Apẽnino alpibuſqz ſe teneat: ꝛ decurſionibus per equites: qs habet multos vaſtet ea loca: quę incurret. Hinc incurſus. us. pro incurſione. Colu. Poſticis incurſionibus vaſtatas fruges.

Incuria ꝛ incurioſus. Uide ſupra in dictiõe curioſus.

Incuruus: valde curuus. Terẽ. in Eu. cõtinuo accurrit ad me qñ longe quidẽ incuruus: tremulus: labijs deformis.

Incuruo. as. incuruum facio.

Incurueſco. is. incuruus fio. Cic. lib. j. Tuſcu. Hic aũt vbi habitamus non intermittit cęlum niteſcere: arbores frondeſcere: ramos baccarũ hubertate incurueſcere.

Incus incudis: penultima producta: generis ſemininι: inſtrumẽtum: in quo aliquid cudimus. Horati. Et malleatos incudi reddere verſus.

Incudo, onis, qui in ĩcude: ſiue ſuper incudẽ quicqz fa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

brefacit. Hier. ō Iouī. Et in nauibus piscatoꝝ caput eius stat. Sicut incudo insatiabilis reputat ferrū: vt paleas.

Incuso.as. penul. produ. Vide in dictione accuso.

Incutio.is. pen. cor. ssi. ssum. ex in & quatio: q in c. & a in u. mutatis: vt cetera composita. Concutio: discutio: excutio: percutio. Est autē incutere injicere. Vergilius. Incute vim ventis: submersasq; obrue puppes. Augustus. lib. viij. Con. Quanto propius admouebatur: tanto amplioꝛem incutiebat horroꝛem. A quo incusso: & incussio: & lapis incussus a Virgilio mola manualis. Ec.

Indago.as. pe. pro. inquiro. Cic. li. j. offi. Inest indagatio atq; inuestiga. Et de opti. genere. dic. Aut reperiendet q̄ inusitatas vias indagemus: tritas relinquamus.

Indago. ginis. Et indages. inis. pro inquisitiōe. Vergi.

Inde aduerbiū: id est (Saltusq; indagine cingūt. ex eo loco. Liui. li. j. Primo in Macedoniā venisse: inde in Siciliā quęrentē sedes delatū. Aliquādo dicit non de loco: sed de rebus. Idem in eodē. Omnis te exēpli documenta in illustri posita monumēto intueri: inde tibi tuęq; reipu. q̄d imiteris capias. Aliquādo ponit pro deinde: vt apud eundē. Crimini maxīe dabāt in Humitoꝛis agros ab his impetū fieri: inde eos collecta iuuenū manu: hostilem in modū prędas agere. Hinc fūt cōposita deinde: ex inde: perinde & proinde: quę habēt accentū in antepe.

Indecoꝛum penultima producta: ut pe. Ec.

Indefinitū dicimus: q̄d nullis rōnibus circūscriptū est. Vn grāmatici indefinite positū esse nomē affirmāt: quādo nec relative: nec interrogatiue positū est. Ec.

Indidē pe. coꝛ. aduerbiū cōpositū ab inde & idē: q̄d est ex eodē loco. Plau. Indidē vnde oꝛiꝛ facito: vti facias stultitiā sepelibilē. Apud Catonē ponit pro idem moꝛ.

India regio oriētalis Asię terminus. Quę tā vasta per hibet: vt eam tradāt esse tertiā partez oīm terraꝝ. Pom poni. scribit tantū spatiū littoꝛis occupare: q̄tum per. lx. dies noctesq; velificātibus cursus est. Tradūt in ea fuisse quinq; milia oppidoꝛ: ab Indo flumine sic appellata: in quē ab occidentali plaga desinit: qui solus post Nilū crocodilos creat. Hęc a merid. mari incipiēs: aduſq; Solis occasum poꝛrigit: & a septētrionibus: vsq; ad Cūrnusiū montē pertinet. Gēmis abundat. Lapicanes & elephantos pcreat. Arboꝛes hȝ semper frondētes. Tellus bis fruges in anno ad maturitatē perducit. Piper: calamū aroꝛmaticū & cynnama ad nos mittit. Indi prope gentū soli nunq̄ emigrauere finibꝰ suis. Illic binę ętates: leues aureę: tēperies cęli: hubertas soli: aquaꝝ abundātia: quę oīa faciūt: vt maioꝛa in India: q̄m in cęteris regionibꝰ nascantur animalia. Ab India fūt adiectiua: indus & indicꝰ. Li. v. de gestis Alexandri Arrianus. ὁ δὲ ἰνδὸς ποταμὸς ὄζι τῶν μὴ πλὴν ἀσίαντε καὶ εὐρώπην τὴν μέγιστα ἐκ τούτου τοῦ ἰνδοῦ πολλαὶ μὲν ὅτι ἀι πηγαὶ εἰσὶν αὐτῶν ἐπὶ τάδε τοῦ ὄρους παραμίσου ἢ καυκάσου. I. Indus fluuius est iuxta Asiaꝝ & Europā: cuius fontes sunt in Jugo caucasi mōtis.

Indus fluuius: a quo India nomiata est. Quē in iugo caucasi montis: quod vocatur Paropanysus: aduersus Solis oꝛtū effusum aiunt: in seq; xix. amnes recipere.

Index ge. cōis. p eo vel ea: qui vel quę aliq̄d indicat: & accusat. Asco. scribit indicē esse: qui facinoꝛis: cuius ipse est ꝓscius: latebꝛas idicit ipunitate ꝓposita. Sal. Plerique Crasso & negotijs priuatis obnoxij: conclamabāt indicez falsum esse. Mar. Index non opus est nīis: nec indice libris. Inde indiciū dictū: q̄d alio noīe indicina vocat: pro detectiōe & accusatiōe. Apul. Ob indicinę prędā occupasse dño tamē suo. Sal. Itaq; ꝓsulēte Cicerone frequēs senat⁹ decreuit: Tarquinij indiciū falsum videri. Index vero masc. gnis. accipit pro digito prope pollicem: vel pro lapide: quo auri vel argenti gradus cognoscitur.

Indico. as. pe. coꝛ. ꝺcat manifesto: & palā facio. Plaut. in Asin. Ego ne hęc patiar: aut taceā? Emoꝛi me malim q̄z hęc eius vꝛoꝛi nō indicē. Aliquādo demōstro. Lact. li. vij. Ipsa ergo virtutis perpetuitas indicat humanū animū: si virtute cęperit permanere: q̄ & virtꝰ perpetua est: & solus hūanus animus virtutē capit. Aliquādo accuso. Ulpia. scribit Indicasse reū: est detulisse: arguisse: accusasse: cōuicisse. Sed hę significationes in idē recidūt. Aliquādo indicare ponit pro addicere: hoc est rem emptaz liberare. Cic. li. iij. offi. Scęuola publij filius: cū postulaꝛet vt sibi fundus: cuius emptoꝛ esset: semel indicaret.

Indicium. Vide in dictione index.

Indicatura: estimatio. Plini. in pfat. Hęc fiducia ope/

Indicatiuus. a. um. dicit id: (ris: hęc indicatura. in quo aliquid indicat. Vnde indicatiuus modus dictus est: quia in eo indicamus: id est ostendimus quid agat.

Indico. is. pe. pro. xi. ctū. multa ꝺcat. Iam indicere est denūtiare. Quāuis inter se differāt: q̄ maioꝛē vim habeat indicere: q̄ denūtiare. Iam denūtiare proprie est significare: & simpliciter sumi pōt: vt ventus denūtiat pluuiā. Et denūtio me tibi propediē affuturuz. Cic. pro Plan. De nūtiasti homo adolescēs: quid dē rep. sentires. Indicare vero licet significet denūtiare: non tñ proprie: qm dico aliud ꝺcat q̄ nūtio: & in aliud q̄z de. In eiñ iuncta verbo dico maius incremētum demōstrat: & ꝺcat maxīe: quāuis & significatiōem ō non omittat. Indico ergo maxīe dicoꝛ B est solēniter dicendo denūtio: vt si dicā. Bellū tibi indico. non est sicut bellū tibi denūtio. i. bellū me tibi illaturū significo: sed bellū me tibi iure illaturz dico. Aut belluz tibi a me inferendū esse indico. Quod Lice. li. j. offi. aperte docuit: qui vtrūq; verbū sic posuit. Ac belli quidē equitas feciali Po. Ro. iure perscripta est. Ex quo intelligi potest: nullū bellū esse iustū: nisi q̄d aut rebus petitis geratur: aut denuntiatū ante sit: & indictuz. In his verbis duo gña belli gerendi fuisse ꝺcat. Primuz rebus petitis: quę si negabant reddi: & bellū cum illis gestū fuisset: iustū habebatur. Alterū honestius: iustiusq; erat: eo q̄ petitis rebus nisi redditę fuissent: belluz gerendū esse maturo decernebatur consilio: tum ad fines hostiū denūtiatis belli suscipiendi causis: bellū indicebaꝛ. Sed quo pacto indicereꝛtur. Liui. lib. pri. declarat his verbis. Quando eāq; pars maioꝛ eoꝝ: qui aderant in eādem sententiā ibat: bellum erat: consensu fieri solituz: vt fecialis hastā ferratam: aut sanguineā prępustā ad fines eoꝝ ferret. Et non minus tribus puberibus prędentibus diceret: quod populus prisco/ꝝ latinoꝝ: hominesve prisci latini aduersus populū Romanū Quiritiū fecerūt: deliquerūt. Ob q̄d Po. Ro. Quiritiū bellum: cum priscis latinis iussit esse: senatusve Po. Ro. Quiritiū censuit: consensit: conscisciuit vt bellum cum priscis latinis fieret. Ob eā rem ego populusq; Ro. populis prisco/ꝝ latinoꝝ: hominibusq; priscis latinis bellum indico: faciocq;. Id vbi dixisset: hastā in fines eoꝝ emittebat. Hoc tū modo a latinis repetitę res: ac bellum indictū: moꝛemq; eum posteri acceperūt. Potest tamē in significare contra: vt si dicaz bellū indico voluptatibus: tunc contra voluptates bellū me gesturū dico: hoc est solēniter profiteoꝛ. Hec soluz indicere pertinet ad bellū gerendū: sed etiam ad funus. Vnde Festus ait: indictiuū funus ad quod per prędicē euocabātur. Sueto. in Cęsa. Funere indicto rogus extructus est. Cęterea ad concilium: tributū: spectaculū: & hmōi: quę nō nisi ritu solēni fieri consueuerūt. Similiter sacerdotes festa ieiuniaq; populo indicere solēt. Aliquādo etiā indicere est: quasi prę cipere: vt apud Liui. li. j. Longe a domo patribus ejcius ipm: qui concilij indixerat nō adesse. Aliquādo imponere. Idem lib. iiij. Vnde eiñ eam pecuniā confici posse: nisi tributo populo indicto. Cic. in Ver. acti. v. Legez sibi indicūt innocentię: cōmentię: virtutum oīm: qui ab altero ratione vitę reposcunt. Aliquando significare. Liuius libro. ij. Indici deinde finitimis spectaculum iubet.

Indictū ōr. q̄d est solēniter ꝓmulgatū: vt indictū bellū denūtiatum ōr. Indictū funus: denūtiatę exequię. Et indictū: non dictuz. Terē. in Phor. Quod dictū indictū est: q̄d modo erat ratū: id irritū est. Et hoc modo non ab in/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dico:sed a participio dictus cõpositũ esse censeo. Liui. lib. v. Itaq; quę tũ cecinerit diuino spiritu instruct⁹: ea se nec vt dicta sint reuocare posse. Sic etiã dicit indicta causa. i. non dicta: ꝛ nõ defensa. Lice. Q. Rabi. Sed indicta causa ciuem romanũ capitis cõdemnari coegit.

Indictiu⁹ a. ũ. qõ indictũ est. Vt sum⁹ indictiuũ: de q̃ paulo ante. Et indictiuę ferię: quas cõsules vl̃ ptores indicũt.

Indictio spatiũ .xv. annorũ: quod indicebat vt tribus lustris tributa toto orbe Romanę rei soluta essent.

Indepꝛecabilis: apud quem non valent pꝛeces. Bel. Et pęna indepꝛecabilis subeunda esset.

Indefensus: sine defensiõe. Liui. lib. iiij. Suos increpãs clara voce. Nic̃ pbituri inquit: vos telis hostiũ estis indefensi multi. i. sine defensione: sine vindicta.

Indemnis indemnatus. vide in dictõe Damno.

Indies significat quotidie: sed ꝓpꝛie cum incremento. Ideo plerũq; iungit cõparatiuo. Lice. Cum id malũ serperet indies magis. Reperit etiã sine cõparatiuo: sꝫ tamẽ cum verbo significante incrementũ. Liui. Crescente indies multitudine. In diẽ ꝙo iungit plerũq; cum verbo viuo. Quintil. Non vt ferę volucres pśentis modo diei moꝛes in diẽ viuũt. Aliquãdo cum alio verbo. Sallu. Danem in diẽ mercari: quasi pśentis diei rationẽ habere. In diẽ addicere: est rem venalẽ ita vẽdere: vt nisi alius ad certum pꝛestitutũq; diẽ maius pꝛetiũ obtulerit: alli⁹ fit qui primo obtulit. In dies singulos: id est per quoslibet dies. Lice. Detello. Deę rationes atq; eius mei consilij: maioꝛes in dies singulos fructũ voluptatemq; capio.

Indigeo es. pe. coꝛ. Dide in dictiõe careo. Huius impsonale. Pli. lib. x. posuit. Nunq; cõspectis nisi cũ pfidio earũ indiget. Ab indigẽs fit indigẽtia ę. pꝛo inopia.

Indigus a. um. pe. coꝛ. quod indiget. Aug. Sed sicut eũ vidim⁹ infirmũ: iacentẽ: indigũ opis alienę.

Indigena pe. coꝛ. ꝺ: inde genit⁹: nec aliũde pueniẽs.

Indipisco is. vsurpo: assequoꝛ: adipiscoꝛ. Quod indipiscoꝛ: sceris. indeptus dicit. Plau. in Aul. Neq; paré tibi ab eo cui sit indipiscęs: neq; furem excipies. Bel. lib. j. Si eñ Achęos Homerus pugnã indipisci ait: non fiducialarũ tibiarũq; cõcẽtu cõspiratã. Hinc indepto as. frequẽtatiuũ. Var. Nec partẽ aliquã indeptauit hęreditatis.

Indigito as. pe. coꝛ. quasi indicito: ab indico vel a digitis deducit. Et significat vocoꝛ: noꝛ: ꝛ q̃si p nomẽ ostẽdo. Dacr. Mãq; virgines vestales ita Apollinẽ indigitãt. Apollo medice. Apollo pęan. Idẽ. Mã ita ab incol⁹ indigitant.

Indigitamẽta: libꝛi pontificales: qui ꝛ nomina deoꝛũ ꝛ rationes ipsoꝛũ nominũ continent.

Indigetes pe. coꝛ. dij ex hominibus facti. Quo nomine dictus est Eneas: cum pugnans cũ Dezentio musq; apparuisset. Alij indigetes dicunt esse deos tutelares: quoꝛuz nomina vulgari non licet.

Indigestio cum cibus nõ digerit. Hiero. Ad Eusto. Ad oꝛnẽ tibi surgenti nõ idigestio ructũ faciat: sed inanitas.

Indigeste aduerbiũ: significat moꝛdinate.

Indignus: non dignus. Terẽ. in Eu. Nam si ego digna contumelia hac sum maxime: at tu indignus qui faceres tamẽ. Interdum ponitur pꝛo miserabili. Idem. Indignis cum egomet sim acceptus modis.

Indigno: ꝛ indignitas. Dide supꝛa in dictiõe Dignoꝛ.

Indiscriminatim: indifferenter.

Indiserta: non eloquẽs. Bel. Nõ induserti viri.

Indiuiduũ: qõ nõ põt separari: vl̃ qõ nõ separat. Aphilosophis diffinit sic. Indiuiduũ: qõ de vno solo pdicatur: vt Socrates de seipso. Indiuidue aduerbiũ. Lc.

Indoctus: q penit⁹ nõ pt discere. Indoct⁹ q nõdũ didicẽ.

Indo is. indidi. itũ. impono. Plau. in Cap. Decimũ vocitat⁹ est: post vos indidistis Tindaro. Oñq; significat intus doꝛmitto. Idem in Cas. Dem me ꝛ te infelicẽ si ego in os meũ vim guttã indidi. Interdũ impꝛimo. Idẽ in asi. Qui sępe ante in nꝛas scapulas cicatrices indiderũt.

Indoles. pe. coꝛ. ab indoleſco fit ꝓ interpositionẽ. Et in pueris quidẽ atq; adolescẽtibus est significatio quędã futurę pꝛobitatis. Lice. Vt enim ab adolescẽtib⁹ bona indole pręditis sapientes senes delectant. In viris ꝙo signũ est pśentis virtutis. Idem. Homines in quibus est virtutis indoles: cõmouent. Vnde ꝛ ꝓ pśtantia seu generositate quadam virtutis atq; animi ponit. Liui. de Lauinia iam matre inquit. Tanta in ea virtutis indoles fuit. Luc. Indole si dignũ latia: si sanguine pꝛisco Robur inest animis. Aliquãdo etiã in malũ dicit: vt apud Liuiũ de Annibale. Cũ hac indole virtutũ ac vitioꝛũ sub Asdrubale meruit. Trãsfertur quoq; ad muta atq; inanimata. Idẽ. Sicut in frugibus pecudibusq; non tm̃ semina ad seruandã indolẽ valent: quantũ terrę pꝛopꝛietas: cęliq; sub quo aluntur.

Indolentia quasi non doloꝛ: cum nihil dolet. Lactan. li. iij. Nam coꝛporis bona: id est incolumitas: indolẽtia ꝛ valitudo non minus sunt mutis: q̃ homini necessaria: ac nescio an etiã magis: quia homo ꝛ medel̃ ꝛ ministerijs subleuari potest: muta non possunt. Hęc etiã indoloꝛia dicit: vt Sidonius a Cicerone dictam pscribit.

Indomitus pe. coꝛ. qui domari non potest. Vnde dicimus equũ indomitũ. Aliquãdo ponit pꝛo feroci. Cñ dicimus gentes indomitas. Aliquãdo pꝛo magno. Vir. Mate quis indomitas quãtus doloꝛ excitat iras?

Indomabilis: indomitus: qui domari non potest. Lc.

In domo ꝛ domi eiusdẽ plane significatiõis sunt. Quintilia. In domo furtũ factũ: ab eo qui domi non fuit. Lc.

Indubitatus: non dubitatus. Lactan. lib. ij. Pꝛo confesso ꝛ indubitato habitum est.

Induco is. pe. p. ꝓpꝛie intro duco. Plau. Induc eaz in domũ. Quãdoq; inducere est pśuadere illicere: decipere: inclinare. Lucil. Huius ego animũ si induco: vt ab amoꝛe meretricis desistat. Idẽ. Diserũ senẽ Sirenũ cantu inductum. Quãdoq; abolere: cancellare. Sueto. in Cęsa. Almis simis verbis collaudatũ in integrum restituit: inducto pꝛioꝛi decreto. Et alibi. Dicta inquit: ꝛ delecta ꝛ inducta ꝛ superscripta inerant. Verbũ id iuris est. Oꝛigo ea q̃ inducto chartis atrameto: velut tectoꝛio deleri quę scripta pꝛius erant: contigit. Quãdoq; Fingere. Lice. lib. ij. offici. Hinc ille Gyges inducitur a Platone. Quãdoq; ingredi facere: vt Vide quo me inducas. Oñq; Offirmare: vt Sic animũ induco meũ. Oñq; imponere: vt Soleę ligneę pedibus inductę sunt. Oñq; infigere: vt ita induxi in animũ.

Inductio genus argumẽti. Est eñ oꝛatio ꝙ quã fit a particularib⁹ ad vniuersalia ꝓgressus. Vel inductio est oꝛatio q̃ reb⁹ non dubijs captat assensionẽ ei⁹ rei q̃ instituta est.

Inducię pax in paucos dies: sic dictę: q̃ in diem dentur vel q̃ in dies otium prębeant. Aurelius opilius inducias dici existimat ab initu ꝛ introitu: quoniam tempoꝛe induciarum hostes inter sese vtrinq; vltro citroq; alteri ad alteros impune inire solẽt ꝛ introire. Nas Lycaon primus inuenit: fędera Theseus.

Indulgeo es. si. sum. ꝛ tum. fm Prisci. significat obsequi: cõsentio: inseruio: ꝛ facile cõcedo. Lice. in Lęl. Sed obsequiũ multo molesti⁹: q̃ peccatis indulgena. i. cõsentiẽs p̃cipitẽ amicũ fieri sinit. Idem Tyroni. Indulge valitudini tuę. i. mollit vaca: ꝛ q̃ lingua vernacula dicim⁹ sa carecię. Terẽ. in Heau. Nimiũ illi indulges. Cñ indulgẽtia mollis est pmissio: q̃ seueritati opponit. Quintil. Mollis illa inducatio: quã indulgentiã vocam⁹: neruos ois ꝛ mẽtis ꝛ coꝛporis frãgit. Et indulgere est facilẽ ꝛ clementẽ esse. Lice. lib. iij. offi. Magn⁹ vir in pꝛimis: ꝛ q̃ perindulgẽs in patrem: idẽ seuerus in filiũ. i. clemẽs ac facilis. Et indulgẽtia clemẽtia. Sta. Tull⁹ ꝛ egregię tãta indulgẽtia fo:mę. Indulgentissimi impatoꝛes dicti q̃ sint benefici: ppensiq; ad sacrificandũ. Item indulgere est delicate intendere: et spatium maius dare. Virgi. Indulge hospitio: causasq; innecte moꝛandi. Idem. Sin tumulis accliue solũ: colles q; supini Indulge oꝛdinibus. Itẽ indulgere: parcere. Amb. Vide q̃ bonus deus ꝛ facilis indulgere peccatis. Idem. Nã dominus Jesus Chꝛistus crucifigentib⁹ se non maledixit: sed

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

potius vt eis indulgeret o:auit.¶Hiero.cum accusatiuo iũ/xit.¶Diserico:dia:inquit:est quia indulget nostra peccata. Item indulgere tribuere.Ambro. Laudabũt etiã deũ qui tanta nobis remedia indulserit vitandę mortis. Item Augere.Lucil.lib.iij. Tu qui iram indulges nimis manus ab stinere a muliere melius est.

Indulgitas pro indulgentia.Siserna: Bassus assidua indulgitate victus.

Induo is.indui indutũ.ex in ⁊ duo is.Cui⁹ origo a grę/co Δύω quod ingredior significat :trahit.Vnde ἐμΔύω in duo:veteresq; dixerũt p dare Duo duis:⁊ Dio is. ¶Plau. in Cas.Mea pręda est illa:proinde tute in laqueũ ne duas.De verbo autem dio.Teren.in ¶Phor.Dij tibi omnes quod dignũ est diunt. Cõstruit autẽ induo variis modis. Nam quãdoq; habet duos accusatiuos :sed in passiua tñ significatiõe:⁊ hoc apud poetas ⁊ historicos:nõ apud oratores:quos imitãdos imprimis cẽseo. ¶Plau.in Epi.Quid erat indutæ:an rigillã induculã:an mendiculã impluma tam?Virgi.lib.ij. Deinde comantẽ Androgei galeã clypeoq; insigne decorũ Induit.Curtius. Jamq; nox apparebat cum thoracem indutus ꝓcedit ad milites. Aliquãdo vno tñ accusatiuo construit:⁊ tunc idẽ est quod assumo. Quintilia.lib.vj.Orbũ agimus⁊ naufragũ⁊ periclitantẽ: quorũ induere personas quid attinet : nisi affectus assumimus?Vbi verbũ difficile facile declarant.Sic Curtiꝰ.Loricam tamẽ:quã raro induebat:amicis oratibus sumpsit. Cice.lib.iij.offi.Deponit enim personam amici:cũ induit iudicis. Hinc ex cõtrario deponit:induit significare ostendit.Sueto.in ¶Hero.¶Nullã bis indut. Aliquãdo postulat: vt id quo quis induit:in accusatiuo ponat:⁊ is qui induit in dativo:significatq; ipono:imitto:assumo.¶Plau.in Cas. Oc̃yssimꝰ sum omniũ qui viuũt.Lorica induã mihi optimum esse arbitror.Cice.lib.ij.de fin.Ex eius spoliis sibi et toq; quẽ⁊ cognomẽ induit. ¶Pli.li.xxxiij.¶Pessimũ vitę scelꝰ fecit:qui anulũ primus induit digitis. Sue.in Aug.Si ima ne sibi calceus perperã ac sinister pro dextro indueretur. ¶Per translationẽ ad animũ dixit.Liui.lib.iij. Adeoq; nouum sibi ingeniũ induerat: vt plebicola repente:omnisq; auręq; popularis captator euaderet. Aliquãdo vltra naturalem accusatiuũ habet aliũ accusatiuũ cũ in.Et tunc pro conuerto siue transformo sumit.Virg.lib.j.geo:Contemplator: item cũ se nux plurima syluis Induet in florẽ.Cice. de diui.loquẽs de anhelitibus terrę. Cum autẽ se in nubẽ induerint.Similiter cum hmõi accusatiuo significat inijcio:seu imitto.Cice.in ¶Horten. Et vt docuit Antiochꝰ in id ipm se induit qõ timebat.Gel.Aesopus ille e ¶Phrygia fabulator:haud imerito sapiẽs existimat⁹ est:cũ quę vtilia monitu suasuq; erãt:nõ seuere:nõ imperiose ꝓcepit⁊ censuit:vt philosophis mos est:sẽ festiuos:delectabilesq; apologos cõmẽt⁹:res salubriter ac ꝓspiciẽte r animaduersas: in mẽtes animasq; hominũ cum audiẽdi quadã illecebra induit.Deniq; cũ pro vestio capit vltra accusatiuũ:cõstruitur cum ablatiuo sine ꝓpositiõe eius rei qua quis induit. Cur.Deposita veste quã habebat :arabica induit. Cice. lib.iiij.ad ¶Heren.¶Palla inaurata indutus. Quãdoq; etiã in hac cõstructione pro illmo sumit.¶Plau.in ¶Mil.Jd eis vitiũ nocet:atq; etiã nunc satis boni sunt:si sunt induti pice.Col. ad vites transtulit ꝓ onero:cum dixit .Nam ita se induũt vuis:vt nequeãt capere maturitatẽ.Sumit etiã ꝓ ferio cũ ablatiuo instrumẽtali.Cęsar.lib.vij.Quin ordines cõiũcti inter se atq; impliciti:q̃ q intrauerãt se ipi acutissimis vall' induebãt:hos cippos appellãt. Et itez.Aut se stimul' iopinãtes induebãt:aut i scrobes delati trãsfodiebãt.

Indupato:ẽ p impato:ẽ poetę vsurparũt.Juue.Quales tunc epulas ipm glutinasse putam⁹ Indupato:ẽ.Lc.

Indumẽta:hoc est vestimenta:ab induo.Lc.

Induuię ab induendo:indumenta :quibus quis induitur.Sicut exuuię:ab exuendo.

Indusiũ genus vestis quasi intusium: quod mox supra ubiculã sumebatur.Sicut palliũ⁊ palla vocata⁊ forte supra indusium.A quo indusiatus dicitur:qui huiusmodi veste est indutus.¶Plau.Indusiata:patagiata.

Industria est ingeniũ seu ars: qua aliquid struere sum⁹ idoneꝰ:q̃us ꝓ ingenij siue artis exercitatiõe quãdoq; sumatur.Strũq; cõplexus est Cice.cum inquit.Vt industria nostra tuę morẽ geramus voluntati.

Industrius:non industriosus dicitur:quod antiqui Jndostrius dicebant:pro ingenioso:⁊ pro eo qui multę industrię est:⁊ aliquid struere semp nititur.Cice.ad Heren.Ni mirum hęc causa est huiusmodi:quã nec industrius: nec misericors:nec officiosus deserere potest.Hęc aũt duo nomina cõposita censeo:deriuata tamẽ ab instruo. Vnde Festus.Industriũ antiqui dicebant indostriũ :quasi quicqd ageret intro:strueret domi.Ab industrius fit aduerbiũ industrie.Col.Diginius veterũ authorũ placita secretis dispersa monumẽtis industrie collegit.

Inebrio:aris.vide in dictione Ebrius.

Ineffigiatus a.um.informe:quod non est factum ad aliquam effigiẽ.Bel.Nãq; vt illa bestia fętũ ederet ineffigiatum informemq; lambendo id postea quod ita ediderat confirmaret⁊ fingeret.

Ineo is.iniui vel inij.itum pe.co:ex in ⁊ eo:significat incipio.Sallu.Quapropter vos moneo:vt forti atq; parato animo sitis:⁊ pręliũ cũ inimicis:memineritis vos diuitias: decus:gloriã:pręterea libertatẽ atq; patriã in dextris vestris portare.Et inire est ingredi. ¶Plau.in Cas.Tu modo prospicito quid intus agat:si tibi iubes inibit tecũ.i.intrabitur.Idem.Injit te vnq; febris.Item mereri:assequi:lucrari:obtinere:cõparare.Teren.Vt gratiã ineã fine dispẽdio. Hoc autẽ fit cum nouis⁊ ignotis fauorẽ⁊ amicitiã alicuius adipiscimur.Et dicimus:ineo gratiã tecũ:ineo gratiã tuam:⁊ ineo grãm a te.Teren.in Eunu. Ab eo gratiã inibo.Quãdoq; tractare:conciliare. Vt ineo pacem tecum: ineo bellũ:ineo fędꝰ:ineo rationẽ:ineo viã: id est inuenio. Cuius participiũ absolute positũ maioribus rebus adhibetur:vt ineunte adolescẽtia:ineunte vere:anno:mense:seculo:lustro:bello:id est ingrediẽte.Rursus inire est concubere. ¶Pli.Sed asini qui equas ineant:optimi legẽdi sunt. Hinc initor pe.co:pro concubitore:⁊ initũ pro coitu poni cõsueuit. Itẽ capere:vt ineo fugã.Virgi.Sępe leui somnũ suadebit inire susurro.Item facere ¶Plau.in Cap.Qui cõsiliũ iniere:quo nos victu⁊ vita ꝓhibeant.Itẽ Cõsydera re:intelligere.Terẽ.in ¶Phor.Hęc cũ ratione ineas q̃s sint suauia:⁊ q̃s chara sint ea q ꝓbeat.Bona.ineas:intelligas: estimes.Ab ineo fit initũ:initio as.⁊ initiarius.

Jnito as.frequentatiuũ ab ineo. Diome. Jneo is.inito dicimus:vt ¶Pacu.Loca arida initas.

Ineptus.ex in ⁊ aptus.Cice.lib.ij.de ora.ineptus nomẽ habere videt:q̃ non sit aptus. Idq; sermonis nostri cõsuetudine perlate patet.¶Nam qui ad tẽpus quod postulet nõ videt:aut plura loquit:aut se ostentat:aut eorũ quibus cũ est:vel dignitatis vel cõmodi rationẽ nõ habet :aut deniq; in aliquo genere:aut incõcinnus: aut multus est:is ineptꝰ dicitur.A quo ineptia:ineptitudo:ineptulus.

Ineptio is.iui.itum.ineptias facio.Lactan.de opi.Tere os ne huiusmodi portenta⁊ ridicula refutare non minus ineptũ esse videatur.Sed libet ineptire: quoniã cum inepto agimus:ne se ille nimis argutũ putet.

Inermis modo qui armatus nõ est :modo qui supplex erat.Quod ex historia tractum est: quia qui se deduntinermes supplicant.Lc.

Iners:ex in ⁊ ars significat eũ qui sine arte est.Cice.lib. iij.de fini.Sed lustremus animo has maximas artes:quibus qui carebãt:inertes a maioribus nominabant.Quãdoq; etiã iners capit pro otioso ⁊ ignauo: qui nihil artis operat:vel quasi nesciat operari.Virgi.li.iiij.ge.In mediũ seu stabit iners:seu ꝓfluet humor. Do.in Adel. Intelligamus aliter dici non inerte Socratẽ:aliter nõ inertẽ seruũ. Ab iners fit diminutiuũ inertulus.Inertia inertis vitium: quę sic sumi põt in sua significatione:vt de inerte dictũ est:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

licet ꝓprie sit artis ignoratio. Col. in ꝓfa. lib. ij. Nō ergo fatigatiōe: quemadmodū plurimi crediderūt: nec semio: sed nostra inertia nimis benigne. Cice. li. j. ad Q. fratrē. Duo illa relinquamus inertię nostrę.

Inerticula: genus vitis apud Col. boni vini: ⁊ innoxię etiām nomen habet: qꝫ iners habet in tentandis neruis: ꝗus in gustu non sit habilis. Sola etiā temulentiā nō facit. Vnde rectius sobria dici deberet.

Inesco as. vide in dictione Obesco.

Inexploratо aduerbiū: significat sine exploratiōe ⁊ inquisitione. Liui. li. v. ¶ Inexplorato pabulatū cohortes misere.

Inexputabile: quod numerari non pōt. Colu. lib. x. Nā inexputabilis erat numerus.

Inextricabilis: insolubilis. Virg. Hic labor: ille domꝰ: ⁊ inextricabilis error. Lc.

Infabre pe. ꝓ. aduerbiū fcat fęde. Sic Affabre pulchre.

Infamia mala fama. Hiero. Quod illū testimonio martyris ab infamia vindicaretur.

Infamis ⁊ hoc infame pe. pro. quod habet malā famā. Hiero. ad Pāma. Quis per infame opus seipm voluit infamare? Infamis dictus est ab antiquis digitus medi⁹ propter ignauiā: quoniā indigere videat alioꝝ defensiōe. Persius. Infami digito lustralibus ante saluis Expiat. Iuue. ¶ Dedituꝫ ostenderet vngue. Nam olim qui medio tangꝫ per indicem monstrabat: arguebatur infamię.

Infamo as. pe. ꝓ. infamia afficio. Hiero. Si Origenem nunqꝫ secutus sum: frustra infamare me cupitis. Quintili. Deinde cū se iactaret eodē mō dicere Senecā infamauit.

Infans substantiuū dicitur puer: qui nondū fari cępit. Quod etiā de brutis ⁊ auib⁹ dicit. Plī. Quadrupedes infantes suos cognoscūt. Idem. Ceu pertilio volucrū sola lacte nutrit: hubera admouēs geminos volitat amplexa infantes. Adiectiuū ꝫo capit: quasi ꝓ paruo. Idem de boleto. Nec tumicę mino: gratia in cibo infantis boleti. i. parui ⁊ nondū adulti. Interdū dicit infans: nō facimus. Cice. in Bru. Ipsum Scipionē accepimus: non infantē fuisse. Per translationē sumit ꝓ stulto: ⁊ quasi loqui nesciēte. Ex quo infantio: ⁊ infantissim⁹. i. stultior ⁊ stultissimus.

Infantia ę. ętas infantilis: ⁊ quādoqꝫ stultitia dicit.

Infantule adiectiuū: quod est infantis. Aug. lib. j. cō. Imbecillitas mēbroꝝ infantulū inocēs est: nō animꝰ infantū.

Infandū a fando sumit: qꝫ vix fari qs possit. Vir. Infandū regina iubes renouare dolorē. Ponit nōnunqꝫ ꝓ interiectiōe. Vir. li. j. ge. Infandū sistūt amnes terręqꝫ debiscūt.

Infarcio is. impleo. Plī. lib. xxxiij. Quid non in Africa: Hispaniaqꝫ ex terra parietes: quos appellant fornaceos: quoniā fornacum modo circūdati vtrinqꝫ duabus tabulis vernis infarciūtur ꝗ instruuntur.

Infamo as. fatuū sine sale. i. sapiētia facio. Fit enim a fatuus: vbi in vel auget: vel superflua est. Hieron. ad Ruf. Quid Salomone sapiētius? Attamē a moribus feminaꝝ infatuat. Infatuę mulieres dictę sunt: quę Faunoꝝ ludibrijs attinguntur. Et similiter infatuati viri: quos nūc vulgus spiritu plenos nominat: quidā etiā dęmoniacos.

Infensus: qui ira in aliū elatus est: ⁊ odiū gerit.

Infero pe. cor. intro pono: seu intro porto. Plau. in Am. Neqꝫ meū pedē huc intuli. Lactā. li. ij. Non placebat Persio: qꝫ aurea vasa templis inferāntur. Interdū inferre ponitur ꝓ injicere. Idem lib. iiij. Nefandas manus deo suo intulerūt. Liui. lib. ij. Adeo concitato impetu se intulerant Hetrusci: vt funderēt ipso i cursu Arcinos. Interdū ꝓ sacere: vt intuli damnū. Lactā. lib. v. Malitia est malor quę inferunt: aut accidūt cū equanimitate perlatio. Interdū subijcere seu apponere. Idē lib. j. Quod clarū fiet exęplo quod inferemus. Interdū ꝓ introducere. Liui. li. j. Lucꝰ erat: quē mediū ex opaco specu fons perēne rigabat aqꝫ: quoꝝ qꝫ se ꝑsępe Numa sine arbitris: velut ad cōgressū deę inferebat: Camenis eū lucū sacrauit. Interdū ꝓ ingerere. Cice. lib. j. offi. Turpe est ⁊ valde vitiosum: in re seuera cōuiuio dignū aut delicatū aliquē inferre sermonē. Interdū ꝓ cōcludere. Sene. Cū his argumētis quod ꝓposuerat: intulisset. Interdū ꝓ cōtraferre. Cęsar. lib. j. Romani conuersa signa bipartito intulerūt. Inferre arma: est bellū gerere. Lice. Octa. quibus cogitas arma inferre? Inferre crimen est imputare seu obijcere. Idē in Lęl. Addōdū eodęꝫ est: vt ne in criminibus aut inferēdis delectet amicus: aut credat oblatis. Stupꝝ inferre est imittere seu infigere.

Inferię: sacrificia quę inferis soluunt. Virgi. Quętes rapti inferias quos immolet vmbris.

Infernꝰ ꝓ infernoꝝ loco. Ju singulari. ge. mas. in plurali neutrū. Hiero. in para. Deglutiamus eū: sicut infernꝰ viuentem. Et in Job. Ducūt in bonis dies suos: ⁊ in pūcto ad inferna descēdunt. Est ⁊ infernus a. um. quod est infra sicut supernus a. um. quod est supra. Et quo inferne aduerbium. Et infernas atis. sicut supnas atis. Plī. Et ideo Romę infernas abies supernati prefertur.

Infernalis ⁊ hoc infernale: ab infernus fit: cum est substantiuū. Vnde infernales furię.

Infernus a. um. penul. cor. ab infra dictū est. Vnde inferi quibus inferius nihil est. Inferū mare Tyrrhenū. Sicut superū Hadriaticū: qꝫ ex vrbe Roma versus Hadriaticū euntes: fere semper ascendunt. Cōtra ad vrbem ad mare Thuscum venientes descendunt.

Infestꝰ: qui alicui malū infert: ⁊ plus ꝗ inimicus. Jāqꝫ aduersus eū ferē. Et infestꝰ ꝺr cui aliūde malū impēdet. Lice. Dolebā iudices: ⁊ acerbe ferebā. Si hui⁹ salus ob eaꝫ ipam causam esset infestior: qꝫ is meā salutē atqꝫ vitā sua beniuolētia ꝑsidio: custodiaqꝫ texisset. Rigidꝰ. Infestū a festinādo dici putat. Qui eñ instat alicui: eiqꝫ properās vrget: ⁊ opp:ūere eū studet atqꝫ festinat. Vel cōtra de alicuius periculo ⁊ exitio festinat: is vterqꝫ infestꝰ dicit ab instātia fraudis: quā vel facturus alicui: vel passurus est.

Infesta signa dicunt quę aduersum tendunt: hoc est vexilla in hostem euntia: vt molestiā inferant.

Infestū mare habere: significat latrocinādo mare infestare. Cice. lib. iij. de repu. Nam cum quereretur ex eo quo scelere impulsus mare haberet infestum vno myoparone eodem inquit quo tu orbem terrę.

Infestuminare veteres dixerūt mare latrocinando infestare. (Infesto as. crebris cursibus molestiā infero. Lc. Vnde infestatio: molestatio.

Infestuus: qui nescit: vel nō est idoneus ad dicēdas vrbanitates. Gel. Homo subagresti ingenio ⁊ infestiuo.

Infibulo as. pe. cor. Vide in dictione Fibula.

Inficio is. pe. cor. ex in ⁊ facio: significat intingo. Hiero. Quasi ipsa ea deniqꝫ lana cū inficitur sanguine conchylij vel muricis vertit in purpurā. Per translationē sumit ꝓ vitio seu maculo. Liui. Hoc luxu ⁊ peregrinis infecti moribus. Et Inficere venenare. Virgi. lib. ij. geor. Quo nō prę sentius vllus Pocula: si quādo sętę infecere nouercę. Plinius lib. xj. Mumio fumo inficiunt apes. Hoc verbū Diome. a fuco componi existimat. Dicit enim Facio conficio. Fuco inficio. Sed aspera nimis videtur compositio: licet a significatione nō abhorreat. Sed cur nō a Facio: quādoquidem Inficio quasi intus facio significare potest?

Infectus ab inficio: idem est quod intinctus: maculatꝰ: venenatus. Sueto. de Cali. Inuenta ⁊ arca ingens variorum venenoꝝ plena. Quibus mox a Claudio demersis infecta maria tradunt: nō sine piscū exitio. Sene. Diu in istis vitijs iacuimus: elui difficile est. Non enim inquinati sumus: sed infecti. Lice. lib. j. Tuscu. Sed nos imbris deliciis: ocio: languoꝛe: desidia: animā infecimus: id est pollui mus: corrupimus. Cum aūt significat non factus: cōponitur ex in ⁊ factus: vt infecta pace: infecto negotio. Plautꝰ in Cap. Nō male feci crucio: modo si infectū fieri posset.

Infectus us. accipitur ꝓ tinctura. Plīni. lib. viij. de lanarum infectu suo loco dicemus.

Infector: oris: qui alienum colorem in lanam conijciunt. Plau. Incedūt infectores: crocotarij: offectores. Offectores sunt qui ꝓprio colori nouum efficiunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Inficio: aris.deponens:significatq; nego. Vnde inficiationes quę sunt debitę rei negatiões cum per creditorem a debitore deposcitur. Ouid.lib.xj.meta. Stabat opus:priusq; rex inficiatur. Et ppríe inficiari est verbo quicq; negare factũ:quasi infectũ. Vnde ad facta:nõ ad dicta pertinet. Nam si quis aliquid se dixisse fateatur:non sic connenire videtur:vt id aduersario inficior:vel inficias eo:ita vt inquis esse:sed nego.

Inficias tm̃ accusatiui casus z pluralis numeri:z solum cum eo is iungit:z sine ꝓpositiõe:vt Nic inficias itur⁹ est: seu ibit. Componit enim ex in z nõ z facio.

Inficiator:qui negat se vel debere quod actor petit: vel cõmisisse quod accusator obiicit. Cice. lib.j.de ora. Nõne intelligebat:vt si inficiator probasset iudici ante petitã esse pecuniã:q; esse deberi cepta. Vnde status coniecturalis dicitur inficialis:in quo semper reus inficiatur.

Infidus a.um.pe.pro. Vide supra in dictione Fidelis.

Infimus a.um.pe.cor.ab infra seu ab infer⁹ suplatiuũ é.

Infimates pe.pro. dicti sunt sicut sũmates q̃ sunt oppositã. Plau.in Sti. Sũmates viri atq; infimates.

Infinitiuus modus sine alterius verbi adminiculo poni solet:vbi subintelligit. Vere ne ita est? vt me ne incepto desistere victã? Plus em̃ potest infinitiuũ tẽp⁹ ad significãdum q̃ finitũ. Terẽ.in Eunu. Inuidere omnes mihi:p intuidebant. Ideo autẽ dicit infinitus:quia alij modi definiunt personas:primã:secundã z tertiã. Nic autẽ sine personis est:z habet ꝓsentis tẽpus:ꝓteriti z futuri:vt amare ꝓsens:Amasse ꝓteritũ:Amatũ ire futurũ. Ecce vides designare tm̃ tẽpora:non personas. Amare em̃ nescit persona nisi velis iungere. Te amare debet ille: tunc quasi fit finitus modus. Si autem non subiungas ille vel iste vel ipse :fit infinitus modus. Nam z numero singulari vel plurali infinitus est. Cum enim dico amare:nec finitũ est:vtrũ de vno: an de pluribus dicam.

Infirmus:non firmus. Vnde infirmitas:inualiditas:nõ egrotatio:sicut pleriq; male vsurpant:cum quis nondum firmus:vel ętate:vel egrotatiõe est. Cice. Vt enim infirmitas puerorum z ferocitas animum.

Inflammo.vide Flammo.Cc.

Infligo is.pe.pro.infero:incutio. Aug.lib.ij. de ciui.dei. Ita ne tandẽ Scipio laudas hãc poetis Romanis negatam esse licentiã:vt cuiq; opprobriũ infligerent Romanorum:cum videas eos nulli deorũ pepercisse nostrorũ?

Infor.as.pe.cor.a for cõpositũ:significat dico:seu in foro in diuulgo:seu in forũ voco. Plau.in Cur. Licet ne inforare:si incomitiare non licet. Non inforabis me quidẽ:nec mihi placens tuũ ꝓfecto:nec forũ:nec comitiũ. Aliquãdo componit ex in z foro as.quod est intus foro. Pli.lib.vij. Timebant prisci truncũ findere:mox inforare ausi medio: ipsiq; medullę calamũ imprimebãt vnum inserentes.

Infortunitũ:malam fortunã dicimus. Cc.

Infra abi nasci videt: cuius significatio nota est. Et sine casualibus quidẽ aduerbiũ est:adiuncta ꝑo ꝓpositio: vt Ego te esse infra omnes infimos puto. Facitq; ex se inferus.a.um.inferior: infimus infernus. Nam aduerbia hmõi localia ꝓpositionũ loco ponunt:z e diuerso:vt Intra viscera:pro in viscera. Absq; lesione:pro extra lęsionem:z in adulteriũ dixit:pro contra adulteriũ. Docet Lauren. Talla Infra ad dignitatẽ z locũ referri:vt Infra dignitatem meã est:Infra tectũ:Infra ad numerũ z spatiũ:vt intra viginti dies:z intra muros:non autẽ infra. Sed hanc differentiã minus seruatã video:q; infra etiã ad numerũ pertineat. Pli.li.xj. Oua incubari infra decem dies edita vtilissimũ:vetera aut recẽtiora infecunda. Aug.de Petri cathedra. Tamen cum infra quadragesimę dies hęc solẽnitas venerit facere eam nobis debet sanctorũ dierũ reuerẽtia gratiorem. Habet autem infra relatiuũ supra:sicut intra:extra:super:subter.

Infringo is.valde frango. Vnde infractus. Interdũ infringere est illidere z infligere. Terẽ.in Adel. Plus quin gentos colaphos infregit mihi.

Infractus:valde fractus. Vir. Turnus vt infractos aduerso marte Latinos. Et infractus:nõ fractus :vt Vir infracti animi.i.qui nullis rebus aduersis frangit.

Infractio non modo pro non fractione:sed etiã pro tempore ponitur. Cice. In quem cadit egritudo :cadere in eũ timore:infractionem q; animi.

Infrio as.Vide in dictiõe Frio.

Infrunitus.vide frunisco.

Infumo as.pe.pro.ad fumũ sicco. Sicut insolo:ad solẽ sicco. Plau. Atq; hilas infumatas z sumẽas.

Infumibulũ spiraculum:per quod fumus exit.

Infulę.pe.cor. fascię sunt in modũ diadematis:vt inquit Ser. super lib.x.enei.a quibus dependent vittę ab vtraq; parte. Fest. Infulas sacerdotũ filamentum vocabant. Alij scribunt Infulas filamenta albę esse:quibus tępla ornabantur:z moris fuisse:vt nubentes priusq; mariti domũ ingrederentur:infulis postes ornarent. Juxta primũ sensum Ambro.lib.j.offi. sumpsisse videtur:cum inquit. Ego raptus de tribunalibus: atq; administrationis infulis sacerdotũ docere vos cępi:quod ipse non didici. Hinc infulatus a.um.quod est infula ornatum.

Infundo is.Vide in dictione Fundo.

Infundibulũ: instrumentũ quo in vasa liquores infundimus. Cato. In cella olearia hęc opus sunt: dolia olearia:z operculą:sestariũ:olearii vnũ: labellũ vnũ:infundibula duo. Rustici nostrates lurã vocitãt. Antiquiores autem os vtris lurã dicebant. Vnde lurcones capacis gulę homines:vt Lemargi nomen acceperunt.

Infurnibulũ pala: qua panes in furno disponunt.

Ingeniũ a gignendo:proprie natura dicitur cuiq; ingenita. Sallu.lib.ij.histo. Castriq; collatis pugna tamẽ ingenio loco prohibebat. Teren. Nam qui cũ ingeniis conflictatur eiusmodi:id est cum hominibus eiusdem nature. Est etiã ingeniũ vis quędã naturalis nobis insita:suis viribus pręualés:ad inueniendũ:quod ratione indicari possit. Cice.lib.vj.de fi. Vna ingenij appellat docilitas z memoria:easq; virtutes qui habẽt ingeniosi vocantur. Vnde pręclara ingenia z obtusa ingenia dicimus:ad est acuta z rudia. Hinc ingeniosius qui naturalẽ vim ad aliquid agẽdum:accõmodatam habet.

Ingenuus qui in libertate natus est:ab ingeniorũ antiquitate:vt Boe.in Topi.inquit:gentilitas ducit. Et est relatiuum libertini. Est em̃ libertinus qui iusta seruitute manumissus est. Vnde interrogare hoc modo solemus. Ingenuus ne an libertinus est:id est liber natus:an in seruitute liberatus:siue ex libertinorũ genere ortus. Hinc ingenuitas quę cõtraria libertinitati. Hinc de Agatha martyre scribitur. Sũma ingenuitas ista est:in qua seruitus Christi comprobatur. Ingenue aduerbiũ:libere z simpliciter. Sic ingenue loqui dicimus eũ qui ita loquit:vt liberũ hominẽ decet:nihil timidũ:nihil habens seruile.

Ingemo is.pe.cor.valde gemo. Virgi. Daphni tuũ pręnos etiã ingemuisse leones Interitũ.

Ingens ꝑm quosdã a gente deducit. Est em̃ magn⁹ z impensus z quasi supra gentẽ. Plus em̃ est ingẽs q̃ magnus. Terẽ. Magnas ꝑo agere gras Thais mihi? Ingẽtes. Cc.

Ingero is.pe.cor.immisceo:immitto:intro gero. Leo papa. Monit cui adhibeat est⁹ cupiditatis:cui illecebras gulę ingerat:cui apponat incitamẽta luxurię. Aug. Quid facio ego modo cũ loquor? Strepitũ verborũ ingero auribus vestris.

Ingitas:quasi indigitas:paupertas. Plau. Profecto ad ingitatẽ lenonem rediget:si eas adduxerit. Cc.

Ingloriꝰ a.um.quod est sine gloria. Cui ꝓtrariũ est inclytũ z gloriosum. Hiero.ad Nar. Sed anima habitãte in corpore:fiat inclytũ quod ante ingloriũ fuit.

Ingluuies ventris rapacitas. Et ꝑ gula sumitur. Colu. lib.ix.pro cibo posuit. Nam nisi vacua est ingluuies crudi tatem significat.

Ingrãdesco is.dui.grãdis fio. Col.li.x. At circa calẽdas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Martias locis apricis: licet porro (si iã ingrãduit) trãsferre

Ingraueſco is. valde grauis. i. moleſtꝰ fio: ꝛ quaſi oppri mo. Hiero. in lib. Bene. Nõ eſt herba gregibꝰ ſeruorũ tuo/ rum ingraueſcẽte fame in terra Chanaan. Aug. lib. v. cõ. Et ingraueſcẽtibꝰ febribꝰ iam ibã ꝛ peribã.

Ingredio: eris. ſſus. vide in dictione gradior.

Ingruo is. non ꝓprie: ſed per tranſlationẽ ſignificat in/ uado: imineo: ꝛ impetũ facio. A gruũ ꝓprietate duplici. Prima q̃ more agminis cõuolãt. Altera q̃ clamore ſimi/ li vtuntur: vt Milites in ꝓlio inclido. Plau. in Amph. Ho ſtri cõtra ingruũt vicimus vi feroces. Lactã. lib. ij. Si ſqua tẽpeſtas: ſi grando ingruat: ad deũ cõfugĩ. Col. lib. ij. Et tiã ingruẽte hyeme frumenta facimus. Dicit enĩ de bello: de pluuia: de tẽpeſtate: de ruina ꝛ hmõi.

Ingurgito as. pe. co: cũ vehemẽtia glutio: gulã redun/ pleo. Plau. in Cur. Vide vt ingurgitat impura in ſe merũ auarit: plenis faucibꝰ. Cice. in Anto. ꝙ dẽ cũ ſe cibis ingur giraſſet. Lactã. li. iij. aliter. Sicut ſus: q̃ ſe ingurgitat ceno.

Inguina pe. co: ſũt genitalia tã fœminaꝝ q̃ viroꝝ. Var. Acceſſi quoties ad opus miſtiſq; mouemur. Inguinibus Sueto. in Nero. Viroꝝ ac fœminarũ ad ſtipem deligatoꝝ inguina inuaderet. ſ. more.

Inhalo as. pe. pro. Vide in dictione Halo.

Inhæreo es. inhærens vel fixus ſto. Col. lib. iij. Cacumi/ na deide oluꝫ: ſicut matri inhærẽt vtraq; parte adradito ꝛ ita fiſſurę fici aptato: cuneũq; eximito.

Inhæreſco: inhærens fio. Idem lib. ij. Perexigua cõſper gitur aqua gleba: manuq; ſubigĩt: ac ſic glutinoſa eſt: q̃uis leniſſimo tactu inhæreſcit: ꝛ picis in morẽ ad digitos lente ſcit habẽdo. Cice. li. iij. de natu. deoꝝ. Prouiſum eſt: vt ſi q̃ minima beſtiola conaretur irrumpere: in foribus auruꝫ tanq̃ in viſco inhæreſceret.

Inhibeo es. pe. co:. ex ĩ ꝛ habeo. vide in dictõe ꝓhibeo

Inhio as. ꝓprie ſignificat valde os aperio. Per tranſla/ tionẽ ꝙo ponit ꝓ vehemẽter cupio. Plau. in Æul. Credo illũ iã audiſſe mihi eſſe theſaurũ domi: id inhiat. Gell. li. j. Dũ eius morẽ inhio: ego met viuo mortuus inter vitos. Aug. li. iij. de ciui. dei. datuo inuexit: vt ſit inhiare quaſi de/ ſyderiũ: aut cor apponere. Hic ingt aliquid agerẽt dij he/ liones atq; nebulones ſacrificiorũ adipibꝰ inhiãtes.

Inhonores: qui ignobiles ſunt: ꝛ ſine honore. Amb. li. j. offi. Contra autẽ iuſtos inopes degere inhonores: ſine li/ beris. Et Pli. lib. v. Inhonores ciuitates dixit.

In horã ꝛ in horas: eandẽ habẽt differentiã quã in diez ꝛ in dies. Illud plerũq; cũ verbo vino ꝓiungĩt. Cice. Neq; qui in horã viuũt: nõ modo de fortunis ꝛ bonis ciuũ: ſed ne de vtilitate quidẽ ſua cogitauerũt. In horas ꝙo cũ ver bo incremẽtũ ſignificãte ſicut in dies. Virgilius. Gallo cu ius amo: tũ mihi creſcit in horas. Quãtũ vere nouo viri/ dis ſe ſubĩcit alnus. Et c.

Inhorreo: valde horridus ſum. A quo inhorreſco: val/ de horridus fio. Pli. lib. x. Inhorreſcunt edito ouo: excuti mq; ſeſe: ꝛ circũactę purificãt. Aliq̃n inhorreſcere eſt inꝰ horreſcere. Virgi. lib. j. geor. Spicea iam campis cũ meſſis inhorruit: ꝛ cũ Frumẽta in viridi ſtipula lactãtia turgẽt. i. horrida facta eſt: ꝛ intus formata. Hieroñ. in Dia. Attuci. Vel frigore inhorreſcimus: vel febri exardeſcimus.

Inibi pe. co:. ex in ꝛ ibi: q̃ſi inꝰ ibi: vel in ꝑ ſiue in eodẽ loco. Apu. Multa inibi dicta ſunt: q̃ cõmemorare non eſt opꝰ. Plau. Nos domũ ꝓperamus: vos inibi adeſte. Aliq̃n ſignificat mox. Cecil. Liber ne es: nõ ſum. Quę inibi eſt.

Inde ſignificat ex eo loco. Liuꝰ. Ita exercitus inde domus abducti.

Injicio is. penſ. co:. ꝓprie intro facio: immitto: innecto. Plau. Anteq; hęc in domũ injicias. Terẽ. in An. Que ſeſe in ignẽ injicere voluit: ꝓhibui. Aliquãdo in aliquid facio: vt apud eundẽ. Injicia in eũ manũ. Inde manus iniectio dicit vẽdicatio rei nobis debitę: nulla iudicij auctoritate expectata. Quintil. Patri in filiũ: patrono in libertũ manꝰ iniectio. Paul. Si Titꝰ ſeruũ vẽdidit ea lege: vt ſi Romę moratur ꝰ eſſet: manꝰ injicere liceret. Empto: alij eadẽ le/ ge vẽdidit: ꝛ ſeruꝰ fingit a ſecũdo emptore: ꝛ Romę moratꝰ Quero an ſit manꝰ iniectio: ꝛ cuiꝰ Virgi. Iniecere manum parcę. ſ. eſt traxerũt debitũ ſibi. Aliq̃n Injicere eſt cũ im/ petu facere: ſeu impetũ facere. Ouid. Qua centũ gſqꝫ para/ bat Injicere anguipedũ captiuo brachia cęlo. Aliq̃n ſim/ pliciter facere. Plau. in Epi. Tragulã in te injicere ador/ nat. Idẽ in Cap. Injcite huic manicas maſtigię. i. innecti te. Et in Caſ. Jã pol ego huic aliquẽ in pectꝰ injciã metũ id é imittã. Liui. li. j. Iniectę Turno catenę. i. poſitę. Hunꝰ cõpoſitũ eſt Stupinũcio. Virgi. lib. iiij. ge. Et raras ſupinij/

Initiũ cęptũ: ab initio is. Et initia Cereris (ce frõdes. ſacra dicunt. Var. lib. ij. de re ruſti. A ſuillo pecore imolan di initiũ primũ ſumptũ videt. Eurꝰ veſtigia: q̃ initijs Cere/ ris porci imolant: ꝛ q̃ initijs pacis fędꝰ cũ ferit: porcꝰ oc/ ciditur. Alio nõe initiationes nũcupant. Quę vt ait Ter/ tul. ſemper arcent profanos ꝛ arbitris carent.

Initio as. ſacris imbuo. Unde initiatꝰ: ſacris imbutus. Hiero. in Exo. Poſtq̃ initiaueris manꝰ eoꝝ. i. conſecraueris ꝛ ſacris addicaueris. Et initiari dicunt pueri cum a lacte ꝛ a cunis tranſeũt: vt cibo firmiori alant. Hã apud Varr. legitur initiari pueros edulię ꝛ poticę ꝛ cupedinis e den/ di ꝛ potãdi ꝛ cubãdi. Reperit etiã initior deponẽs: vt in Pœ. Et initiati ſunt Beelphegor. Eſt ꝛ imitiare incipere.

Initiarius a. um. quod ad initiũ ꝑtinet. Quintilia. lib. j. Neq; enĩ eſt ſanctꝰ ſacris ũſdẽ q̃ ſtudijs initiarijs.

Iniquus ab in ꝛ equus: ę in i ꝓducta cõuerſa: ꝛ idẽ eſt quod nõ planus. Unde loci iniquitatẽ dicimus. Per trã/ lationẽ ꝙo de hoſtibus impijs ſeu improbis dicit: ꝛ iniqui tas pro iniuſtitia ſumit. Aliquãdo capit ꝓ magno. Virgi. Iniquo pondere raſtri. Aliquãdo ꝓ anguſto. Idem. Quę hęc ipſe quidẽ ſpatijs excluſus iniquis Pœtereo.

Inimicus: qui non eſt amicus. Et priuatus eſt: hoſtis pu blicꝰ. Suet. in Tib. Scribit etiã ad ipm hoc familiariter necdum plane inimicus aut hoſtis.

Inimico: aris. deponẽs: inimicitias exerceo vtõ iungit.

Inimico as. cum accuſatiuo: ſignificat inimicũ facio. Hora. Et miſeras inimicat vrbes.

Inimicitia ſingulari numero dixit. Cice. lib. iiij. Tu. Inimicitia ira vlciſcẽdi tps obſeruãs. Ceſ. lib. de ãna. plurali ſemper numero dicendas putat inimicitias.

Iniungo is. impono: demãdo: vt inũgo tibi hoc onus. Proprie tñ inũgere eſt intus vel ſupra iũgere. Col. lib. vij. Jugũq; quarto die accipiũt: cui ramꝰ illigatꝰ temonis vi/ ce trajcit. Interdũ ꝛ põdus aliq̃d iniungit: vt maiore niſu laboris exploret patiẽtia. Idẽ lib. v. Itaq; pingui terra ſin gulis brachijs licebit bina iniungere flagella.

Inũges hoſtię vocabãt: quę nũq̃ domitę: aut iugo ſub

masse factę ex vnguētorum ingredibus odoris gratia ἀπὸ τοῦ
μάσσειν: quod est terere: & miscere: vt inquit Plini.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Magmentū veteres dixerunt: quasi maius augmentum ꝛ auxilium: quoniā augebant numerū hi: qui accedebant alienigenę: vt adiumento essent.

Magus dictio Persica qua apud eos significat sapiens. Sic eñ Persę magos vocāt, vt greci phōs: latini sapientes: Galli druydas: Aegyptij prophetas: siue sacerdotes: Indi gymnosophistas: ꝛ Assyrij Caldęos a Chaldea Asię regione. Apud nos vero magus incantator: ex officio vocari potest. Nam cū magi apud Persas potissimum deorū cultui vacare solerent: in tantū postea aucta est eorū vanitas: vt non solū obseruatione syderū futura prędicere: sed artibus quibusdam ꝛ maleficijs: ꝛ scire se oia ꝛ facere posse profiterent. Hinc magicus. a. um. quod ad magum pertinet: vt ars magica. Suidas. μαγεία καὶ ἀστρολογία ἀπὸ μαγουσαίων ἤρξατο. οἱ γάρ τι σοφῶν μάγων ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀνομάζοντο τῇ μαγουσαίων ὁ ἀνήρ. id est magia ꝛ astrologia a magusęis incepit. Persę enim magi a loco nominātur ꝛ ipsi magusęi.

Magnus grandis: cuius comparatiuus est maior, superlatiuū maximus. A quo multa componūtur.

Magna Gręcia: dicta est ea pars Italię: quę a Tarento vsq; ad Cumas est. Vel vt Plini. lib. iij. refert a Locris Italię fronte ad Tarentum vsq; protendit. Sic dicta: q; multę magnęq; ciuitates in ea fuerint a grecis ꝺditę. Aluto: Justi. li. xx. Verg. Effuge cuncta malis habitanť mgnia Graijs. In ea habitauerunt Architas: Pythagoras: Parmenides ꝛ Zeno Pythagorici philosophi: ꝛ Ennius poeta. A quibusdā tota Italia dicta est maior Gręcia Ouid. in Fast. Itala nam tellus Gręcia maior erat.

Magnū socerū: ꝛ magnā socrum appellabat vir vxoris auū auiamq;. Maior socer: ꝛ maior socrus vxoris ꝑ/ auus proauiaq; appellet: ꝛ sic per singulos gradus.

Magnalia sunt ingentia facta: ꝛ admiratione digna. Hiero. in. lib. Exo. State ꝛ videte magnalia dñi: quę fa/

Magnificus: qui magna facit. (cturus est hodie. Scribit Aristo. lib. iiij. Ethi. Magnificū dicit illum: qui in magnis pro dignitate sumptū facit: qui circa publica magnificentiaz impensas facit honorificas. Veluti in ludis: in rebus diis sacrificatis: in ędificijs: in epulo publico: non qui in seipsum sumptuosus est. Est ꝛ magnificēs a quo magnificentia. Quę est: vt Cic. inquit: rerū magnarum ꝛ excelsarū: cum animi ampla quadā ꝛ splendida propositione cogitatio: atq; administratio.

Magnifico. as. extollo. Plini. Magnificat ꝛ vituli: qui nondū herbam gustauerit simum. (gnus habeť.

Magnas. atis. ꝛ magnatus. gnati. qui in populo ma/

Magnata vbs Hybernię: a qua magnatę populi vo/

Magnes. etis. generis mas. genus lapi/ (cati sunt. dis ad se ferrū attrahentis. Dictus magnes ab inuētore: in Ida primū repertus: de quo Plin. li. xxxvj. Orpheus. ἀυτὰρ ἔγωγε σῆς ἀλόχου κέλομαι σεσαώμενα εἴ τέ θεν ἀσπὶς ἀνδρὸς ἀπ' ἀλιβδίοιο λέχους Ⓒ λῶμα φυλάσσοι. id est Sed ego a tua vxore iubeo te scire si ob sui integritatem viri ab alieno lectum: ꝛ domum seruauerit.

Magnesia Macedonię regio Thessalię annexa. Abest ab Epheso: sicut Plini. libro. v. scribit: xv. mili. pass. A qua magnetes: qui ꝛ magnesij populi vocati sunt. Luca. lib. vj. Et Magnetis equis Mymę gens cognita remis. Est ꝛ Magnesia vbs in Asia apud quā Scipio Asiaticus Antiochum regem magna clade affecit.

Magog: nomē viri filij Aphet ꝓpriū. A quo: vt Josephus ait li. j. Magogę dicti sunt: q; a grecis Scythę dñr.

Maguderis: vt Plin. li. vij. inquit: frugis. i. caulis gñs: qui nascit ex ea parte: cui⁹ radix sirpis euellit. Hanc caules laserpitij quidā existimāt. Plau. in Ru. Seu tibi cōfidis fore multā maguderim. Laserpitiū autem herbā esse nōnulli arbitrant: vt Plin. li. xix. testat. Legit ꝛ magudaris. Colu. lib. vij. Facit ꝛ radix: quā greci vocant μαγουδαξίν. vulgus aūt nostra ꝙsuetudine laserpitiū appellat.

Maia Athlantis filia fuit: ex qua Juppiter Mercurium suscepit. Significat ꝛ obstetricē: vt author est Suidas in Socratis vita. Est ꝛ dea Faunifilia: cui in mellario vase non mel: sed vinum sacrificabant. Lc.

Maiestas a magnitudine dicta est. Est eñ decus amplitudo ꝛ dignitas: vel populi: vel senatus: vel principis imperatorisve: aut etiā priuati magni viri. Unde maiestatis crimen iurisconsulti diffiniūt: quod aduersus populū Romanū: vel aduersus securitatē eius cōmittitur. Et rē maiestatis dicunt: qui eiusmodi crimen cōmittunt. Maiestas quoq; dea credita est honoris: ꝛ reuerentię filia: de qua Ouidius. Donec honos placidoq; decens reuerētia vultu Corpora legitimis ꝑposuere locis. Hinc sacra maiestas: quę mundū temperat omnē: Quaq; die partu est edita magna fuit. Nec mora consedit medio sublimis olympo Aurea purpureo conspicienda sinu.

Maiales: porci castrati. Varro. Verres cōmodissime annículi vtiq; nec minores q̄ semestres. Quo facto nomen mutant: atq; e verribus dicuntur maiales.

Maiores intelligi possunt: quicūq; aui: abaui: proaui: ataui: tritaui: ꝛ ante hos in infinitum. Sicut minores: qui etiā post trinepotes futuri sunt. Lice. Ego meis maioribus virtute prælui: vt si prius noti non fuerint: a me incipiant habere initiū memorię suę. Virg. Hunc lętum tyrrhenę diez troiaq; profectis. Esse velis nostroq; huius meminisse minores. Non solū minores hi dicunt: sed etiā posteriores ꝛ posteri: ꝛ nepotes. Sicut ij: qui ante nos fuerunt maiores: ꝛ superiores: ꝛ patres: ꝛ aui appellant. Et tam maiores: q̄ minores in hac significatione tantū pluraliter declinant. Maiores magistratus sunt cōsules pretores: quos fasces sunt: vel qui priores facti sunt: maior prętor dicit Urbanus: minores ceteri. Maiores flamines dicebant patricij generis: minores plebei. Maior auū cui⁹: aui ꝛ auię auūculus. Sic maior patruus. maior amita.

Maius mēsis a maioribus dictus est: q; vt inquit Macrob. Maioribus ꝓsecratus erat: quoz consilio resp. gerebat. Sicut Junius a iunioribus: qui rem armis gerebāt. Postq̄ enim Romulus populū Ro. in maiores minoresq; diuisit: vt altera pars ꝓsilio: altera armis rempu. tueret: in honorē vtriusq; partis hunc Maiuz: sequętem Junū vocauit. Ouidi. Hinc sua maiores tribuere vocabula Maio. Junius a iuuenū noīe dictus adest. Sunt ꝛ qui Maiū a maiestate dea denominatū velint: q; flamen vulcanalis calēdis Maijs huic deę rem diuinā facit. Alij a Maia Mercurij matre. Propterea hoc mēse mercatores oēs Maię pariter ꝛ Mercurio sacrificare solitі erāt.

Malus fęmi. genere arbor: cuius fructus est malum: id est pomū: tractum nomē a grecis: qui malum μῆλον dicunt. Unde melimela. ꝛ habent pen. produ. Hinc malinus. a. um. quod est materiatū ex malo. Colu. lib. viij. Est etiaz non ingrati saporis muria præduratus: atq; ita malinis lignis: vel culmi fumo coloratus.

Malus mas. ge. arbor: nauis: q; instar mali fit in summitate. Vel q; cingit quasi quibusdā malis: quoz volubilitate facilius levant vela: ꝛ similiter primaz producit. Luca. lib. ij. Antennas proră malos tonsasq; natantes.

Malus. a. um. pri. cor. dicit: quod opponit bono. Est etiñ generale nomē turpia simul ꝛ detrimētosa complectēs. Unde dicimus malū culpę: qđ male agendo cōmittitur: quale est homicidiū furtū: ꝛ huiusmodi. Malū pęnę qđ deus ob mala cōmissa imittit: vt est illud prophetę. Ego dñs creans malū. Dicimus etiā malū militem: qui est ibellis. Malū imperatorē: qui est imprudēs. Malum grāmaticū: qui est rudis. Malū iudicem: qui est iniquus. Malā faciem: quę est deformis. Cęterea malū sumitur pro labore: afflictione: ꝛ angustia. Virg. Assuetusq; malo Ligurem. Et in psalmis. Lętati sumus pro diebus: quibus nos humiliasti: annis quib⁹ vidimus mala. Ubi Hieron. Quāto magis in hoc seculo paupertate: inimicoū persecutionibus: vel morboz cruciatibus fuerimus afflicti: tanto post resurrectionē in futuro maiora prę-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cõsequemur. Item sumit pro malignitate. Sene. Imbecillũ insontẽq; damnare summũ est malũ. Item pro interiectione: perinde ac si dicerem⁹ proh nefas. Qui loquẽdi mos per interrogationẽ & honestus: & vsitatus est. Pelli. Quę malũ ratio ista est? Pli. li. vij. Quę malũ ista demẽtia est iterari vitã mortẽ? Terẽ. in Adel. Qð hoc malũ infelicitatis? In eundẽ sensuz. Cic. ad Atticũ dixit. Qui malit Aliquãdo capitur malũ pro paruo: sicut bonum pro

Male aduerbiũ modo ponit pro valde: (magno. sed semper in malã partẽ. Cic. Ediebat etiã: idq; ad rez pertinere credebat: scriptores illos male mulctatos i. magna pena affectos. Modo ꝓ parũ. Cur. Heu male tũ mites defendit pãphilus vuas. Modo pro incõmode: sicut bñ pro cõmode. Ut male habito: vnde habito. In cõpositione habet vim negationis. Ut malesanus: malesortis. Ouidi. lib. iij. Fast. Nondũ tradiderat victas victoribus artes Grecia secundũ: sed malesorte genus.

Maleaudio: ꝑcat alicuius maledicta sustineo: seu infamor, vituperor, culpor. Sicut beneaudio: laudor, vt si qs de me male dixerit: tũc recte dixero: male de me audio. Cic. li. ij. In quo ego: non quo libẽter male audiã: sed qz ego causam nõ libenter relinquo. Idez ad Atticũ. Hanc nõnulli amici Apij ridicule interpretant: qui me idcirco putent beneaudire velle: vt ille male audiat.

Male cogito de te. i. male affect⁹ suz erga te: & malã habeo de te opinionẽ. Oui. Non tũ Aeneam: q̃uis male cogitet odi. Celius. Et ipse facile animaduerterez male eum de me cogitare. Huic contrariũ est bene cogito.

Maledico tibi: & maledico te. A quo maledic⁹ maledicẽtio: & maledicentissim⁹: qui maledicit q̃tũ põt & scit.

Malefacio tibi. Inde maleficus. a. um. pro pernicioso. Sic maleficę mulieres incantatrices dicũtur & veneficę. Maleficę herbę: maleficę serpentes: pro venenosis.

Maleficẽtia & maleficiũ damnũ: iniuria: facin⁹. Cęsar. Finitimis iperauit: vt ab iniuria & maleficio se suosq; p

Male iudico: male cẽseo: male opinor, (hiberent. declarat erro: meus. Male mereo: de te: male tracto te. Cuius contrariũ est bene mereor.

Male opto tibi: male ꝑcor, intelligit vitiũ eius: de quo agit. Male volo tibi: odi te. Hinc maliuol⁹ & maluolentia: q̃ est voluptas ex malo alteri⁹ sine emolumẽto suo.

Male vertere: est in perniciem vertere.

Malitia peruersitas: quę virtuti: seu bonitati cõtraria est. Sene. In hoc summa bonitas: in illo extrema malitia. Frequẽter autẽ sumit pro versutia. Cic. Virtutis contraria est vitiositas. Sic enĩ malo q̃ malitiam appellare: quã greci κακίαν appellant. Nã malitia certi cuiusdam vitij nomẽ est: vitiositas omniũ. Apud veteres etiã in bonuz accipiebat. Plau. Te ciuẽ summa omni malitia. Est & alia malitia ex natura prouenies. Plini. Qð modo ceti: modo terrę malitia facit. Varro. Id sępe accidit malitia soli. Interdũ malitia dicit labor, afflictio & angustia seculi. Ut est in Euangelio. Sufficit diei malitia sua.

Malignus a mal⁹ fit: & is est: qui difficultatẽ sui ostendit: ꝺ est qui asper: difficilis: inuid⁹: auarus est. Plini. Homo malignus & inuidus. Hinc maligna via: quę angusta & ardua est. Virg. Aditusq; maligni. Maligna lux: q̃ sub obscura ẽ. Idẽ. Quale sꝺ incertã Lunã sub luce maligna

Malign⁹ ager: agricolis illiberalis ac minie ferax. Idez. Difficiles primũ terrę collesq; maligni. Et malign⁹ consuetudine dicit maliuolus & malus: a quo malignitas.

Maligno. as. & maligno: deponens. Hieron. in ps. Super populũ tuum malignauerũt consiliũ. Et iterum qui malignantur: exterminabuntur.

Mala. lę. faciei pars: quę & Gena. Dicta ꝙ rotũdam speciẽ mali pręse ferat. Nam est quę pręeminet inter nasum oculos & buccam. Plini. Infra oculos malę homini tantũ: quas prisci genas vocabant. Ibi ostendit pudor. Et primã producit. Virg. tamẽ lib. iij. Geor. equino genere malas tribuit: cuz ait. Quo tẽpore glauci Nothniades malis membra absumpsere quadrigę. Et mala latine dicit ouis. Vnde & malonomos: id est pastor ouiũ.

Malicoriũ: putamen mali granati. Plini. li. xxiiij. Huius aridis foliis: vt malicorio coria perficiũtur.

Malobatra vnguẽta: quę ex Assyria afferebant. Vnde Horati. inquit. Tinctos malobatro Assyrio capillos. Hinc malobatratus: hoc est malobatro capillos delibutus: vt est apud Sidoni. Apollinarẽ ad Leonem.

Malache maluę gen⁹ ab emolliendo ventre: sic dicta. μαλακός enĩ mollis dicit. Maior vero maluã greci

Malachites gẽma spissius vi (cant malopen. Cc. rens a colore maluę: quę grece μαλάχη dicit. Cc.

Malacus latine molis: ἑλληνισὶ μαλακός.

Malacia. cię. mollitia: cũ maris fluctus oino quiescũt & languẽt: neq; vlla aura cõmouent: quod vulgus vitandi mali ominis gratia bonatiã vocat. Lucre. pellaciam a pelliciendo appellat. Subdola cũ ridet placidi pellacia ponti. Similiter malacia est in q̃nidis ille lãguor & mollicies dissoluti & cuncta fastidientis stomachi. Plin. li. xxiij. malicoriũ expetit in grauidaz malacia: & quoniã gustatu moueat infantẽ. Id greci κασᾶμ appellãt & κτᾶν quod est: vt Theodorus Gaza vertit: picare A pica dictũ: quoniã eiusmodi aues varia solẽt appetere: cũ sint pgnates.

Malacisso. as. mollio: subigo. Plaut. Ah nimiũ serus

Malasso. as. a quo cõmalas (es: malacissand⁹ es. so: qð est exerceo: mature facio. Var. In dolore adiaphoron esse: qð phia cõmalassaret eam partem: quę concuti

Malagma. atis. fomentum (cupiditatibus solet. cuz res dura per alterius admistionẽ mollescit: sicut emplastrũ. Nam malagmata contusa & super cutez iniecta abũde mollificãt A μαλάττω mollio: his molliunt apostemata & matura fiunt. Colu. lib. vj. Luminũ conterit: eiq; adijcitur exiguũ picis liquidę & axungię: vt lentorez malagmatis habeat. Ambro. lib. j. off. Alliga sensum tuũ non sit remissus ac defluus: ne dicat de te. Non est malagma apponere: neq; oleũ: neq; alligaturã. Differunt autẽ emplastra a malagmatis & pastillis. Emplastra ponuntur vulneribꝰ: malagmata in integrã cutez injiciunt. Data stilli aut illinunt: aut alicui molliori ceratione miscent.

Malach: am: siue maldacon arborẽ vocant magnitudine olez: folio roboris: fructu capitici. Huius fructum Bolellium: quod est gũmi genus: dicunt. Cc.

Malua herba: quã greci μαλάχην vocant: ab emolliendo ventre. Mar. Utere lactucis & mollib⁹ vtere maluis. Duo eius genera posuit. Plini. quę foliorũ amplitudine discernunt. In satiuis maiorem greci malopẽ: alteram ab emolliendo aluo malachen dixere syluestrẽ: cuius foliũ grandiusculũ est: & albę radices Althęam & ab excellentia effectus Aristalthęam ἄριστον greci optimuz dicunt καὶ ἀλθαία malua. Dicitur etiã malua malua/cium. A malua fit maluaceus. a. um.

Malaca ciuitas in Hispania. Marti. Siga oppidum e regione Malacam vbem Hispanię contẽplatur.

Malea pen. indifferente: promontoriũ Laconię: quod per quinquaginta milia pass. in mare ꝓtendit: vbi periculosa est nauigatio propter aduersos ventoz flatus. Hinc est illud ꝓuerbiũ. Cuz ad Maleã deflexeris domesticos obliuiscere. Virg. lib. v. Ionioq; mari: Maleęq; sequacibus vndis. Propert. Dęgeat hospitio segua Malea suo. Dicta Malea a Maleo Argiuoz rege: qui in ea templũ pulchriũ construxit: qð maleoticuz appellauit. A Malea fit maleacus. a. um. vt sinus maleacus.

Malimnus Sicilię mons est: malis hoc est pomis re

Maleuentũ erat Capanię vbs: quã (fertus. Cc. nunc boni ominis causa Beneuentũ dicimus. Cc.

Maliea vbs Thessalię: a qua populi maliees: & mare vicinum maliacum dicitur.

Maltha calx cum arena & aqua. Vel pix cum cera mista: & huiusmodi. ἑλληνισὶ μάλθη λέγεζ καὶ μαλθακίζω ꝺ μαλακὸν ποιέω. id est grece μάλθη. id est

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

malliha dicitur ꝛ malihacizo mollefacio.

Malleus fabrile instrumentum: qꝫ res duras molliat: quasi molleus. Ea enim quę dura molliũtur ad ignem:

Malleolus diminutiuũ (vt malleis flagellentur. a malleus.i. paruus malleus. Et malleolus: teste Colu. lib.iiij. dicit nouus palmes vitis innatus prioris anni flagello. Sic dictus: ab ipsius mallei similitudine: vel qꝫ in ea parte: quę decidit ex vetere sarmẽto prominẽs vtrinqꝫ malleoli speciẽ prębet ꝛ plantationi aptus est. Vel qꝫ vocat Plin⁹: solebat capitulatus vtrinqꝫ: ꝛ furculatus seri. Et malleoli sunt sarmẽta illa: quę in aggeribus ponunt. Sed ꝛ manipuli parte pice cõtecti: qui incensi aut in mures: aut in testudines ad incendiũ faciendũ iacũm

Malleolaris ꝛ hoc malleo (tur: malleoli vocant. lare: a malleolus fit. Colu. lib.iij. Cirgã malleolarez non amplius qꝫ sex gemmarũ esse conuenit.

Malleo. as. quasi malleo opero:. Vnde ꝛ malleator. Aug li.xv. de ci. dei. Tub alcain erat ęrarius ꝛ malleator ęraměti ꝛ ferri. Malleatus.a.um qđ malleo factum est. Vnde malleati libri dicunt vulgo stampati. Vlpi.xxxij.ff. inquit. Sed perscripti scripti nondũ malleati vel ornati: vel quia paginę malleantur repagmandę.

Malluuiũ vas: in quo lauant manus: ꝛ fęminino gñe malluuię. Sicut peluuiũ ꝛ peluuię: quo lauant pedes. Nonius etiã Trulleũ appellat: cuius vrceolus aquę manalis vocat: qꝫ eo aqua manãs in trulleum effundat. Et Ser. Lebetez vasculũ interpretatus est: in qđ aqua cadit cũ manus lauant. Alb alijs pollubrũ etiam noiatur.

Malanom⁹ pe.co:. pastor ouiũ μῆλα ouis νόμος pa/

Mambre mons iuxta Hebron. (scuum.

Mamere lingua Oscorũ dictus est Mars detractione syllabę: qui ꝛ mauors etiã appellat. Mamertus prągnomen Oscũ: ab eo qꝫ hi Marte mamertẽ appellãt. Apud Liui. Mamertus Hemylius dictator: ex gente mamerta. Quidã dicunt Hemyliam gentẽ a Mamerto appellatã: cui propter humanitatẽ ciuicã cognomẽ fuerit Hemylio Gręci eñ Hemiliam vocant sermonis lepiditatẽ atqꝫ fa/

Mamertini: populi Campani. Hi (cundiam. cum Messanã Colonos misissent: ipsi quoqꝫ Mamertini potius qꝫ Messanenses sunt vocati. Et cum ager eorũ vini feracissimus sit: mamertinũ vinum non messanense appellatũ est. Martia. Amphora nestoreа tibi mamertina senecta Si detur qđ vis nomen habere potest. Dicti Mamertini a ciuitate Mamertia: quę a Lacedęmonijs subuersa fuit: qꝫ Messenij quinquaginta virgines Lacedęmonas violare tentassent: ꝛ non consentientibus eas occidissent. Auto: Hieron. contra Jouinia.

Mãma papilla: quę ꝛ vber ris. Juue. Et nuda teneat venabula mãma. Mãma quoqꝫ gręca dictio est: qua significat nutrix. Seu vt quidã aiũt auia.i. patris: seu mis mater: sicut tata pater: Mart. Mãmas atqꝫ tatas habz.

Mamilla diminutiuũ: licet per simplex m. scribatur. Juuena. Illa loqui recta facie strictisqꝫ mamillis.

Mãmula similiter diminutiuũ a mamma.

Mãmosus.a.um. qđ habet magnas mãmas. Mart.

Mãmosas metuo: tenerę me trade puellę.

Mãmeatus.a.um. idem quod mãmosus. Plau. Curius amicam mammeatam vidimus.

Mãmare: est mãmas ad sugendũ prębere. Augusti. in psal. interpretatione. Vel prągnãtibus ꝛ mãmantibus illis diebus. Hinc mãmatus.a.um. Vnde mãmatę tegulę a laxitate dictę sunt: quę balneis adhibentur.

Mamillare: amiculi genus: quo mulieres mãmas te/

Mãmotreptus: quid signifi/ (gere consueuerũt. cet. Augusti. in interpretatiõe psal. declarat. Si eũ inquit queris imitari: ꝛ ex illo pendere adhuc lacte vis nutriri: ꝛ fies mãmotreptus: quales dicunt pueri: qui diu sugũt: qđ non decet. Et paulopost. Faciũt hoc nutrices mãmotreptis: vt aliqua amara ponãt in papillis suis: qbus offensi paruuli ab vbere resiliant: ꝛ ad mẽsam inhient:

Manilia proprium nomen mulieris Telogeni filię A qua Manilianum familia est vocata.

Mamona nõ Hebręor: sed Syrorũ lingua: vt Hiero. ait: diuitię nũcupant: quę de iniquitate collectę sũt. Idẽ in psal. expositione. Videtis qꝫ iniqu⁹ mamona in isto seculo deficit. Aug. Yo sic. Mamona verbũ latinũ non est: sed hebręũ cognatũ linguę punicę. Istę eñ linguę sibi significationis quadã vicinitate sociant. Quod punici diuitiã mamon: latini lucrũ vocant. Qđ Hebręi dicunt mamona latine diuitię vocantur. Suidas tamen μαμωνᾶς χρυσὸς πίνος πλοῦτος οὐχὶ ὁ ἐκ τοῦ σατανᾶ ἀλλ ὁ πρὸς τὴν ὑπερ τὴν χρείαν. Id est Mamonas aurũ ꝛ terrenę diuitię non ex Satana: sed supernacuę ꝛ pter necessitatẽ. Quare penultima longa est: quia est ω mega.

Mamurius faber ęrarius laudatissimus.

Mamurrę senatoria familia Romę erat: sed Formis

Mãceps: qui aliquid a populo emit: cõ (orunda. ducitve: qꝫ sublata manu ꝑcat sẽ auctorẽ emptionis esse: qui idẽ prędes dicit: quia taz debet ꝑstare populo: qđ promisit: qꝫis qui pro eo prędes factus est. Et emptio mancupi quę solẽnitate quadaz fiebat adhibitis nõ minus quinqꝫ testib⁹ Romanis ciuibus puberib⁹: ꝛ alio eiusmodi conditionis: qui libã Heneam teneret. Empto: ita dicebat. Hoc ego ex iure quiritũ meum esse aio. Hoc qđ emptuz est hoc ęre ęneaqꝫ libra. Deinde libram ęre percutiebat: idqꝫ es dabat: a quo rem emptã accipiebat. Et hęc mancipatio vocabat. Hinc Feruus: equus: ouis: aliaqꝫ hmõi mancipia dicunt: qꝫ manu capiant: siue mancupi emptione acquirant: cuin ętera neum ãcupi dicant: vt rerum dominia iuraqꝫ. Mãcupes Cic. appellat Romanos publicanoũ principes: qui quęstus sui causa decumas redimunt a Po. Ro. Vnde a Suetonio dictũ est. Non negauerim iactatũ a quibusdam Petronii patrem e regione Transpadana fuisse mancupẽ operarũ: quę ex Vmbria in Sabinos ad culturã agroz quotãnis cõmeare solent: id est redemptorẽ: conductorẽqꝫ seruorum ꝛ operariorũ. Sciendũ est: qꝫ mancipi: siue mancupi indeclinabile est per oẽs casus ꝛ genera: q̃q̃ alij figurate dici velint in casu dandi. Et mancipi dicit ad nos pertinere: qđ ex subhastatione emimus: est qꝫ ins. Cic. pro Murena. Quisi in his repetundis: quę mancipi sunt: his periculuz indicit: prędare debet: qui se nexu obligat.

Manalis fons dictus: qꝫ aqua ex eo perpetua manet. Et manalis lapis: ex quo aquę manare vident. Lc.

Manalis vrceolus: siue futurnium vas dicebatur: ex quo aqua in pollubrum dimittitur. Lc.

Mancipo.as.pe.co:. q̃si manu capio: vt modo dictuz est: qđ est obligo: summitto: ꝛ seruũ facio: q̃uis sine libra ꝛ verbis suprapositis. Lact. li.ij. Spiritibus immundis puris aniãs suas mancipãt. Plau. in Cur. Alienos mancipatis: alienos manu mittitis: alienis iperatis: nec vobis auctor: vllus est: nec vosmet estis vlli. Hiero. in prolo. Tobię. Libruqꝫ vtiqꝫ Tobię: quoniam Hebręi de catalogo diuinaz scripturaz secantes his: quę Hagiographa memorant manciparũt: id est subdiderũt. Hinius cõposituz

Manisterna aquę vrna.i. vrceus. (est emancipo. Plau. in Bac. Efferr manisternã cum aqua foras.

Mancus ꝓprie manu enervatus: q̃si manu carẽs. Licet qñqꝫ pro debili ponat: ꝛ ad res etiã inanimatas transferatur. Cic. de fi. bo. Sed etiã alterius tribus: qui mancam fore putauerũt sine aliqua accessione virtutẽ.

Mãcinus nomẽ viri: a quo mãcinatus pro dãnato: qꝫ mancinus insignẽ domũ habuit: quę eo interfecto publi

Mandra spelunce: cubile: ꝛ receptaculũ (cata est. ouiũ: boum: alioruꝫ huiusmodi. Juue. Et stantis cõuitia mandrę. Eripiunt somnũ Druso. Probus scribit mandram esse vici ostiuz: vel flexum: vel arrectũ: aut breue ꝛ vile ędificiũ: quod angustet latitudinem vici. Vel ingens vehiculũ: quo trabes portantur. μάνδραν λέγουσιν ἅμαξαν. Id est mandram dicunt gręci.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mandragoræ duo sunt gña: candidus qui mas: & niger qui fœmina existimat. Ferũt mala auellanæ nucum magnitudine. Mandragoras fossuri ab auersante vento cauẽt: & occasum spectãt. Vis eius in poculo somnifera est. ac etiã olfactu. Colu. Mandragoræ pariat flores.

Mando.as. Omitto: vt cũ quid memoriæ mandat: siue imponitur: cõmittitur ve: vt memoriter teneat: siue ex propria memoria id fiat: cũ quid repetit: aut auditur: siue ex scripto ex memoria propria. Cic. li. iij. ad Heren. Quonã nuperrime dictũ facile memoriæ mandat: vtile est cuz dicere definamus recentẽ aliquã relinquere in animis auditorũ firmã argumentationẽ. Ex scripto. Pelli. memoriæ mandatũ Platonem philosophũ tenui admoduz pecunia familiari fuisse. Et hoc modo mando: pcat manu scribendo memoriæ do: vt Cic. pro Sex. Hæc fama celebrant: monumẽtis annaliũ mandãtur: posteritati propagant. Aliquãdo & literis & memoriæ simul quid mandat Idẽ lib. xij. Phil. Quid huic facias: qui hoc literis memoriæq; mãdauit. Lactã. lib. vj. O ingenia hoibus indigna: quę has ineptias ptulerũt: miseros atq; miserabiles qui stultitiã suaz literis memoriæq; mãdauerũt. Literis & memoriæ capere licet: non solũ scripto id mandatũ esse: vt rẽ ordine gestaz ipsi scriptores haberẽt: sed etiã vt memoriæ posteritati darent. Nã non intelligi par esse censeo accipi literis & memoriæ dictuz ex abundãtia: sed ex diuersitate rei. Aliter etiã quid mãdari potest. vt Col. li. iij. Semina q̃ recentissima terræ mãdare cõuenit. Interdũ mandare cõmittere: vt cũ quid faciendũ datur: quod imũgere: seu imponere: seu cõmendare dicit. Plautus in Cur. Mandatum est mihi: vt has tabellas ad eum ferrem. Terenti. in Adel. Huic mandes si quid recte curatuz velis. Composita huius verbi sunt. Amando: admando: cõmendo: demando: præmando: & remando.

Mandatũ: & participiũ: & nomen esse potest. Participium: vt mandatũ est mihi: apud Plautum. Nomen: vt apud Quintilianũ. Mandata tamen tua fili perago. Et est proprie mandatum cõmissio: hoc est quod cõmittitur. Sallusti. L. Manlius ex suo numero legatos ad Martium regem mittit: cum mandatis huiusmodi.

Mandatarius: cui dantur mandata peragenda.

Mando.is. mãdi: scõm aliquos mãdui: & scõm alios mandidi mansum: significat dentibus conficio. Hiero. in Gene. Tolles tecũ ex oĩbus: quę mandi possunt. Virgil. lib. iiij. non ad effectũ: sed ad actũ retulit. Stat sonipes & frena ferox spumãtia mandit. Serenus vero ad effectũ. Purgatur cerebrũ mansa radice piretri. Dictuz mando a manu dando: q̃ manu cibus ori admouetur: quemadmodũ a manu ducenda dicimus mãduco. Huius compositũ est remãdo: quod est rursus mando: rumino. Pli. lib. x. Pontici quoq; mures simili modo remãdunt.

Mando mandonis edax: qui assidue mandit. Lucili. Atq; omnes mandonum gulę.

Manduco.cas. idem quod mando. Cuius compositum est cõmanduco. Plini. lib. xx. Huius cucurbitę commanducatę succus stomacho admodũ prodest.

Manduco.onis edacem pcat. Hęc eñ oĩa fere idẽ denotant. Mandones: mãducones: mãduci: mãsutij: Comedones: comedi: Edones: edaces: epulões: Lurcones: Lurguliones: Ganeones: Heluones: Scurræ: Parasiti: Gulones: Phagones: Liguriones: Nepotes: Catillones.

Manducus: idez quod manduco. Plaut. Quid si ad lupos me pro mãduco locem? manduci effigies in pompa antiquoz inter cęteras ridiculas & formidolosas imagines ire solebat: magnis malis ac late dehiscens: & ingentem dentibus sonitum faciens.

Mansutius a mãdendo edacẽ signifi. vt inquit Fest.

Mandibula: in qua dentes sunt siti: quę & maxilla dicitur. Sunt autẽ duę mandibulę superior. s. & inferior, a mãdendo. Quo etiã nomine vocat gens in Gallia Aquitana Auernis finitima: sicut Strabo scribit.

Mansum dentibus contritũ. Et proprie dicit de cibo comesto: qui pueris datur. Cic. lib. ij. de Ora. Qui omnes tenuissimas particulas: atq; omnia tenuissima mansa: vt aiunt: nutrices infantibus pueris in os inferant.

Manna ros melleus matutinus.

Mannus filius fuit Teutonis dei: a quo Allemanni di/

Mane diei principiũ cuz dies cla/ (ci gloriant. Lc. rus est: ab obtẽtu boni ominis. Manũ eni veteres bonũ dicebãt. Vñ dij manes. i. boni. Quẽadmodũ econtrario ĩmanes crudeles dicimus: ac minie bonos. Vel: sicut ait Macro: q̃ ab inferioribus locis. i. a manib⁹ exoriũ lucis emergat. Var. a manãdo deriuat: q̃ cuz sole manat dies ab oriente. Vñ manij & Lucij: qui nati sunt mane & luce. Vel q̃ dij manes per oĩa manare existimabãtur.

Manes boni dicunt. Acrõ. Dij manes dij boni: a manum qđ est bonũ. Antiqui animũ a corpore seperatũ manem deũ nuncupabãt. Apule. de Socratis dęmonio dicit. Manes anię dicunt meliorie meriti: quę in corpore nostro Genij dicunt: corpori renũtiantes Lemures: cum domos incursionibus infestarent Laruę appellabãtur. Contra si bonę fuerint: Lares familiares. Serui. per antiphrasim ait manes esse deos inferos: quia non sunt boni. Idem dicit alibi esse animas corporibus exutas: quę nondũ in alia corpora migrauerint. Quãdoq; manes dicuntur pęnę. Virgil. Quisq; suos patimur manes.

Maniæ deformes personę: & maniæ laruas: quas nutrices pueris iputari solẽt: appellant. Medici maniacos vocãt furoris morbo laborãtes: quoniã mania dicit insania & furia. Latini melius: qui insaniã a furore diffiungũt. Quoniã aliud est furere: aliud insanire. Item mania dea lariũ mater: cui olim sacrificabant. Et maniæ dicebãtur ficta quędam ex farina in hominũ figuras: q̃ deformes sint: quas etiam maniolas appellabant.

Maniolę insulę: ex aduerso Indię extra Gangẽ: in quibus tradũt nauigia: quę clauos ferreos habẽt detineri: nec vlterius progredi sinũt: ne quãdo lapis Herculeus: qui circa ipsas gignitur illa ad se trahat. Eas tenẽt Antropophagi manioli dicti: sicuti scribit Ptole. lib. vij.

Manicon genus herbę: quã & furialẽ vocant. Quam si quis oragmę folio sumpserit: varię species ac lętitia plenę animo obseruantur. Lc.

Manius. prænomẽ est eius: qui mane natus est. Sicut

Manlius propriũ nomen viri: (Lucius qui luce. q̃ manu prompt⁹ esset. Neminẽ aũt patricię familię hoc noie vocari lucuit: post eum Manliũ: qui Gallos a capitolio depulit: q̃ is regnũ occupare conatus necatusq; sit. Fuit & cognomen eius: qui Carthaginẽ vicit.

Manliana imperia crudelia vocitata sunt. Sunt & manliana malorũ genera: ab infitore sic dicta. Lc.

Manare proprie dicit: cuz aliquid ex integro: sed non satis solido per minutissimas partes stillat. Tractũ a græcis qui μανὸν rarũ: & sine densitate appellãt. Hinc manales fontẽ dici existimãt: q̃ aqua ex eo perpetuo manet. Et manalẽ lapidez: q̃ ex eo manare aquę videant. Alij manare a mane deducũt: & de Sole proprie dici volũt: cuz orientis radij splendorẽ iactare incipiũt. Sz frequentius ad aquã & hũores refert. Per translationẽ ponit pro descendere: fluere: ꝓcedere: & hmõi: & res q̃ manat: qñq; in ntõ ponit. Virg. Tũ gelidus toto manabat corpore sudor. Lact. li. j. Quid mirũ si ab hac gẽte vniuersa flagitia manauerũt. i. processerũt. Qñq; in actõ. Pli. li. xiij. Arbor succo manantiũ picẽ refinãq; alię ortę in Oriente: alię in Europa ferunt. Qñq; in abltõ. Liui. li. j. Cultrũ ex vulnere Lucretię extractũ mananté cruore prę se tenẽs. i. fluentem. Hiero. in lib. mũeri. Tradet humũ lacte & melle manantẽ. Huius cõposita sunt: Emano & permano.

Manus a manãdo dicta est: q̃ ex brachijs manet. Vel q̃ ex ea manẽt digiti. Et man⁹ instrumentũ & telũ nauale dicit: quo naues harpagonib⁹ raptę tenent: a manus humanę similitudine quã pericles Athenięsis (vt fertur) in/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uenit. ¶Hiero. Ferreas manus ꝛ vncos pꝛeparãt. Luca. li. pri. In manibus viis quãtus sit Cęsar habetis. Itẽ manus multitudo vocat. Virgil. ¶Hic manus ob patriã pugnãdo vulnera passi. Itẽ potestas: vt cũ dicimus Res in manu est: qđ non modo ꝓcat in ꝓmptu est: sed etiã in potestate. Inde Vlpi. teste: manumissio dicta est datio libertatis. ¶Nam q̃diu qs in seruitute est: manui b̃ est potestati subditus est: ꝛ manumissus a potestate liberat⁹. Itẽ manus capiť pro proboscide elephanti. ¶Hãc hanc manũ vocant Latini: q̃ ea in decerpẽdo pabulo pro manu vtat elephantus. Cur. lib. viij. de elephanto loquiť ¶Precipue terribilis illa facies erat: cũ manu arma viroſq; coriperent ꝛ super se regentibus traderẽt. Idem in eodẽ. Copidas vocabant gladios leuiter curuatos falcibus similes: quibus appetebant beluarũ manus. ¶Nonunq̃ pro scriptura manuũ. Quintilianus li. j. Causas Cassius: Cicero ꝛ Virgilius scripserunt: sic manus eorũ docent.

¶Manicula diminutiuũ: id est parua manus. ¶Plaut. in Ru. Duę connixę maniculę ꝛ sucula.

¶Manũ conferre: est pręliũ incipere ꝛ contẽdere. Sed apud iureconsultos cum de aliqua re disceptatur in iure pręsente pretore: siue ager: seu quid aliud sit: manum conferre dicitur: cũ manu apprehendit rem de qua agitur. Quod manus coꝛreptio ꝛ vindicatio: ꝛ vindicta appellatur. Ad manus venire similiter est pręliũ: seu contentionẽ incipere. ¶Plau. Jtur ad manus: arma sumũtur.

¶Manica pe. coꝛ. pars vestis: qua manus tegunť. Virg. Et tunicę manicas ꝛ habẽt redimicula mitrę. ¶Hinc manicata vestis: quę manicas hꝫ: quas velut probꝛosas ꝛ sęmineas criminari dicunt a poeta: q̃ ¶Prisci Romani breues ꝛ citra humeꝝ definẽtes primo portauerũt. ¶Manicę etiã dicuntur manuũ vincula: vt apud eundẽ. ¶Manicas atqꝫ arcta leuari Vincla iubet ¶Priam⁹. Sic cõpedes vocanť: quibus pedes colliganť. ¶Hinc per translationẽ dicunť vincula nauiũ. Luca. Est alias manicęq; ligãt tereteſq; cathenę. Itẽ manicę thecę sunt ex ferro: q̃bus brachia ꝛ manus ꝛtra hostiũ iniurias munũtur. Iuue. Quale decus rerũ si coniugis auctio fiat: Baltheus ꝛ manicę cristę cruriſq; sinistri Dimidiũ tegmen. Et manicę dicuntur: quibus aduersuꝫ vim frigoris manus muniunť. ¶Plinius iunior ad ¶Macrũ. Ad latus notarius cũ libro ꝛ pugillaribus: cuius manus hyeme manicis munieb̃atur: vt ne cęli quidẽ asperitas vllum studij tẽpus eriperet.

¶Manuarius. a. um. qđ ad manuꝫ pertinet. Belli. Hoc ere quasi manuario collecto cęnula parabatur.

¶Manuarię tunicę: quę manicas habent.

¶Manuor. aris. fruor. Acti. ¶Manuatus vestẽ amicę.

¶Manib⁹ pedibusq; ꝓuerbiũ est: b̃ est oĩbus viribus. Terẽ. in And. Quẽ scio mąnibus pedibusq; oĩa facturũ.

¶Manuleatus. a. um. idẽ qđ manicat⁹. ¶Plaut. in ¶Pseu. ¶Manuleatã tunicam hoĩem habere addecet. Et manuleatã tunicã dicimus: manicas prolixiores habentẽ: manicatum hominẽ indutum tunicis manicatis.

¶Manubriũ a manu capulus appellať: q̃ manu teneať

¶Manobarbulus teli genus: similis plumbeę pilę: quo vtentes milites ipsi manobarbuli dicti sunt. Lc.

¶Manipul⁹ a manu fit: ꝛ proꝓie ꝓcat manualẽ herbaꝝ fasciculũ: quẽ manu quis apprehendit metẽdo. vt in ꝑs. Venientes aũt venient cũ exultatione: portãtes manipulos suos. Interduꝫ ponitur pro exigua militũ manu: quę vnũ sequitur signuꝫ. Erat eñ pars Centurię ita dicta: q̃ sub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus manipulos ſgni hastis alligatos pro signis gerebat. Et in legione quidẽ erant. xxx. manipli. Dictus manipul⁹: vt inquit Var. ab eo q̃ plures militũ manus iungunť. Serui. docet manipulos esse signiferos: q̃ imperãte Romulo cuꝫ Romani ꝛ Latini sub vno Centurione bellũ aggressuri essent: maniplo herbę hastę alligato ꝓsigno vterenť. Unde maniplaris dicit: qui fert vexillũ. Ouid. lib. Fast. ¶Hertica suspensos portabat lõga maniplos. Unde manipla-

ris noĩa miles habet. At Uege. lib. ij. scribit maniplũ vocari contuberniũ decem tantũmodo militũ sub vno papilione degentium: ab eo q̃ coniũctis manibus dimicabant. Inde Lõmanipulones: qui in eodẽ maniplo sunt. Et Lõmanipulatio: quibus noĩbus vtitur Spartianus.

¶Manipulatim aduerbiũ significat per manipulos.

¶Manifestũ dicitur: quod est clarũ ꝛ apertũ: quasi ad manus foris stans. ¶Manifesto. as. palam facio.

¶Manifestarius. a. um. qđ est notoriũ. i. qđ manifestatur ¶Plau. Capio fustẽ: obtrunco gallũ furez manifestariũ.

¶Mansuetus mitis: q̃si manu assuetus: q̃ oĩa quę sunt natura fera: manuũ permultiõe miteſcũt. Virg. Ille manu patiens mẽſeqꝫ assuet⁹ herili. Festus. ¶Mãsuetus neq; misericordia męstus: neqꝫ crudelitate ſęuus: sed modestia tẽperatus. Bestię mãsuetę etiã placidę ꝛ cicures diciunť. ¶Plini. trifariam diuidit animãtes in placida: fera: ꝛ intermedia. ¶Nam hirundines apes delphini: nec placida sunt: nec fera: sed medię inter vtrunq; naturę.

¶Mansues veteres: pro mansueto vsurpabant. Lc.

¶Mansuetarij: qui feras mansuefaciũt Lampridius in ¶Helio. ¶Habuit Leones ꝛ Leopardos: quos edoctos per mansuetarios subito ad secundaꝫ mensam iubebat accumbere. Julia. Firmicus lib. viij. ¶Matheseos. Septentrione oriente nati erunt mansuetarij ferarũ.

¶Mãsuesco. is. mãsuet⁹ fio: miteſco. Col. li. vij. ¶Nã per hęc blandimẽta triduo ferę mansuescũt. Var. lib. ij. de re rusti. pro mãsuefacio posuit: cũ inquit. Sic ex animalibus cum propter eandẽ vtilitatẽz: quę possunt ſſluestria deprehenderent: ac concluderent: ꝛ mansuescerent.

¶Mangones dicti sunt: quasi manu agones. Erant eñ magistri formę puerorũ: ꝛ mẽtiendi coloris probe callentes: qui hoĩes vendebãt. Solebant eñ pueris puellisq; quo facilius vendi possent artificio quodaꝫ componere colorẽ: vt Quintilia. inquit. Fuco ac verũ robur imanisagina mẽtientes. Ita mancipia vendibiliora: ꝛ pretiosiora efficiũtur. ¶Martia. ¶Dilia pro puero centũ me mãgo poposcit. Sueto. in Domi. Castrari mares vetuit: spadonũ qui reſidui apud mãgones erant: pretia moderatus est. ¶Plin. Thynni sanguine oblitos puerꝝ pubescere negãt mãgones. Aliaꝫ quoq; rerũ mangones dicunť: qui merces poliunt: atqꝫ interpollãt: vt pluris vendãt. Unde Plinius. Decussi fragmenti paululũ: quod in lamina ferrea teratur efficacissimuꝫ experimentũ excussant mangones gemmarũ. Nec mares tantũ: sed etiam fęminę mangones vocantur. ¶Plinius. ¶Mango obstetrix erat.

¶Mangonizo. as. onio: cõpono rem ad alliciendos emptores. ¶Plini. li. xxiij. Succus radicis vitis nigrę cũ eruo lętiore quodã colore: ꝛ cutis teneritate mangonizata coꝛpoꝛa. Transfertur etiaꝫ ad alia. Sic eñ oratio mangonizata ꝛ forma: ꝛ domus: ꝛ reliqua dici possunt: vt lenociniis ꝛ fuco potius q̃ veritate allectent. ¶Hodie etiã mangonizanť panni: siue lanei: siue linei. Quin ꝛ equos mangonizatos venire videmus. ¶Hos greci ab equis componendis hippocomos vocant.

¶Mangonicus. a. um. qđ ad mangonẽ pertinet. ¶Plini. ¶Radix hyacinthi bulbacea est: ꝛ in mãgonicis venalitiis pulchꝛe nota: quę in vino dulci illita pubertatẽ coercet: nec sinit erumpere. Sueto. Necessarioq; ad mãgonicos quęstus sustinendę dignitatis causa descendit.

¶Mangoniũ artificiũ: qđ ad res facilius vẽdendas adhibeť. ¶Plin. Nec tñ in hoc mãgonio quicq̃ totuꝫ placet: hic clunẽ: alibi pectoꝛe tantũ gallinarum laudans.

¶Manubię dictę sunt: q̃ manu capiank ab hostibus. Est eñ pręda ab hostibus capta. Asco. scribit manubias prędas imperatoꝝ pro portiõe de hostib⁹ capta. Spolia q̃q; quęsita de hoste nobili per deditionẽ manubias vetęres dicebãt: de quibus qđ vellent: facerẽt. ¶Naꝫ pręda ꝺ: coꝛpoꝛa ipsa rerum: quę capta sunt: manubię appellatę sunt pecunię: q̃ a quęstoꝛe ex vẽditiõe prędę redactę sunt. Dicit tñ quosdã nõ ignobiles scriptoꝛes: aut temere: aut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

incurioſe p̄ędā p:o manubijs ꝛ manubias p:o p:ęda po ſuiſſe: ſꝫ qui p:opꝛie locuti ſunt: ſicut Lic. in o:one de lege agraria manubias pecuniā dixiſſe. Eſt q̄ꝫ vt iactus ſul minuꝫ manubię dicanꝯ. Unde ait Sene. lib. ij. queſtionū. Jouj tres manubias vari: quarū p̄ima monet. Secunda p:odeſt. Tertia adhibitis conſilio dijs emittitur.

Manumitto de ſeruo libꝝ facio. Manumiſſus libertus a poteſtate. Nam q̄diū quis in ſeruitute eſt: manui ꝺ eſt poteſtati ſubditus eſt. Erat aūt mos in manumiſſione vt dñs caput: aut aliud membrū ſerui tenēs diceret. Hūc hominē liberum eſſe volo: ꝛ mitteb at eum e manu.

Mantare veteres p:o manere vſurpabant. Lc.

Mantęlū ꝛ mantęliū: ꝛ mantęle. is. compoſita dictio: ex manus ꝛ tęla: quaſi mappa a manibus tergendis. Eſt em̄ linteolum: quo manus tergere ſolemus. Ouid. lib. iij. Faſt. Dixerat ad dextrā villis mantęle ſolutus. Plautus Nec his ſycophantijs: nec fucis vllū mantęlū obuiam eſt Dicit ꝛ mantile ꝛ in plurali mantilia. ę. diph. in i. p:odu/ctā mutata. Sicut quęro inquiro. Virgi. Conſiſtꝫ ſerunt mantilia villis. Nam vt Serui. inquit. Conſtat maio:es mappas habuiſſe villoſas. Mantilia vero a manib⁹ ante lotis dicta: quomodo Tho:ale a thoro. Sunt etiā mantilia: quibus menſę tegūtur. Martia. Nobilius villoſa tegunt tibi lintea citrum Orbibus in noſtris circulus eſſe poteſt. Rurſus mantęlia: ſeu mantęla accipiūtur p:o penulę genere: quo ſe vt lo:ica muniunt.

Mantica pe. co:. nūmoꝝ receptaculum: q̄ manu geratur. Ponitur quādoꝫ p:o penula viato:ia: vt Po:phyrius ait. Cuius diminutiuū eſt manticula: cuius pars ante pectus: pars poſt tergū: dum geritur pendet.

Manticularius: qui manticulas tractat: vt furetur.

Manticularia dicunt ea: quę in frequēti vſu habent: ꝛ q̄ſi manu tractanꝯ. Frequens em̄ ad manus tergēdas vſus fuit mantęlorū: vnde hęc trahitur ſimilitudo.

Manticulor dolose ago. Placu. Ad māticulandū aſtu aggreditur. Manticulatio aſtus ꝛ fraus.

Manticora beſtia in Judia: quę triplicem dentiuꝫ o:/dinem: ꝛ hominis faciem vna cum co:pore leonino habet: humanas carnes maxime affectans.

Mantho. Vide mantua. Lc.

Mantua vrbs clariſſima ꝛ maronis Virgilij patria: ab Ocnuo filio Tyberis: ꝛ Mantus Tireſię Thebani Uatis filię. Quę poſt patris interitum ad Italiam venit: condita fuit: ꝛ a matris nomine Mantuam appellauit. Unde Virg. lib. x. Ille etiā patrijs agmen ciet Ocnus ab o:is Fatidicę Mantus ꝛ Tuſci filius amnis Qui muros matriſq; dedit tibi Mantua nomē. Sed an verum ſit: q̄ vnq̄ in Italiam venerit: nolo nunc citare. Pauſaniam: Hellanicū: ꝛ greco:um multitudinē magnam.

Mantuanus. na. num. a Mantua deducitur. Unde Mantuanus Homerus: Virgilius dictus eſt. Lc.

Mantiſſa additamentū: q̄ manu fit rei quę vendit. i. pauxillū illud: q̄ adijcit ponderi. Lucil. Mantiſſa obſo/

Manteuz locus o:aculis dicatus. Lice. (nīū vincit: lib. ij. de fi. Ut quaſi de manteo p:omāt medicamēta illa epicurea: dolo:i ſi grauis b:euis: ſi longus leuis.

Mantinea vrbs: quę poſtea Antigonia dicta fuit: in adulationem Antigoni eius: qui Philippo Perſę patri curato: regi fuit. Sed poſtea Hadriani imperato:is iuſſu: rurſus Mantinea fuit appellata.

Mantia ἑλληνικῶς λέγετ ἡ μαντεία ☾ μαντεύομαι diuinatio: vaticiniū. Mantius diuinus: vel vates: a Manto filia Tyreſię vatis Thebani: quę poſt Thebanoꝝ cladem ꝛ ſeruitutē primo ſub Creonte Lebedon: ꝛ Clarij Apollinis templuꝫ in Aſia ſtruxit. Unde in Italia Mantuā: quę ex Tyberino rege Thuſcię Ocnō peperit: qui ꝛ Biano: qui oppidū muris circundedit. A mantia per cōpoſitionē fiunt Necromātia: Hydromātia: Pyromantia: ꝛ alia huiuſmodi: quoꝝ penultima p:oducitur.

Maneo. es. ſi. ſum. ꝺcat me contineo loco: inſiſto. Lic. lib. offi. Cyrillū quendam ſuadentē: vt in vrbe maneret. Quādoꝫ manere ꝺcat perſtare. Virg. Manet imperterritus ipſe Noſtęz magnanimū operiens. Q̄ꝫ expecta/re. Plau. Ego hic te manebo. Virg. lib. xj. Te Turne nefas te triſte manebit Supplicū. Quādoꝫ futuꝝ eſſe. Li. Cuius te factū ſicut Curionē manet: hoc eſt cuius factuꝫ tibi futurū eſt: ſicut fuit Curioni. Quādoꝫ inꝺgerere: fixū eſſe. Virgi. Manet alta mente repoſtū Judiciū Paridis. Quādoꝫ durare: perſiſtere. Ter. in Heau. Manere af/finitatē hanc inter nos volo: ſi vllo modo poſſit: q̄ ſpero fore. Huius cōpoſita ſunt: Cōmaneo: ſimul habito. Die. ad Dama. Monachoꝝ circa ꝑmanentiū: antiqua in me ſurgit autoritas. Emaneo: extra maneo: a quo emanſo:. Emineo: a quo p:omineo ꝛ p̄mineo: immineo: remaneo: retro maneo: perſiſto. Juſtin. lib. ij. Interea rex velut ſpectato: pugnę cū parte nauiū in litto:e remanet. Lice. lib. j. Tuſ. Sed fac vt iſti volūt animos nō remanere poſt mortē. Et in Lato. Tantū te manet: q̄ virtute ꝛ recte factis fis ꝑſecutus. Sed hoc per tranſlationē magis. Permaneo: perſeuerāter maneo. Obmaneo: diu maneo.

Mantiſcino: ſignificat furo:. Terenti. in Eunu. In re perdita cum de alio mantiſcinor, atq; impendo.

Mamphur: lignū rotundum lo:o circūuolutuꝫ: quod circunagunt fabri in operibus tornandis.

Mappa: quę ſuper mēſam ſternit: q̄ manibus pendeat: duꝫ fumus in mēſa. Plin. li. xix. Ardētes in focis cōuiuio:ū vidimus mappas: ſordibus exuſtis ſplendeſcentes igni magiſq̄ poſſent aquis. Illoſę aūt apud veteres fuerunt in p:etio. Unde Martia. Nobilius villoſa tegūt tibi lintea citrum. Legitur etiam mappum neutro genere. A mappa vero fit dimūtiuū mappula.

Mapalia punica lingua agreſtes caſę ꝛ furno:ū ſimiles: vt inquit Hier. In quibus q: nihil eſt ſecreti: ſolet id vocabulū ſolute viuētibus obijci. Sunt em̄ quaſi rotūdę

Marathon cāpus Attię (co:tes: vt inquit Feſtus. cę: ſeu ciuitas diſtans ab Athenis circiter decē milia. Et mo:te Icari regis interfecti inſignis: necnon ꝛ victoria Theſei ex tauro ſuperato: ſimiliter ꝛ Miltiadis gloria: qui centū milia ex Darij Perſarū regis exercitu profligauit. Hinc Marathonius. a. um. Unde Taurus marathonius dictus eſt: qui apud Marathonez a Theſeo interfectus eſt. Hic eſt Taurus amatus a Paſiphae: quez Hercules ex Creta eo abegit. Eſt ꝛ oppidū hoc nomine iuxta Tricorythum ꝛ Rhamnem vrbem: in qua clarum Nemeſis templum fuiſſe memo:atur.

Marathron. ϛὺν τῷ .θ. ὅτι τὸ μάραθρον λέγομεν πλὴν τοῦ λαλίνοι φωνικυλον. id eſt th. quōniā Marathron dicimus herbā latini fęniculū. a nſris fęniculus appellat.

Marathuſa inſula quędam a copia fęniculi ſic dicta: quę ꝛ Clazomenia dicitur.

Marceo. ces. marcui: putreo. A quo marceſco: putreſco. A macie quoniā quę macie attenuata ſunt: facile putreſcunt. Huius compoſitum eſt: Emarceo: quod eſt valde marceo: a quo emarceſco. Hieronymus in Sene. Tetigit neruum eius ꝛ ſtatim emarcuit.

Marcor, putredo. Plinius. Si ferri vel chalybis aliqua rubigo vel panni marco: affuerit.

Marcellus nomen viri clariſſimi Romani p:opꝛium. Cuius geſta ꝛ a Plutarcho ꝛ ab alijs ſcripta ſunt.

Marcella nomē mulieris Romanę. Quę cū a matre rogata eſſet: gauderet ne ſe nupſiſſe. Jta valde reſpon/

Marcipor, Marci puer: (dit: vt amplius nolim. hoc eſt famulus. Sic Publipor, Lucipor, ꝛ huiuſmodi.

Marcomanni populi Germanię: quos Cęſar cum Arioviſto Germano:um rege ſuperauit.

Mareotis, idis. lacꝰ in Ægypto: vt autho: eſt Strab. Plin. etiā aſſerit Mareotida partē Libyę Ægypto ꝑtermināappellari ꝛ Mareotas pplos in ea habitantes. Et Mareotis pars Epyri: in q̄ vinū optimū naſcit. Cui Mareotides vuę dictę ſunt. Virg. Sūt ꝛ mareotides albę.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Margęa: nomen fontis apud Plinium. Quo nomine dicta est vrbs in Elide.

Margarita. tę. & margarites: & margaritū in nomina/tiuo declinari potest. Micro. in parabo. Inauris aurea & margaritū fulgens. Ser. declinat Margaris idis. & idos a cuius gtō greco latine format margarida. Plin. lib. ix. scribit margaritas nasci in Britannia paruas & decolores. Tacitus de vita Julij agricolę. Fere Britannia aurū & argentū: & alia metalla gignit: & oceanus margarita: sz fuscą & linętia. Romam margaritas appellauerūt vnciones: ab eo q nulli duo indiscreti reperiant. Margaritā & lapillū generali noie vocamus. Mā lapillus gęmarum margarita: cōmune est nomen: subintelligiturq; pretiosus. Q; si masculi fuerint: pretiosi lapides dicūtur.

Margaritarij: negotiatores māgonesq; margaritarū.

Margaridę palmę sunt: a margaritis nomen trahentes. Quoniā & breues: & candidę: & rotundę sunt: acinis ꝑ balanis similiores. Lomnicopię.

Margaritifera: quę fert margaritas. Plini. Conchārum genera: & quę margaritiferę cocleę. Lc.

Mare aquaꝝ congregatio gñaliter dicit. Et multę collectiones aquaꝝ vocant maria: sicuti Amb. li. Hexa. inquit. Sicut em̄ multę terrę: vt Africa: Hispania: Thracia: Macedonia: Syria: Ægypt⁹: Gallia: atq; Italia, p regionū appellant vocabulis & vna est terra. Ita multa dicunt p locoꝝ appellatiōibus maria: & vnū est mare: sicut ait propheta dicēs. Tui sunt cęli: & tua est terra: orbē terrarū & plenitudinē eius tu fundasti: aquilonē & mare tu creasti. Nam & oceanū mare dicimus: & Tyrrhenū: & Adriaticū: & Indicū: & Ægyptiū: & Ponticū: & Propontidē: & Hellespontū: & Euxinū: Ægęum: Jonicū: Atlanticū. Vide in dictiōe Oceanus. Una igit gña'is collectio ds mare: eo q iugis vnda atq; ꝑtinua ab Indico mari vsq; ad Gaditani oraz littoris: & in mare rubrū extrema circūfuso orbe terraꝝ includit oceano. Et multę collectiōes maria nūcupātur: qñ in diuersis locis: diuersa sunt noia q; vocabula aquis ex regionū vocabulis adhęsert. Phacellus aūt in epigrāmate. φεῦγε θαλάσσα ἔσχα βοῶν δὲ ἔπεβάλευ ἐχέτλη ἔτιπρι ἢ Δυ μακρῆς πείρατ' ἰδέμ βιότης. ἀπαίρω γὰρ ἔνεσι μακρὸς βίος ἐμ ἀλί δὲ ὄυπος ἐυμαχες ἐις πλοῖμ ἀνδρὸς ἰ Δεῖμ κεφαλήμ .i. fuge marina opera. Boū vero exte de stiuā: si quid tibi dulce longę fines videre vitę: continēti. i. terrę enim incst longa vita: in mari vero non facile ad canū viri videndum caput.

Marinus. a. um. qđ mare incolit: vel qđ est in mari: vt piscis marinus. Trāsmarinū aūt dicimus: qđ trās mare est: vt trāsmarinę merces: & trāsmarinus triūphus.

Maritimus. a. ū. pe. cor. qđ ad mare incolit: vel qđ ad mare est: vel ad mare fit: vt ora maritima: gēs maritima: bellū maritimū. Maritimū etiam dr, quod ex mari: siue qđ maris est. Plau. in Ru. Fluctus maritimos. Et Am/

Maris fluuius A/ (bro. Pisces maritimos dixit. garhyrsarū in Istrum fluens. Marus mons Thracię.

Maritus vxoris vir: ab eo q̄ fit mas. Marito. as. viro trado: seu associo. Mā non solū de boīb⁹: sed etiā de alijs dr. Col. li. iij. Sexto anno si iam videbit firma maritabit hoc modo. Ipsa arbor. Et li. v. Et ideo maritādis arboribus nemo minorē pedaneā scrobē vitibus cōparat.

Maritę dicunt mulieres nuptę. Qui. lib. ij. Fast. Dura cū sorte maritę. Reddebāt veteri pignora rara fui. Mier. Tunica eius varia atq; distincta in virginib⁹: viduis: cōtinentibus ac maritis. Similiter & de arboribⁿ dicit. Pli. lib. xiij. Jaz in Campano agro populis nubūt vites: maritasq; cōplexę: atq; per ramos earū procacibus brachijs geniculato cursu scandentes cacumina æquant.

Mariscus gñs Junci: qđ holoschenon greci vocant: hoc est totū iuncū. Ex eo fiūt tegetes & marinę nassę.

Mariscę fic⁹ insipidę. Mar. Infanti melimela dato fatuasq; mariscas: Mā mihi q̄ nouit pūgere chia sapit. Pli. li. xvij. Cato de ficis serēdis ita meminit. Ficos mariscas in loco cretoso & aperto scrito. Quidā dicūt mariscas esse ficus: q̄ prę pinguedine aperiant: semęq; oūdant. Col. Purpureęq; celidonię pinguesq; mariscę. Mar. Donasti lupe rus subinde nobis legit Nec bolet⁹ hiare: nec mariscą videre. Cīn pro obscenę libidinis morbo qñq; ponit Mariscę em̄ tubercula dicunt: quę cuz pulcere ex turpi cōfricatione circa sedē nascunt: q̄ sunt morbo filia. Quę Celsus sycosen: Julius sycon grece vocāt: & latine ficus dicit. Juue. Ędunt tumidę medico ridente mariscę.

Margo: finis extremitas: quātus etiam pro cuiuslibet rei extremitate dicat: vt pro ripa agri non culti. Et est generis mascul. apud Ouidi. lib. j. Meta, Longo margine dicentē. Fęminini apud Juuena. Plenaq; iam margine libri. Hinc Marginens. a. um. quod est in margine.

Mariandinoz regio in Asia sita est: Bithynię contermina: vbi Hercules cerberū canē tricipitē deuicit. Quez ferunt virus euomuisse: eameq; regionem infecisse.

Margiana: regio Asię maiorīs: inclytę apricitatis: vt inquit Solinus: ambitu stadioꝝ mille quingentoz: difficilis aditu propter arenosas solitudines. In qua Anthiochus Antiochiam extruxit: vt lib. xj. scribit Strabo.

Membrana ę.pellis superio::quę ꝛ pergamena charta dicta:q̄ tracta sit de membris animaliū: in quorū tergoribus primū ab vno latere scribi cęptū:deinde ab vtroq̄ de rasis pilis. Earū vsus Pergami regnāte Eumene inchoauit:postea pergamena vocata:vbi Pergami rex Attal⁹ Romā misit multitudinē membranarū :vt penuria chartę pellibus pensaret. Vnde pergamenarū nomē ad hanc vsq̄ diē tradente sibi inuicē posteritate seruatū est. Differt cutē charta a membrana.Nam vt inquit Victorinus.Foliorum alia de chartis sunt:alia de membranis.Ergo mēbranę pelliceę sunt:ꝛ pergami primū inuentę.Vnde ꝛ pergamenę.Chartę autē ex papyro olim in Aegypto fiebant vt Pli.ostendit.Apud nos de cētonibus certo quodā modo maceratis:ꝛ glutino concretis formant. Chartā ex papyro in victoria magni Alexandri inuentā scribit Varro: ante palmarū foliis scriptitatū fuisse:deinde de quarundā arborū libris:postea publica monumēta plumbeis voluminib⁹:mox ꝛ priuata linteis ꝛ schedis cōfici cępta. Ptolemęus aūt chartas.Eumenes ꝓ membranas cū vtraq̄ eorum maximas haberēt:bibliothecas inuenerūt:qui fuerunt reges Pergami.Sed contra Varronis sententiā de chartis ait Cassius hemina. Mar.Terentiū scribā agruz suū in Janiculo repastinātē inuenisse ait arcā:in qua Numa rex situs esset: ꝛ in ea libros eī⁹ e charta scriptos. Sed Numā pluribus ętatib⁹ ante Alexandrū fuisse cōstat.

Membrari significat per membra formari: quo verbo vtitur Censo:inus.

Membratura:est membrorū positura.

Membrosus:q magnū habet membrū:vt illud in priapea.Si ruber hortorū custos membrosior equo.

Memeryl⁹ arbor est:a nostris alio noīe arbut⁹ appellata

Memor: generis omnis ꝑm Priscī.ꝛ a memini (ta.Lc. fit.Cuius contrariū est īmemor:dicimusq̄ memorē qui recordat:vt memor sim tui in me officij.Cū autē de alijs rebus dicit:vt cū dicimus rem memorē:significat cuius nos memores sum⁹.Virg.Sęuę memorem Junonis ob iram. Hora.li.car.Siue puer furēs impsīt memorē te labris nota:hoc est tā vehementē:vt nō facile excidat memoria.

Memoria:vt inquit Cice.lib.j.ad Herē.Est firma animi rerū ꝛ verborū dispositionis perceptio. Terē.in And. Jn memoria habeo. Vbi Do. Plus est q̄ si dixisset scio. Nam quę scimus:possumus obliuisci. Quę ꝓ memorię cōmendamus:nunq̄ amittimus.Aliquādo memoria pro antiquitate ponitur.Pacuuius.Perq̄ nostrā egregiā humanitatem:quam memoria firmauit.

Memoriter aduerbiū:significat quod imperiti dicunt mentetenus.Cice.Q.mutius augur Scęuola multa narrare de L.Lęlio socero suo memoriter ꝛ iucunde solebat.

Memorabile quod est dignū memoria.Col.in ꝓfa. Cū tot alios Romani generis ituear memorabiles duces. Cice.Cum accepissemus a patribus maxime memorabilem L.Lęlij ꝛ Pub.Scipionis familiaritatē fuisse.

Memoriale:quod in memoria haberi debet.

Memoriosus a.um.quod est multę memorię.

Memoro as.pe.co:.ad memoriā reduco. Quod ꝛ memor:or depo.significat:vt est illud:Memorare nouissima tua ꝛ in ętern̄ nō peccabis.Aug.gentiuo iunxit.Sed memoraberis domini dei tui:quia ipe tibi dat fortitudinē. Interdum memorare est dicere:narrare:seu exponere :recitare. Liuius lib.j.Herculem in ea loca Geryone interempto boues mira specie abegisse memorant.i.dicūt.Virgi.Musa mihi causas memora.i.dic:expone. Interdum numerare. Plau.in Amp. Ibi nunc meus pater legiones hostiū memorat.Huius cōposita sunt:Cōmemoro ꝛ rememoro: qō est in memoriā reduco.Ouidius.Rememoror vsus est apud apostolū.Rememoramini pristinos dies.

Memoratus tus.idem quod memoratio.Gallu.Increbuile memoratu est.

Memini:a meno antiquo ꝓbo fit:quo veteres vsi sunt pro recordo: ꝛ in mentē reuoco.A quo prima syllaba geminata fit pręteritū memini:sicut a pungo pupugi: requiritq̄ genitiuū vel accusatiuū. Terē. Faciā vt meiq̄ ꝛ huius diei ac loci semper memineris. Cice. Oia quę curāt senes meminerūt.Sed cū significat mētionem facio:recusat accusatiuū:postulatq̄ ablatiū cū ꝓpositiōe de:vel gtiū.Quintilia.De qbus multi meminerūt.Idē.Neq̄ o ino huius rei meminit poeta ipe. Jūgiturq̄ tā cū pterito infinitiui q̄ cū pnti.Vir.Nāq̄ sub Oeb alię memī me turrib⁹ altis Coryciū vidisse senē.Idē.Cantando puerū memini me cōdere soles.Cice.Appio.Ad me adire quosdā memini. Huic cōpositū est Cōmemini.Gel.lib.ij.Sic multo ante Pacuuius aquā flauā dixit:ꝛ fulmū pulueē. Cuius versus quoniam sunt iucundissimi:libens cōmemini.

Memphis:vbs Aegyptia regia magna ꝛ populosa. Secūda post Alexādriā:vbi fuerāt pyramides regum sepulturę:ab Ogdoo rege ędificata ambitus stadi.cl.Cui⁹ filia Memphis ei nomē dedit:cū qua Nilus cōcubuit sub imagine thauri.Hec portuosissima est vbi Nilus scinditur in plures partes:ꝛ Δ formā facit.Hinc memphitis ꝛ hoc memphite penl.p:o.quasi patronymicū Tibul.Barbara memphitē plangere docta bouē. Inuenit etiā memphitides. Jnue.An ne aliā terra mēphitide ficca Jnuidia faceret nolēti surgere Nilo?Inde etiā mēphitic⁹ a.um.Mar. Dat chartis agiles calamos mēphitica tellus. Hec vbs nunc Cairus:nūc noua Babylonia appellat.Lc.

Mena apud Romanos fuit dea quę mēstruis fluoribꝰ pesse putabat.Quo etiā noīe dict⁹ est piscis quidā breuis: q hyeme candidus:ęstate nigrior fit. Cice.de fi.Qui volu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ptatem cõtẽnũt:eis liceat dicere se accipensserẽ ꝛMenę anteponere.ꝛMar.Et caudã cibij:breuesq; menas. ¶Nunc piscem etiã Allecem dici posse quidã putauerunt.¶Nõnulli tñ hoc nomẽ cum diphthongo scribi debere ꝓceperũt.

ꝛMenaria insula est contra magonẽ:sic dicta a piscium multitudine:qui menę dicuntur.Ꝛc.

ꝛMenalippus Tidei fuit interfector::cui caput ante obitum corosit Tideus ex rabie.Qui apud Sta.ita vociferatur. Caput o mihi si quis Apportet menalippe tuũ.Fuit ꝛ alter ꝛMenalippus Tidei frater:quem Tideus in venatu fertur peremisse:ob idq; fratricidiũ exulasse. Fuit ꝛ alter ꝛMenalippus Troianus:qui ꝙ virtute ꝓstaret:a ¶Priamo filij loco amatus fuit.

ꝛMenalippe Amazonũ regina:quã vicit Hercules eiq; ablato baltheo saluté dedit. Est ꝛ menalippa fabula grẽca a ꝛMenalippa deductũ nomẽ. De qua Iuue. Syrma vel Antigones seu personam ꝛMenalippes.

ꝛMenapij populi qui ad vtrãq; Rheni ripã habitãt iuxta Neruios:sed ad mare ꝓximi q hodie vocãt Geldrẽses.

ꝛMenceps:mente captus.

ꝛMenda ꝛ mendũ ꝓ errore.Lice.Lecine. Nam cũ mẽdax scripturę litura tollat.Qui.ꝛMendę nocte latẽt.¶Hinc mendosus a.um.quod est erroribus plenũ.¶Hinc ꝛ Emendo as.de quo sup:a.ꝛ Remendo as.quod est rursus mendam tollo.Col.lib.iiij.Quidã flagellũ totũ ꝛsicut erat matri detractũ crediderũt sationi conuenire:idq; per gẽmas quinas:vel etiã senas partiti cõpluris tale oleaster remenduerunt:quod ego minime probo.

ꝛMendrotámpotamòs de quo Eustathi⁹ ita scribit in Dionysio Libyco.ἰσέον ὅτι ὁ ἴστρος ποτὲ μενδότας ἐλέγετο καὶ τὰ τὴν αὐτῶν γλῶσσαν ὁ νῦν καὶ Δανούβιος λέγεται παννονίας μέγιστος ποταμός.Sciendũ ꝙ Ister aliqñ mẽdotas dicebaꝫ lingua eor::nũc Danubi⁹ de ¶Pannonię maxim⁹ flu

ꝛMẽdaciũ error::cui⁹ dimi.est mendaculũ.Lice. (uius. de o:a.Quod tamẽ mendaculis est aspergendũ.

ꝛMendax qui frequenter dicit mendaciũ:quod nomen Aug.lib.ij.soli.a mentiẽdo derivat.Illud autẽ quod mendax voco a mentientibus fit.¶Per hoc differunt a fallacib⁹ ꝙ omnis fallax appetit fallere:nõ autẽ omnis vult fallere qui mentitur.Nam ꝛ mimi ꝛ comędię ꝛ multa poemata mendaciorũ plena sunt:delectãdi potius q̃ fallendi volũtate.Et omnes fere qui iocantur:mentiunt:sed fallax fallens is recte dicit:cuius negotiũ est:vt quisq; fallat.Illi autem qui nõ id agũt:vt decipiãt:sed tamẽ aliqd fingunt:vel mendaces tñ:vel sine hoc quidẽ mentiẽtes tamen vocari nemo ambigit.Et vt dicã:quod sentio:mendax est mala dictio:pessima ꝙ fallacis:quod ijs ꝙbis amplectit ¶Pharisi in epistolis.ὄντως ὁδὸς καὶ λύκον πέρνον μὲν ἐν πασὶ λάχνον δὲ ἐν νέοις.μοιχὸν δὲ ἐν γυναιξὶν ἀκόλαστον δὲ ἐν νόμοις.ἀστέλγη δὲ ἐν ἤθεσιν ἀγρὸν δὲ ἐν ἐρήμοις λειποστάκτην δὲ ἐν πολέμοις.i.Sic noui ꝛ lupũ ꝑdiconẽ inter pueros. Lasciuũ inter iuuenes:adulterũ inter feminas:effrenẽ inter tẽperatos:petulãtẽ inter voluptates:subdolum in pace:deserentẽ socios inter hostes. A mẽdax fit cõparatiuũ mendacior mendacissimus ꝛ mendaciter.

ꝛMens dicta ẽ quasi eminẽs.Est enĩ mens altior animi pars:qua etiã diuina percipimus.Qui.ꝛMẽte deos adijt: ꝛ quod natura negabat Visib⁹ humanis oculis ea pectoris hausit.Vel potius ἀπὸ τῆς μύνης τὸ σελήνης:quoniam mens etiã si dormimus nunq̃ quiescit. Quid sit mens Lactan.lib.vij.docet hoc modo.¶Primũ non idem est mens ꝛ anima.Aliud est enĩ quo viuimus:aliud quo cogitamus. Nam dormientiũ mens nõ anima sopit:ꝛ in furiosis mẽs extinguit:anima manet.Et ideo nõ excordes:sed demẽtes appellant.ꝛMens ergo.i.intelligẽtia vel auget vel minuit ꝓ ętate:anima in statu suo semp est.Ex quo tẽpore spirandi accepit facultatẽ:eodem vsq; ad vltimũ durat:donec emissa corporis claustro ad suã sedẽ reuolet. Thales milesius velocissimũ inquit omniũ quę sunt:est mens.¶Nã tantę celeritatis est:vt vno tẽporis puncto:cęlum omne collustret:maria peruolet:terras ꝛ vrbes peragret. Qui igitur mentẽ ꝛ animũ idem esse dicunt:fallunt:cum mens sit cogitationis ꝛ cõsilij subtilitas quędã:certę rationi cõsentanea. Ideo amentes ꝛ dementes dicunt qui nullo consilio vtunt.Animo ꝙ est vitę ꝛ voluntatis fundamentũ. Hinc exanimes ꝛ exanimati.¶Plau.in Cis.Exanio:fero::distrahor::diripior:ita nullã mentẽ animi habeo.Et vbi sum:ibi non sum:ꝛ vbi non sum:ibi animus est. Idẽ in Epi.¶Pauor territat mentẽ animi:neq; est vbi meas collocem spes. Vergi.Accipit in teucros animũ :mentẽq; benignã. Lice. lib.iij.Tus.¶Humanus autẽ animus decerptus est ex mente diuina cũ alio nullo nisi cũ ipso deo(si hoc est fas dictu) cõparari põt.Hic igit si est excultus :ꝛ si eius acies ita curata:vt nec necet erroribꝰ:fit perfecta mens.i.absoluta ratio:qđ est idẽ qđ virt⁹.Terẽ.ꝛMala mens:mal⁹ anim⁹.Ex quibus declarat animũ ac mentẽ differre. ¶Ponit tñ qñq; mens ꝓ consilio:Ver.¶Nostrã nunc accipe mentẽ.Hui⁹ cõ posita sunt:Amens:demens:vehemens.

ꝛMente captus ꝓ o amente accipit:quemadmodũ oculis captus ꝓ cęco.Fest⁹.ꝛMente captus dicit cum mens ex hominũ potestate abijt.Demens ꝙ a sua mente decesserit.Amens ꝙ a mente abierit.

ꝛMentio:cõtra id quod in mente est loquor.Qui enim mentit nõ ipse fallit:sed alterũ fallere conat in eius detrimentũ.Qui ꝙ mendacũ dicit:ꝙ tũ etiã fallit cũ credat se verũ dicere.Unde Mi⁹ dius.Tũ bonus ꝓstare debet ne mentiat:prudens ne mẽdacũ dicat. ¶Prisci.vult hoc verbum esse cõmune.Unde Lice.in Anto.in passiua significatione dixit.Quę ipse mentitis auspitijs vitiosum fecerat. Sta.lib.j.th.ꝛMentitis ignoscotho::is.Interdũ mẽtiri est fingere ꝛ monstrare id qđ nõ est.Lactan.lib.ij. Nec potest vnq̃ veri nomẽ assumere:qđ veritatẽ fuco:ꝛ imitatiõe mẽtitur.Et li.vij.Hic est q appellat antichrist⁹:iꝫ se ipse Christum mentiet:ꝛ verũ diuicabit. Hui⁹ cõpositũ est mentio:quod est aperte seu publice ostẽdo:quod nõ est. ¶Hiero.ad Damasum.Quia ꝛ nos facile potuimus aliqua mentiri: qđ ex vna voce solueret quęstionem:sicut ꝛ cęteros fecisse monstrauimus:sed magis cõdecet ob veritatẽ laborẽ paulisper ꝛ peregrino aurẽ accõmodare sermoni:q̃ de aliena lingua factã alibi falsam referre sententiã.

ꝛMendicus penulti.ꝓ.o.a mente:ꝙ mentẽ eius fefellerit fortuna:Vel a medẽdo:quia precẽ omnes:vt vitę ꝛ medeantur cibo.Vel ꝙ manu indicet.¶Hinc

ꝛMendicitas ꝛ mendicimoniũ. Laberius pro inopia:ꝛ mendiciter per inopiam.

ꝛMendico as.pe.ꝓ.o.vitę alimenta postulo.Iuue.Area nam iudęa tremens mendicat in aurem.

ꝛMendicabulũ mendicatio.¶Plau.ꝛMemorare nolo hominum mendicabula.

ꝛMenecis pe.ꝓ.o.vbs ¶Phocensium vltima quę adoccasum vergit.ꝛMenecina vbs in Oenotria a qua ꝛMenecinei ꝛ ꝛMenecinij populi.

ꝛMenechmus apud ¶Plau.comędia:in qua menechin⁹

ꝛMeneleus vnus ex Centauris.Ꝛc. (introducit.

ꝛMenelętus auis ex aquilarũ genere minima magnitudine:viribus ꝑcipua:colore nigricans:quę sola fętus suos alit:frequenq; versat in montibus.Ꝛc.

ꝛMenestho nomen nymphę: a memorãdo dicta.Unde ꝛMenesthens propriũ nomẽ aurigę Diomedis.Ꝛc.

ꝛMeno.Uide ꝛMemini.

ꝛMemonia:gemma de qua nisi q candida est:nihil aliud cõmemoratur.Ꝛc.

ꝛMenomenon genus est mellis:quod ab insania quam gignit sic vocatur.Ꝛc.

ꝛMenęs nomen insulę ex aduerso minoris Aphricę:vt lib.v.docet.¶Pli.quę in longitudinem patet.xxxv.ꝛM.pas. in latitudinem viginti quinq;.

ꝛMendesiũ vnguentũ dictũ a ꝛMẽdeso Aegypti vrbe.

ꝛMensa est super quã sedere solemus:siue ligneũ siue lapideum.Vergi.¶Pars epulis onerãt mensas ꝛ plena repo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nunt pocula. Duo autē fuerūt apud Romanos ptiosissima mensarū genera: citrea. s. et acerna. Quādoq; mēsa ponitur ꝑ prandio vel cena. Iuue. Cum de tot ꝓclaris obibus: et tā antiquis vna comedūt patrimonia mēsa. Vnde et primę et secūdę mēsę. i. ꝑmi et secūdi cibi. Ter. Mō egō te dijs et mēsis accepta secūdis Trāsierim Rhodia. Mensa etiā Trapeza dicit. i. tabula qua argētarij vtunt. Antiq mēsam vasorū quadratā habuerūt: vocaruntq; vinariū. Fuit et mensa vinaria rotunda: noīe Libantū: a cilice poculo greece calice. Altera erat vinaria mēsa quadrata vna colū nella subnixa: et Cartibulum vocabat.

Mensarius campsor: pecuniaz argentarius a latinis dicitur: a grecis trapezita. Sed nummularij et mensarij sunt minutiores: non tenētes libros: in quibus data: acceptaq; scribuntur: quos greci collyristas dicunt.

Mensis a metior deducit: quasi res numero dierū mensa. Cice. lib. ij. de na. deorū. Qui quia mensa spatia cōficiūt menses nominant. Macro. a greco μήν. i. a luna trahit. Naz lunę curriculo mensis cōficit. Hinc trimestris triū mēsium. Aug. lib. xv. de ciui. dei. Arcades: quorū anni Trimestres fuerunt. Bimestris duorū mensiū.

Mēstruus a. um. quod fit singulo mēse: vnde mēstruus fluor: qui mulieribus singulis mēsibus accidere solet. Hiero. in Leui. Quę post menstruū sanguinē fluere non cessat. Luc. lib. v. Mēstruus in fastos distinguit secula consul.

Menstruū substantiuū mulierū. pfluuiū est: qđ nō multi: sed vitiosi humoris indiciū est. Nō digestū est enī et crudū qđ egerit: et quasi infirmū effluit. Nec habet sedē: sed natura quasi noxiū et magis frigidū pellit: qđ maxime ꝓbatur quia mulieribus cū purgant: algere contingit: vnde intelligitur frigidū esse quod effluit. Et ideo in vino corpore non manere: quasi inopia caloris extinctū. Menstrui virus describit. Pli. lib. vij. his verbis. Sed nihil facile reperiē mulierū pfluuio magis monstriferū. Acescunt superuētu musta: orta sterilescunt: fruges moriunt: hortoz germina et fructus arborū quib⁹ insedere decidūt: speculorū fulgor aspectu ipso hebetat: acies ferri ꝑstringitur: eboris q nitor: aluei apū moriunt: ęs etiā atq; ferrū rubigo ꝓtinus corrumpit: odoraq; virus aera: et in rabiem agūtur gustato eo canes: atq; insanabilis veneno morsus infigitur.

Menstrualis idem quod menstruus. Plau. in ca. Quibus solebam menstrualis epulas ante adipiscere.

Menstruatus a. um. quod menstruū patit. Vnde dicimus menstruatā mulierē.

Mensurnus a. um. a mense: sicut diurnus a die. Cic. ad Veren. Pars quędā eternitatis cum alicuius animi mensurni: diurni: nocturni. vespertini: certa significatio habet.

Mensura instrumentū quo metimur: quā quidā a mēbris humanis dictā putant. Hinc mensuro as.

Meniana edificia sunt porrecta extrorsus. Sic dicta ꝙ ꝓmo a Menio: qui primus in foro vltra colūnas iecit tigna: quo ampliarent superiora spectacula: vulgo nūc podioli: et lobię dicuntur. Scribit Porphyrio Menū scurilitate notissimū post abrosum patrimoniū vendidisse domum quā habuerat ad forū spectātē: vna sibi excepta columna: vnde gladiatores spectaret. Quę ex eo Menij columna nominabat. Hiero. ꝯo in psalmorū interptatiōe sic habet. In Palestina et Aegypto non habent in tectis culmina: sed domata quę Romę vel Solaria vel Meniana vocāt: plana tecta qđę transuersis trabibus sustentantur. Fortassis ab hoc Menio dicta sunt Solaria illa quę greci domata nuncupant. Nam Men⁹ super columna cui⁹ius sibi exceperat tectū protecit: et tabulata vnde ipse et posteri eius spectare munus gladiatorū possent. Sue. Plau. cie proximis menianis spectabant.

Mentha cum h: herba vulgo nota: dicta ꝙ grato odore mensas percurrat. Apud grecos minthya dicebat a nomine Minthes: quā ferunt pellicē Plutonis a Proserpina deprensam in menthā deformatā fuisse.

Menthastrū syluestre holus: dictū ꝙ Menthā imitet.

Menta genitale mēbrū. Cuius diminutiuū est mentula: a quo mentulatus: vt in Priapo. Deus Priapo mentulatior non est. Dicit et mēbrū per excellentiā: quoniā ipm solū generat. Vocat ꝓterea nuto. Hora. lib. j. Ser. Hinc si mutonis verbis mala tanta videnti Diceret hęc animus. Hinc Mutoniat⁹: vt illud. Dormis cū pueris mutoniatis Et apud veteres mutun⁹ qđq; et Tutun⁹ dr priap⁹: q mēbri de⁹: mēbrū qđq; significat. Lactā. lib. j. Et utun⁹ in cui⁹ sinu pudēdo nubētes ꝓsidēt: vt illarū pudicitiā prior deus delibasse videat. Appellat et Terpa ab inuersa pellicula.

Mentū ab eminendo: a gula eñ eminet. Et q̄uis Pli. dicat mentū nulli ꝓter hominē esse: tamē Hiero. lib. Reg. scribit Dauid apphendisse mentū leonis et vsi: et eos suffocasse. Et Plau. in menę. Glandionicam suillā: lardum: pernam. Itidem autem synciput: aut menta porcina.

Mentagra morbus dictus a mento: a quo incipit: et faciem quidē: collū: pectus: manusq; fędo quodam furfure occupat. Alio nomine dicitur Lichena.

Mentor oris. pe. co. artifex in vasis cęlādis mirus. Iuue. Rarę fine Mētore mēsę. De ꝟ Pli. lib. xxxiij. Hinc mētore⁹ a. um. Prop. Lesbia mētoreo vina bibas opere.

Mentigo pe. pro. genus morbi. Col. lib. vij. Est aūt mētigo: quā pastores Ostigenē vocant mortifera lactentibus Ea plerūq; fit si per imprudentiā pastoris imissi agni vel etiā hędi roscidas herbas depauerūt. Sed cum infectum est os atq; labra fędis hulceribus obsidet.

Menus Germanię fluuius: vbi Silurus equū tranantem demergit.

Meo as. vado. Lactan. lib. iij. Itidebāt sydęr cursus in occasum meantiū. Et meare: fluere: manare. Vnde meat⁹ quos greci poros vocant. Pli. Succus maluę decoctę poros: hoc est meatus suaues facit. Huius cōpōsita sunt: Cōmeo: permeo: Remeo: et transmeo.

Meonia: vide supra Mygonia.

Mephitis pe. pro. terrę puto: ex aqua maxime sulphuratis atq; corruptis ꝓuenięs. Verg. lib. vij. Squamaq; exhalat opaca mephitim. Alij Mephitin deum esse volunt Leucotheę connexū: sicut est Veneri Adonis: Dianę Virbius. Alij Iunonem intelligunt: quā non nisi ex corruptione aeris nasci: sicut bonū odorez de aere incorrupto: vt sit mephitis dea odoris grauissimi. Hinc mephiticus a. um. apud Sidonium pro fętulento.

Meracus a. um. pe. pro. sed vt puto falluntur nonnulli. Nam Verg. Constitui meracas ediliciq; notas: vbi pebrius est: nec rationem video quare producere penultimam debeat. Vide in dictiōe Merus. Elsen. Vbi Ver. id dicit: viderit author. Alij certe producunt.

Merces cis. quicqd emit: vendit̄ve lucri causa. Aug. Inuenit viles merces terrenas: et terrestribus attulit peregrinas et cęlestes. Et mercis noīe continent res tm̄ mobiles: non tamē hoīes cum ob eā rem mangones et mercatores: sed venaliciarios appellarit vt mella. Hinc commercium. Merces ꝯo mercedis: a merēdo gre inquit Var. Iuuena. Scire volūt omnes: mercedem soluere nemo. Est enī merces ꝓmiū quod datur pro labore seu stipendio.

Mercenarius q̄ mercedis gratia operā ꝓstat. Col. Siue mediarū facultatū dominus ex mercenarijs aliquē recusantē tam quotidianū illud tributū q vectigalis esse nō possit: ignarū rei cui ꝓsitur⁹ est magistrū fieri iubet.

Mercenari⁹ a. um. qđ ad mercedē pertinet. Lactā. li. vj. Ipse pluribus locis clamas mercenariā nō esse virtutē.

Mercimoniū et cōmerciū est cōtrectatio qđā mercimōnij: cui a patre patrimoniū. Plau. Vt vos i vostris voltis mercimonijs Emūdis: vendundisq; me lętū lucris Afficere. Idem in cur. Sed quid agit meū mercimoniū apud te.

Merco: aris. lucri causa mercaturā exerceo: vel etiam simpliciter emo. Et quādoq; actō solo cōtentū est. Teren. in Heau. Agrū in ꝓmo hic mercatus est. Quādoq; cum ablatiuo ꝓtiū denotante iungit: sicut fit in Emo. Gell. Libros tris reliquos mercat nihilo minori prętio. Quādoq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ablatiuo a vel ab mediante: sine pretio expresso. Cice. li. of fi. Sordidi etiã putandi qui mercant a mercatoribus qõ statim vendant. Quãdoq; dativo. Terẽ. Quidã Eunuch⁹ quem mercatus fuerat frater Thaidi. Quãdoq; cũ dativo & ablativo construit. Aug. li. ix. con. Et placuit mihi in cõspectu tuo non tumultuose abripere me: sed leniter subtrahere ministeriũ linguę meę nundinis loquacitatis: ne vltrius pueri meditantes infamias mẽdaces & bella forensia mercarentur ex ore meo arma suo furori. Ex his colligit nõ solũ mercor: sed & alia verba emptionẽ vel acquisitionem significantia: vti posse hmõi constructione: si eũ a quo vel vnde & cui id emimus exprimere voluerimus. Cõposita sunt Cõmercor. Plau. in ca. Pater ergo captiuos cõmercatur alios. Pro: emercor: ante alios mercor.

Mercato: qui emit siue vt teneat: seu vt alteri vendat: & qui mercaturam exercet.

Mercatura ars seu actus mercandi. Cice. li. j. offi. Mercatura autem si tenuis est: sordida putãda est. Sin magna & copiosa multa vndiq; apportans: multiq; sine vanitate impertiens: non est admodũ vituperanda.

Mercatus us. idẽ quod mercandi actus. Liui. li. j. Tullius ad Feronię fanũ mercatu frequẽti negotiatores Romanos cõprehẽsos querebatur.

Mercatus ti. locus in quo res venditur: qui & ẽpo: riũ dicitur. Cice. lib. offi. Quo cũ tanq; ad mercatũ bonarum artium profectus sis: inanem redire turpissimũ est. Teren. in Adel. Emptę mulieres cõplures: & item hinc alia quę porto in Cyprũ: misi eo ad mercatũ venio damnum maximum est. Bona. Mercatus locũ: tẽpusq; signat.

Mercatus a. um. participiũ: vt Teren. Atq; in proximo mercatus est.

Mercalis quasi vendibilis. Colu. lib. viij. Ex his singula capita quę videntur esse robustiora in supplementũ gregis reseruant: cętera mercalibus tradunt. i. vendibilibus. Hinc componit Promercalis: de quo infra.

Mercurius: quasi medi⁹ inter hoies currens: q̃ sermo curat inter hoies medius. Ideo Hermes grece: q̃ sermo vel interptatio: quę vtiq; ad sermonẽ pertinet Hermenia dicit: vnde & mercibus prẽest: quia inter vendẽtes & emẽtes sermo sit medius. Ideo ei alas in capite & pedibus ponunt: volẽtes signare volucrem ferri per aera sermonem. Ideo nuntiũ dictũ: quoniã per sermonẽ omnia cogitata enuntiant. Dictus est de⁹ facũdię. Nam hoibus loqui pstare dicebat. Dictus est deus mercatorũ: palestrę: furum: nuntiusq; & interpres deorũ. Lyrã inuenit. Hermaphroditum ex forore Venere genuit. Martem e duris carcerib⁹ liberauit. Argum interemit. Prometheũ in Caucaso religauit. Iouis filius fuit ex Maia Athlãtis filia. Hic dict⁹ est Hermes trimegistus: hoc est ter maximus.

Mercurialis: herba quã greci Linozostin vocant: cui⁹ duo sunt genera: masculus & fęmina.

Merda: a meros quod est pars: & edo comedo. Est em̃ cibi excrementũ: hoc est pars eor quę comedimus. Hora. lib. j. Ser. Mẽtior: at si quid merdis caput inquinet albis Coruor: & in me veniat mictum atq; cacatũ. Hinc fit merdo. as. a quo pmerdo: quod est fędo & cõspurco. Albi⁹ Vt faciunt pueri qui omnia pmingũt atq; permerdant.

Merenda cibus qui datur post meridiẽ. Vnde & merẽdo as. Calphur in buc. Sereq; videbitur hora merendę. Plau. in mus. Visis ne forte ad merendam quopiã diuorteris: atq; ibi melius q̃ satis fuerit biberis.

Mereo es. & mereor eris. depo. a mercede fiũt: & ambo merui itũ. faciũt. Et tria significãt. Primo aliquid mercedis p labore paro vel sumo: seu dign⁹ sum. Vernaculo sermone dicimus meritare. Oui. lib. iiij. met. Quã meruit pęnam solus: digessit in omnes. In bonũ: vt merui qui laude coronã. Et cum dicimus: nihil mereꝰ: significat nihil mercedis dignus est accipere. Teren. Ego Charine neutiquã officiũ liberi hois esse puto: cum is nihil pmereat postulare id gratię apponi sibi. Plau. in Cap. Vale atq; salue & si militer vt dicã meres. Quãdoq; etiã de turpi lucro dicitur vt sit merere sordidũ quęstũ facere. Var. in Eu. Primũ iste qui meret sestertio vicenos. Vnde & meretrix & meretricia taberna: & meritorij pueri dicunt. Secũdo pcat cõsero: in seruio: seu tracto. Et tunc cõstruit cũ ablatiuo mediãte de vt mereo: de te. i. aliquid in te cõsero. Et hoc in ambiguũ Si de beneficio intelligimus: bene mereo: de te dicimus Terg. li. iij. Si bene quid de te merui. i. si in aliquo tibi beneficiũ cõtuli. Si autẽ de offensiõe: male mereo: de te. Lice. Mãq; quo in hominẽ petulantẽ & male de nobis meritum esse debuim⁹: In bonũ tamẽ sine bene vsus est Ter. lib. vj. Quiq; sui memores alios fecere merendo. Mõniq; per ambiguũ sensum sine vtroq; dicim⁹: vt quid de te sum meritus? Et aliquando p negationẽ: vt hoies nihil de me meriti sunt: hoc est nec bene mihi nec male fecerunt. Tertio significat stipendia facio in militia: ⁊ est stipẽdij gratia milito & dimico: & tũc dativũ & ablativũ requirit: vel absolute ponit. Luc. Aere merẽt parũo. Sta. lib. iij. the. Nõ hi tibi solũ Amphiarae merẽt. Luc. lib. vj. Segua viro nomẽ castrorũ in plebe merebat. Ouidi. in fas. Totidẽ pilan⁹ habebat Cor: pora legitimo quiq; merebat equo. Aliqñ etiã accusatiuo iungit: vt apud Sue. Prima stipendia meruit. Et in hac significatõe fit meret impersonale: vt author est Ser. lib. iij. enei. Hinc etiã emeriti milites: & emeriti stipẽdia dicunt: q̃ militia pfuncti sunt. i. q̃ perfecte meriti: & expti senio a labore efficiunt. Pli. lib. xj. Nouissimeq; testis & iã emeritis inchoate. Hõnunq; etiã passiue sumit: vt apud Quintilia. Emeritis huic bello stipẽdijs. Et per translationez emeriti boues dicunt: & quędã alia. Emeriti so senes solent habere eos q̃ p se laborẽt: q̃ dicunt p alio opus agere. Cõposita sunt Cõmereo: demereo: emereo: pmereo: siue cõmereo: demereo: emereo: & promereo.

Mergeo es. mersus cum ę diph. sin Var. a marceo fit vnde prima vocalẽ accipit: q̃ co: p⁹ etiã marcescere facit mẽror. Aliquãdo cum ę diph. scribũt. Est aũt mergere tristari & dolore affici: vnde & cũ actõ quãdoq; cõstruit. Cice. Terentię. Ai te quidẽ oĩa fieri fortissime & amantissime video: nec miror: sed mereo casum eiusmodi: vt tantis tuis miserijs meę miserię subleuent. i. doleo. Itẽ deplorare: vt apud eundẽ li. j. Tus. Et illa sicut acerbissimã rem meret. Et iterũ. Cũ grauiter filij mortẽ mergeret. Inuenit etiã mergeret impersonale cũ significato sui verbi. Ai mergeo fit mergeor: męstitia: męstitudo: męsto as. & męstifico as. & męro as. mergetem facio. Pacu. Qui multis merauit modis.

Meritũ pstitũ dicit. Et quoniã tam de malo q̃ de bono dici põt: p loco intelligendum est. De bono. Plancus. Quid em̃ tibi p maximis tuis ac pene imortalibus in me meritis pstare amplius possim. De malo. Latinius. Scis meã fortunã nescio quomodo facile obtrectatores inuenire non meo me hercle merito. i. culpa. Vnde Angu. lib. de gratia & libero arbitrio: bonũ meritũ & malum meritũ appellat. Ita vtiq; inquit iam merita sua bona cõmemorat vt post pauca merita consequat coronã: qui post mala merita consecutus est gratiam.

Meritus a. um. q̃d est congruũ & conueniẽs. Ver. Meritos aris imponit honores. Hui⁹ cõtrariũ est imeritus: a. q̃ bus meritissim⁹ & imeritissim⁹. Terẽ. in Phor. Jãdudũ reos nos accusare audio imerito: & me oim hoz imeritissi

Merito adverbiũ. i. digne. vt in Gñ. Merito hęc (mi patimur: quia peccauimus in fratrẽ nostrũ.

Meritus substãtiuũ: mons est in tertio Europę sinu.

Merto as. a supino vbi mereo: pcat dign⁹ sum & milito.

Meritorius a. um. quod quęstũ facit cor: pore suo. Vnde equi meritorij: & meritorię Rhedę: q̃ quęstus gratia locantur aut conducunt. Et scorta mascula: pueri meritorij: q̃ lucri causa prostituunt. Nam puellę non vocant meritorię sed meretrices. Meritorij nãq; vt meretrices pretio merẽt Cice. in Anto. Ingenui pueri cũ meritorijs: scorta cum matribusfamilias versabant. Taberna meritoria diuersorium atq; hospitiũ mercenariũ: vbi cuiq; introire licet dãti mer

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cedẽ. Ratio ꝙo meritoria: quasi vilis ⁊ male coempta. Alii qñ meritoria absolute dicit ꝑ tabernis mercede cõductis. Iuue. Nam qui meritoria somnũ Admittunt?

Meretrix a merendo: nam mercede suã exercet militiã que copiã sui tantũmodo facit. Ideo honestioris loci est ⁊ quæstus. Prostibulum: qđ ꝓ stabulo: id est ante stabulũ stet. Vnde ⁊ Plaut. in Cist. Intro ad bonam meretricem: in via sola prostibula sane est.

Meretriciũ ipsa meretricandi ars. Meretricius a. um. quod est meretricis: vel qđ ad meretricem pertinet: vt ars meretricia. Terẽ. in Heau. Ignarã artis meretriciæ.

Meretrico: pe. p. scor. Gel. Thais meretricãdo magnam pecuniã demerebat.

Meridies medius dies: quasi medidies. Nam vt inquit Var. antiqui nõ r in hoc dicebãt. Et semp masculinũ est: q: certũ diei tẽpus significat. Hinc meridianꝰ a. um. quod ad meridiem spectat: ⁊ pomeridianus: de quo infra.

Meridio as. ⁊ meridiõr: depo. significat cibũ meridianum capio. Plau. Ientando: meridiãdo: conuiuando: per græcando vitã ducere. Hinc meręda dicta est. Aliqñ significat somnũ meridianũ capio. Cor. Celsus. Lõgis diebus meridiari debet: potius ante cibũ vtile est. Sin minꝰ post eũ: per hyemẽ potiꝰ totis noctibus cõquiescere. Sueto. de Nero. Missos a Messalina ꝙrore Claudij: q eũ meridiantem ꝙsi Britanici æmulũ strãgulare ẽt. Hinc meridiatio ges meridiana. Cice. lib. ij. de diui. Tũc ⁊ lucubratiões detraxi ⁊ meridiationes addidi: ꝗbus antea vti nõ cõsueuerã.

Mergo is. si. sum. sub aqua pono. Cuiꝰ composita sunt Demergo: quod est deo: sum mergo. Qđ fit cuꝫ aliqđ sub aqua vel sub terra ⁊ hmõi figit. Lactã. lib. iiij. Non vt poetæ Arionẽ mentiunt in pelago incedentẽ: qui demersa corporis parte: humeris supereminet vndas. Col. lib. ij. Neqꝫ pecori maior a nisi cum ficcissimũ est: quoniã demergũt vngulas ⁊ atterũt: scinduntqꝫ radices herbarum. Demergo: diuerse mergo. Lactã. lib. vj. Quę autẽ ab illo altero id habent officiũ: vt cęlestibus auocatũ: terremisqꝫ diuersum: ad pœnã interficiant sempiternã: qđ est sũmũ malũ. Emergo: extra mergo: ⁊ quasi ex loco vbi submersus fuerã exeo: ⁊ eo: ⁊ in lucẽ ꝓdeo. Liui. li. j. Primũ ex ꝓfunda emersus palude. Terẽ. per. trãlationẽ in And. dixit. Facile ex illis sese emersurũ malis. Immergo: intus mergo. Vir. lib. iiij. Gnei. Thastoꝫ immergite ponto. Submergo: subtꝰ mergo.

Mersso as. sæpe mergo. Col. lib. viij. Quarto die si est vicinia maris ad littus deducta: mersat ouis. Aug. lib. ij. cõ. Per translationem. Æstuabat imbecillã ętatẽ abrupta cupiditatũ: atqꝫ mersabat gurgite flagitiorũ.

Merto as. idẽ qđ merso. Acciꝰ. Tel hic q in ea parte est frenata impudẽtia ꝑsentẽ ꝑsens dictis mertare instituit.

Merge fur culę qbus acerui frugũ fiunt. Dictę a mergis volucribus: q: vt illi se in aquã mergũt dũ pisces psequuntur: sic messores eas in fruges mergunt: vt eleuare possint manipulos.

Mergus gi. auis: dicta q se in aquã cibum captans assidue imergat: quẽ alij mergonẽ appellant. Virgi. lib. j. geor. Cum medio celeres reuolãt ex æquorę mergi. Huiꝰ auis natura est: vt sæpe mergens aurarũ signa colligat: ⁊ ꝓuidẽs tẽpestatẽ futurã ꝓpere medio reuolat æquore: ⁊ ad littorũ tuta cũ clamore cõtẽdit. Est ⁊ mergꝰ in vite: vt docet Col. lib. v. q ait. Mergi gẽꝰ est vbi supꝰ terrã iuxta suũ admini culũ vitis curuat: atqꝫ ex alto scrobe submersus ꝓducitur ad vacantẽ palũ. Palladius. Mergũ dicimus quoties velut arcꝰ supꝰ terrã relinquitur alia parte vitis infossa.

Mergꝰ oris. genꝰ vasis: quã nõnulli Situlã appellãt.

Mergulus instrumentũ quo lampadis Ellychnus cõtinetur: alio noie emunctoriũ: vt apud Hiero. in Leui.

Mergites pe. cor. spicaruꝫ manipuli a mergendo dicti. Virgi. lib. ij. Geor. Aut fœtu pecorum: aut cerealis mergite culmi Exoueruꝫ oneret.

Mermeros vnus ex Centauris. Lc.

Mero dictus est Nero: q ĩpedio vinosio: esset. Lc.

Meroctes lapillus porracei coloris q̃ lacte sudat. Lc.

Meroe es. dictio trissyllaba insulę Nili metropolis: a q̃ ⁊ tota insula Meroe dicit. Hãc Cambyses cõdidit a nomine sororis Meroe. Cũ enim Aegyptũ omnẽ occupasset Meroẽ secũ vsqꝫ ad Aegyptios duces ꝓcessit. Quę cũ ibi morte obijsset: vbi nomẽ indidit. Forma insulę scuto persimilis. De qua Luc. li. x. Surgite rupto Ambit nigris Meroe, fœcunda colonis. Patet longitudine stadiorũ tribꝰ milibus: latitudine mille. Effodiunt in ea aurũ: argẽtũ: ęs: ferrum: ebenũ. Præterea fert et lapidũ multiplex genus: distatqꝫ a Syene quinqꝫ milibus stadi. vltra quã est adorti dam zonã. Exuperat omnes alias Nili insulas: quas circiter septingentas esse scribit Diodorus.

Merops apiastra auis quę apes comedit. Virgi. li. iiij. geor. Meropes alięqꝫ volucres. Et meropes diuersarum linguarũ homines dicunt: ab μερίζω: quod est diuido et ὄψ per o breue: quod significat vocem.

Meropus pe. cor. mons Græciæ iuxta Thessaliã: varijs ꝓruptus anfractibus.

Meropen. pe. pro. insula dicta: vt quidam existimant a Merope terrigena Triope filio.

Meros mons Indiæ: sub cuiꝰ radicibꝰ est Nisa ciuitas

Merus a. um. quod est solũ. Terẽ. in Phor. (cõstituta. Nihil habet nisi spem merã. Vnde merula auis. Per trãslationem ponit ꝑ puro. Cice. lib. ij. de ora. Ecce tibi exortꝰ est Isocrates magister istorũ omniũ cuius e ludo tanqꝫ eq Troiano meri principes exierũt.

Merũ substantiuũ ponit ꝑ vino solo sine aqua.

Merax ⁊ meracus a. um. pen. pro. eo q̃ est solũ ⁊ purũ. Propert. Aly pereat quicũqꝫ meracas Repperit vuas. Vnde vinũ meracũ dicimꝰ quod merũ est: nulla aqua admista. Hinc cõparatiuũ meracior: ⁊ superlatiuũ meracissimꝰ. Vnde meracus bibere dicunt: qui minus aquę vino miscent. Sicut ecõtrario lymphatus dilutiusve qui plus aq̃ adhibent. Celsus. Præcipue hyeme meracius bibendum esse: ętate dilutius. Hiero. in Deutero. Et sanguinẽ vuę bibet.

Meribibulus qui vinũ sine aqua (berũt meracissimũ. bibit. Aug. Cum temeti auidior eẽt: quadã die ab irata ancilla per cõuitiũ appellata est meribibula: q̃ res tũ ei pudorem iniecit: vt postmodũ sobria prorsus fuerit.

Merula auis sic dicta: ꝙ sola volet: ⁊ solitaria pascatur quasi mera volans. Quo nomine etiã dictus est fluuius in Albouintimilio oppido.

Merysmos a græcis dicitur figura apũd Rhetores: quã latini distributionẽ vocant. Lc.

Merx: mercatura. Differũt tñ inter se: ꝙ merx est species ipsa qua emit: venditurve. De mercatura vide supꝰ. Lc.

Mesa fluuius notus per Leodiũ fluens: ⁊ per Brabantiam ac Geldriã. Vulgo tamen mosa dicit: ⁊ continuo se cum Rheno. Est ⁊ Mesa pars in domo apiũ. Victru. Latine dici mediana auctor est.

Mesauli ędium itinera dicuntur: ꝙ inter duas aulas. i. duo atria sint interposita: nostri Andronas vocant. Lc.

Mesen ventũ dicunt inter Boream ⁊ Græciã. Lc.

Mesos græce medius latine. Meson moderatum. Mesonyction media nox.

Mesopotamia regio inter Euphraten ⁊ Tigrim in maiori Asia. Nam μέσος medius. ποταμὸς fluuius. Amb. lib. de parad. Mesopotamia dicit ꝙ Tigris ⁊ Euphrates in cluserint eam: eo ꝙ inter duo flumina constituta sit. Quod etiã longe positis nomen ipsum ⁊ opinio cõmunis exprimit. Habet enim Tigrim ab oriente: ⁊ Euphraten ab Occidente: a meridie Babyloniã. Mesopotamiã impinguat Euphrates: vt inquit Solinus: annuꝫ inundationis excessibus terris superfusus. Hęc regio etiam dicta est Seleucia: vt lib. vj. refert Plinius.

Mesoleucos gẽma quã nigra linea alba distinguit. Lc.

Mesomelas gẽma quã alba linea nigra distinguit. Lc.

Mesosphęrũ vocant nardũ minoribus foliis. Lc.

Mesapia Apulia: a Mesapo rege sic appellata.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Messana pe.pro.ciuitas Siciliæ a qua Messenenses dicti sunt. Sil.lib.xv. Incumbens Messana freto nimbusq; reuulsa. Hanc vbem condidere Messenij in Peloponneso in Peloponneso: vbi ad orientem maxime eo colonos misissent: ipsi quoq; Mamertini potius q̃ Messanenses sunt vocati.

Messene ciuitas Græciæ Messenię in Peloponneso: a qua Messenij. De qua Hiero. contra Ioui. Spartiatę & Messenij diu inter se habuere amicitias: intantũ vt ob q̃dam sacra etiã virgines ad se mutuo mitterent.

Mespanense vnum ex ostijs Rhodani flu. Lc.

Mesochorus pe.cor. fistulator: cytharista in medio saltationum. Sido. Nullus ibi Lyristes choraules mesochor⁹ tympanistria psaltria canit.

Messala dict⁹ est Valer. Cominus: q: Messanã in Sicilia vicit: et vbis captę in se trãslato noie Messana pmo appellatus est: paulatimq; vulgo pmutãte literas messala dici⁹ est. Vnde & Messalarũ familia Romę florentissima: ex qua Messala Corninus orator nobilis ortũ habuit.

Messalina, nomẽ filię Barbati Messalę Psobrini Claudij imperatoris. Quę cũ adolescentula esset ipsi Claudio semi nupta fuit: sũme libidinis mulier: ita vt inumeris adulterijs se summiserit: & mutata veste lupanaria celebraue/rit. Quinetiã cum scorto famosa aliquãdo certauit: & superatã a se meretricẽ gloriata est: & se inter diẽ & noctẽ. xxv. passam concubitus affirmauit. Pręterea sese labore potiõ fessam q̃ cõcubitu satiatã destitisse. Tandẽ ab ipso Claudio supplicio affecta est: cum. C. Silio nupsisset.

Mespilus pe.cor. genus arboris: cuius fructus mespilũ Palladius. Mespilus admisso germine tuta subit. Idem Mespilaq; exarmat pugnacibus horrida membris.

Messyas hebraice: græce christus: latine unctus dicitur.

Messis duo significat: tẽpus scz metẽdi & rem pro tẽpore: scz quãdo fruges metunt. Vergi. Ante focũ si frigus erit si messis in umbra. Pro re: hoc est ꝑ segete ipsa iam matura. Idem in Geor. Atq; interfice messes. Nec solũ de frugibus: sed etiã de uua dicitur. Dicta messis a metendo: vel a medio: vt inquit Var. lib. j. de re rusti. Metitur enĩ vt stramentũ mediũ subsecetur. Nam qui metunt manu sinistra summũ prehendunt: infra manũ stramentũ quod terrę hęret postea subsecatur.

Messorius a. um. qđ ad messorẽ ptinet. Cice. Messoria se corbe cõtexit. Messor q metit: messio ipsa metẽdi. i. secãdi actio. Et operã messoriã dicimus qua quis metit.

Mesia prouincia q̃ Pannonię iungit ad pontũ vsq; cũ Danubio decurrẽs. Sue. de Tibe. Armenia Parthis occuparat: Mesiã a Bacis Sarmatisq; Gallias a Germanis vastari neglexit. Sunt q̃ nomẽ cũ e scribãt Mesea.

Met syllaba: piam: pte: o: natus causa ponunt: & aduerbia sunt. Vt egomet: quispiã: tute. Sed met iungit casibus omnibus pronominũ primę psonę: tam pluralis q̃ singularis numeri absq; genitiuo plurali: vt egomet: memet: nosmet: & reliqua. Secũdę po psonę obliquis tm̃ casibus: vt tuimet: tibimet. Nominatiuo nõ addũt: ne verbũ putet tumet a tumeo: sed tute: tutemet, pfertur. Et q̃dẽ sic iuncta discretionem significat: vt ipsemet. i. ipse solus: & nõ cũ alijs: vel ipse per se: & non per alios. Pte cum quinq; ablatiuis iungitur: vt meapte: tuapte: suapte: nostrapte: vestrapte. Tetimiliter cũ pnomine secũdę psonę idem efficit: vt tute id fecisti. i. tuipse per te: & non per aliũ. Tete vtraq; pducta: vt meme: sese. Lõposita ostendunt acẽtu acuto. Le po additur fere his quę in c definũt: hic: hęc: hoc: apõ antiquos casus: vt hocce: hoccine. Vnde hoc quasi duabus consonantibus producit. Ver. Hoc erat alma parens: quod me per tela per hostes Eripis? Teren. Hoccine est credibile: aut memorabile factũ. Hicce: seu hiccine: ficce siue ficcine: hęccine: hãcine: Illicce: isticce: illancine. Teren. Illãccine mulierẽ dixit ꝑ illamne. Apud inniores po p eos casus tm̃ q̃ in s definũt euphonię causa: vt huiusce: hisce: hosce.

Meta congeries seu strues in acutum tendẽs: seu turbo mersus: conos a græcis appellata: quia eẽt posita in diuerso spatio: vl quia eã metiant quadrigę circũcurrẽtes. Moris enim erat septies metã lustrare. Propert. Aut pr⁹ efracto deposcit pmia cursu. Septima quã metã triuerat ante rota. Cũ enĩ iam carceribus emissę ad metas uenissent quadrigę: erat opus vt circũ ipsam flecterent. Vergi. Hic viridem Æneas frõdenti ex Ilice metã Constituit signũ nautis pater vnde referti. Scirent & longos vbi circũflectere cursus. Per translationẽ po quamlibet metã auriga quãdocũq; primũ metã superauerat: iam ad finẽ certaminis peruenisse videbatur: non solũ pro agrorũ termino ponit: quę pyramidali forma effigiari mos fuit. Ouid. Meta fẽni vernaculo sermone la meda. Col. lib. ij. Certe quicquid ad cũmodũ quo debet: ficcatũ erit: in meta extrui poterit: easq; ipsas in angustissimos vertices exacui. Sic enĩ cõmodissime fẽnũ defendit a pluuijs. Sed pro quocũq; termino ac fine. Vergi. Mis ego nec metas rerũ: nec tẽpora pono. Sil. Tot mẽtis finẽ metãq; laboris orat. Hinc pueniisse ad metã dicim⁹: q; iter aut aliud op⁹ ꝑfecerint. Accipit etiã q̃q; ꝑ inferiori parte molę: sicut Catull⁹ ꝑ supino. Est & meta ppositio græca: & in fine acuit: & modo cum: modo trans: modo post significat: a qua multa componuntur.

Meta lactis & caseus q̃ factus est ad formã metę. Mar. Fert ille ceris caua cũ suis mella: metãq; lactis Massinate.

Metapsychosis pe.pro. Scribit enĩ μετεμψύχωσις (de sylua. subitus transitus ad diuersa corpora.

Metemp sichosis ꝑ. pro. latine transanimatio: cum scz de aliis corporibus in alia corpora transeũt animę. Vnde Ouidi. Pythagoreorũ dogma lib. xv. explicans ait. Mortę carent animę semper: quę priore relicta Sede nouis habitãt domibus viuuntq; receptę. Ex hoc Pythagoreę dogmate inducta est ab esu animaliũ abstinentia: ne forte: vt festiuiter ait Terẽ. Bubulã quis de aliquo proauo suo obsonet. Hiero. Probabo non Empedoclis & Pythagoreę nos dogma sectari: qui ꝑpter μετεμψύχωσιν. i. transanimationẽ omne quod mouet & viuit edendũ non putant.

Metabasis latine transitus: metabole mutatio.

Metagram veteres vocauerũt faucium morbũ. Lc.

Metapnium vnũ ex ostijs Rhodani. Lc.

Metapontũ trãspontũ: quo noie dictũ est oppidũ Italię in sinu Tarentino: a quo Metapontini populi.

Metaplasm⁹ dici põt transformatio. Est autẽ trãslatio recti solitiq; sermonis in alterã speciẽ: vel metri: o: natur: vl necessitatis gratia. μέτα trans πλάσμα figmentũ.

Metaphora penul. cor. translatio a Cicerone dicit: fitq; cum nomen aut verbũ ex proprio loco in eum transfertur in quo aut proprium deest: aut translatũ proprio melius est: vt Classiq; immittit habenas.

Metamorphosis pe.pro. trãsfiguratio: seu transformatio latine dicit. μόρφωσις enĩ mutatio transferi.

Metalepsis figura quã modo translatiuã: mõ transumptiuã: modo trãspositiuã dicimus. μετὰ trans. λῆψις acceptio. Fit aũt cũ aliqua dictio aliud a ꝓpria sua significatione ex ijs quę ꝑcesserũt denotat: vt apud Vergi. Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. i. segetes.

Metaphysica ox. tm̃ pluralit supnaturalia dicunt.

Metathesis pe.cor. latine trãpositio: cũ vna litera necessitatis causa ex vno dictionis loco in alium transponit: vt Tymbre ꝑ tymber. θέσις positio dicit.

Methodus. pe.cor. ex μετὰ & hodos aspirato cõponit: & accipit ꝑ via breui & disciplina: dũ ꝑ rõne capit. Vergi. lib. j. geor. Ignaros vię mecũ miseratus agrestes. i. rõnis.

Metonymia cum accentu in penul. latine transnominatio siue denominatio: vt Bacchus pro vino. Similiter cum dicimus pigrum frigus.

Metaurus & metaurũ: Umbrię fluuius in Flaminia decurrens: quę regio Gallia dicebat: vbi Claudius po consul cum Salinatore Hasdrubalẽ interfecit.

Meteoros pe.pro. suspẽsus: sublimis: sublevatus ad aliquam rem. Græce μετέωρος. Inde metheora ars: quę corrupto vocabulo dicit metaura. In his enĩ de rebus subli/

mibus tractatur. Meteoria sublimitas speculatioq; sublimium. Aliquãdo Meteoros dicitur stolidus: & Meteoria stoliditas. Vnde Aristo. Meteorologus: qui sublimia tractat: habet penul. cor. re.

Meteoroscopus pe. cor. qui sublimia respicit.

Metoposcopus qui frontẽ considerat. i. qui diuinat ex facie hominũ: quiq; priuatim ex inspectõe frontis quid cui eueturũ sit: prædicit. μέτωπον frons: σκοπὸς inspector. Pli. Alexãder imaginũ similitudines adeo indiscrete pinxit: vt incredibile dictu Apiõ grãmaticꝰ scriptũ reliqrit quẽdã ex facie hoĩm addiuinãtem: quos Metoposcopos vocant: ex his dixisse aut futurę mortis annos: aut pteritę.

Metagonũ promontoriũ Aphricã a Numidia diuidens.

Metallũ dici põt pscrutatiõe a μεταλλᾶν: qđ perscrutor significat: q; metalla intra terrę venas scrutent hoies.

Metonia pe. pro. vrbs Peloponnesi littoralis.

Metis nympha sic dicta a consulendo: μῆτις enim cõsilium significat. Lc.

Metonomon æstuarię Germanis a loco sic dictũ. Lc.

Methymna vel Methymne vrbs Lesbi: apud quã nascitur bonũ vinũ. Ouidi. Bargara quot segetes: quot habet Methymna racemos. Hinc methymneus a. um. Idẽ lib. xj. Met. Et methymnei potiunt littore Lesbi. Ab hac vrbe ortũ habuit Arion citharœdus nobilis: quem Hero dotus a prædonibus in mari obrutum: & a delphine incolumem deuectũ in portum Athenarũ fabulatur: quem citharœdum esse constat.

Methopion arborẽ vocãt: q̃ in Aethiopia sbiecta Aphri cę nascit: stillãs in harenis suis lachrymã veluti resinã. Lc

Metopũ oleum ex amygdalo factũ: quod & amygdalinum dicitur. Lc.

Meto: aris. proprie significat metas in agris terminãdi gratia dispono & mensuro quo ad locũ. Liui. lib. j. Hęc tibi victor Romulus rex regia arma fero: templiq; his regionibus: quas modo animo metatus sum: dedico. Selil. lib. j. Nam cum fere cõstaret curriculũ stadij: quod est Pisis apud Iouẽ Olympiũ: Herculẽ pedibus suis metatum idq; fecisse longũ pedes sexcentos. Hinc vsus inualuit: vt Metari simpliciter pro disponere ac parare vsurpet. Virgi. lib. ij. Geor. Si tenuis agros metabere campi Densa sere. Vnde dicimꝰ castra ppe Tyberim metatus est. Hinc metator. Luc. Eudax Pelperios venã metator in agros. Pli. lib. xviij. Hunc olineti metator vergiliarũ quadriduo hunc caueat institor calamis: gẽmisq; ioculator. Dicit autẽ metor actiue & passiue. Hor. a. li. ij. Car. Nulla decempedis metata priuatis Opacã porticus excipiebat arcton. Innitur etiã meto as. Virg. in Culi. Metabat sese circũ loca. Compositum a meto: est Emeto: penul. produ. quod est perfecte mensuro. Lactan. de opifi. Nam si peritus architectus cũ magnũ aliquod ędificiũ facere constituit: primo omniũ cogitat quę sũma perfecti ędificij futura sit: & ante emetatur: quem locum leue pondus expetat.

Metior iris. mensus significat mẽsuro: taxo. Vnde meritores appellant agrorũ finitores: & deinensum æstimatum: vel æquatum mensuratiue. Hinc mensura & mensuro as. Cur. lib. ij. Et pecunia deinde Babyloniꝰ Macedonibꝰ equitibus sexcenti denarij tributi: peregrinus eques quingenos accepit: ducenis pedestriũ stipendiũ mẽsum est. Similiter Lice. in Lato. Neq; enim ipsorũ cõuiuioꝝ delectationes corporis voluptatibus magis q̃ cętu amicorꝝ & sermonibus metiebar. i. æstimabã. Quãdoq; metiri ponit p trãsmeare. Virg. Reuincto bipedũ cursu metit equorum. Quãdoq; pro vagari. Hiero. ad Helio. Filius hois nõ habet vbi caput reclinet: & tu amplas porticꝰ & ingẽtia tectorum spatia metiris. Reperit etiam in significatiõe passiua. Idem in Hiere. Sicut enumerari non possunt stellę cęli & metiri arena maris: sic multiplicabo semen Dauid serui mei. Et apud Amos ppheta. Humus tua funiculo metietur. Futurũ indicatiui est metiar & metibor. Supinũ mensum & metitũ. Mensio a mensum: quę est mẽsura. Lice. de ora. Aures eñ vel animus auriũ nuntio naturalẽ quandã in se continet vocẽ omniũ mensionẽ. Virg. Nos tumidum sub te permensi classibus æquor. i. euecti: vt inquit Seruius. Remetior: rursus metior. Idem. Arma deosq; parant comites: pelagoq; remenso Imprimis aderunt.

Meto is. messui messum. i. seco. Et tã de vua & aliis rebus q̃ de segetibus dicit. Virgi. Postremus metito. i. vindemiato. Hiero. ad Helio. Ecce bis acutus gladius ex ore regis ꝓcedens obuia quęq; metit. Lactã. lib. v. Qui virilia sua ferro metat. Huius cõposita sunt Demeto: qđ est deorsum meto. Col. lib. ij. Istud deinceps ꝓcipiendũ habemus: vt demessis segetibus tam in area futuro semini cõsulamus. Catul. Sole sub ardenti flauẽtia demetit arua. Emeto extra vel valde meto. Hora. in Epi. Emetit orcus Grandia cũ paruo nõ exorabilis auro. Rremeto: añ seco. Fest. Rremetiũ qđ plibatiõis causa ꝓmetit. Et habent pe. cor.

Metys purgamentũ cerę: ex quo partem aluei priorem apes illinunt.

Metropolis pe. cor. quasi mater ciuitas. Haq; μήτηρ mater: πόλις ciuitas: hoc est cęterarũ vrbiũ caput. Metropolitani qui ex ea ciuitate oriundi sunt.

Metropolites pe. p. Metropolitanę ciuitatis põtifex.

Metrũ mensura. Et quoniã mensuras versus: a nostris dicunt metra. Definit metrũ: q; sit cõnexio quędã atq; ordinatio pedũ ad delectationẽ aurium inuenta. Hinc fiunt p cõpositionem monometrũ: quod duobus pedibus cõstat. Dimetrũ qđ ẽttuor. Trimetrũ qđ sex. Tetrametrũ qđ octo Pentrametrũ qđ decẽ. Hexametrũ qđ duodecim.

Metricꝰ a. ũ. pe. cor. qđ ad metrũ pertinet: vt ars metrica

Metreta pe. p. genꝰ vasis: qđ ꝓprie ex duobꝰ. (vatis.

Metrodorus pe. pro. mẽsurę donũ: vel mẽsurarũ donũ. Quo nõie dictus est pictor & philosophus Atheniensis.

Metuo is. ui. a quodã motu animi dicit: vt inquit Var. Cum id quod malũ casurũ putat mens refugit: cuiuq; vehementius in mouẽdo: vt a se abeat foras fertur: formido appellatur. Et proprie metuere seruorꝝ est. Vereri liberorꝝ. Lice. in Lato. Metuebant eũ serui: verebant liberi: charꝝ omnes habebant. Quærit Aristo. in Proble. Cur tremunt qui metuũt? An ppter refrigerationẽ. Deficit enim calor atq; cõtrahit. Hinc Virgi. Feliduscq; per ima cucurrit Ossa tremor. Algor & sitis prouocatur: testiculi contrahuntur dentes crepitant & arietantur.

Metus us. timor. Et est sicut Tulpia. scribit: de instanti vel futuro periculo mentis trepidatio: & tam actiue q̃ passiue sumit. Nã metꝰ hostiũ recte dicit: & cũ timent hostes: & cum timent. Capit interdũ metus ꝓ religione. Quoniã vt docet Ser. nata est per timorẽ. Virgi. lib. vij. Multosq; metu seruata per annos. Huius diminutiuũ est meticulus.

Meticulosus a meticulo diminutiuo significat timidus. Plau. in Must. Nescis q̃ meticulosa res sit re ad iudicẽ.

Mevania ciuitas Vmbrię inclyta Propertio alũmno. qua Mevanates populi.

Meus a. um. pronomen possessiuũ: vt meus ager. Cum ego dico: Deus sum: perinde est ac si dicerẽ: Deę potestatis sum. Versi. Postq; meꝰ a prętore recessi. Aliquando eñ meus: tuus substãtiua sunt. Virgi. lib. iiij. Dulcesq; meorũ Reliquias. Et lib. iij. Capedona extrema tuorꝝ. Teren. in Phor. Ego meorũ solus sum meus. Deus carnifex. i. qui me torsit. Idẽ in An. Deus carnifex. Deũ est: hoc est mei officij est. Sic tuũ: suũ: nostrũ & vestrũ officiũ est.

M ante I

Midi vandi casus est a genitiuo mis. Virgi. Et mi genus ab Ioue summo. Lc.

Micare ppie est subinde: & per interualla: vt micę faci

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

unt fulgere. Virgi. Micat ignibus æther. Et quoniã talis quędã variatio dum digitis sortimur apparet: per translationem micare capitur, p digitis sortiri. Var. Micandum erit cum Græco vtrũ ego illius numerũ: an ille meũ sequatur. Et Cice. eũ virũ bonũ appellat: qui cum possis intenebris micare. Et quia splendor tremulus est: & crebro salit: factũ est: vt quãdoq; pro salire ponat. Virgi. Emicat Eurγalus. Quia ꝺo hoc per vices fit: micare capimus pro eo quod est per vices mouere & fine ordine. Idem lib. iij. Ge. Et linguis micat ore trisulcis. Huius composita sunt: Dimico: Emico extra splendeo. Plau. Ex oculis quasi radij emicãnt solis. Aliquãdo extra salio: vt Emicat Eurγalus Intermico: inter vel in medũ mico. Augu. lib. ix. ciu. dei. Id ęq; velut in altissimis tenebris rapidissimo coruscamine lumẽ candidũ intermicare. Promico: extẽdo vel longe iacio: splẽdeoq; Plin⁹. Si qd loqui vis nõ ꝓdocere: multa lõge, pmicãda oratio est. Et in hymno. Pellant emin⁹ somnia ab æthere Christus, pmicat. Et habent pe. cor.

Mihipte, p mihi ꝓpsi posuit. Cat. in quo significato solemus hęc duo pronomina geminare: vt meme: tete. Lc.

Micturio is. penul. cor. Similiter & mictito as. vide in dictione Mingo.

Micros latine parum dicit: a quo multa fiũt cõposita.

Microcosmus paru⁹ mũdus. κόσμος enim mund⁹ dicit.

Micrologus penul. cor. parum sermo: vel parua ratio. vtrũq; enim logos significat.

Micrologia sedulitas quis mõ acqrendi & cura rei vi/

Micropsychos pe. cor. pusillanimus. Nam ψυχὴ (liũ anima: micropsychia: pusillanimitas.

Midas nomen regis Phrygiũ: qui cunctorũ pene regũ opes pecunię abundantia antecessit.

Migale gen⁹ alis rapacis & ingluuiosi. de q̃ in Leuiti

Migro as: ad habitandũ eo. Liui. lib. j. Et Romã (co. inde frequẽter migratũ est a parẽtibus maxime & propinquis raptarũ. Interdũ sine apposito. Cice. lib. vj. de repu. Anteq; ex hac vita migro: cõspicio in meo regno & his tectis Pub. Cor. Scipionẽ. Huius cõposita sunt Cõmigro: quod est in totũ migro. Hiero. ad Damas. Et quia, p facinoribus meis ad eã solitudinẽ cõmigrauit: quę Syriã iuncto Barbarię fine determinat: nõ possum sanctũ domini tot interiacentibus spatijs a sanctimonia tua semper expetere. Terẽ. in An. Ex Andro cõmigrauit huc vicinię. Demigro: de loco discedo. Liui. lib. j. Cum hostes adessent, p se quisq; in vrbem ex agris demigrãt: vrbem ipsam sepiũt prędijs. Emigro exeo. Cęsar. Vt domo emigrẽt aliud auxilium: alias sedes remotas a Germanis petãt. Immigro eo ad intus habitandũ. Cice. li. j. Tuscu. Męq; ea plane videt animus: cum tam repẽte in tam insolitũ tanq; pertur/batum domiciliũ immigrauit. Remigro in pristinũ domicilium reuerto. Idem ibi. In nostrã domũ remigremus. Transmigro vltra ad habitandũ eo: hoc est in lõgioris loci habitationẽ muto. Hiero. super Matthę. Expellentes de Judęa: vt ad gentiũ propriũ transmigrarent. Et habet penultimam correptam.

Miles generis cõmunis, ppie qui pedes militat: a militia. i. a duritia: quã pro repu. sustinet. Dictus aut a multitudine: aut a malo: quod arcet: aut a mollicie per cõtrariũ eo q̃ nihil molle: sed potius asperũ quid gerat. Vel a mille quasi millesimus quisq; q̃ triũ milliũ, pars legio fiebat: & singulę tribus Tatiensiũ: Rannliũ: Lucerũ mille milites mittebant. Tria autẽ sunt militũ genera: vt inquit Serui. Euocati: qui non milites: sed pro milite erãt. Virgi. Mittitur ac magni Venulus Diomedis ad vrbẽ. Sall. Ab his omnes euocatos centuriones. Tumultuarij qui necessitate aliqua electi ad vnũ dũtaxat bellũ militãt. Virgi. Simil omne tumultu Coniurat trepido Latiũ. Sacramẽto religati: qui post electionẽ in rempublicã iurabãt: quod militare sacramẽtũ dicebat. Hi plenã militiã habebãt: erãtq; quinq; & viginti annis obligati: vt est apud eundẽ. Fas mihi Græcorũ sacrata resoluere iura.

Milito onis. idem qđ miles: vñ & cõmilito q simul militat: h̃ est q socio⁹ est in bello. Hinc Cõmilitiũ ipa belli societas. Milito as. militiã exerceo: neutrũ est: vt hic sub Lę. (tas. sare militauit. Et ablatiuo tñ construit: cum pretiũ exprimitur. Curtius. Græcis mercede apud Persas militãnt⁹. Inuenitur & milito: deponens.

Militia qñq; belli: qñq; rem militarẽ significat.

Militaris & hoc militare: quod ad milites pertinet: vt militaria dona: res militaris: militaris ars. Sal. Præmittit illis homines militares. Militaris via: quę vulgo communis dicitur. Alia nomine Regia seu cõsularis: prętoria: plateave. Vide in dictione Publica via.

Militariter aduerbiũ ꝑcat more militũ: vel more militię.

Miletus pe. pro. vrbs. fuit in finibus Jonię & Cariæ authore Herodoto: a Meleo ędificata. Hanc generosa vellera nobilitarũt: vnde prouerbiũ mansit.

Milesia fragula. Martia. Nec Miletos erat vellera digna tuo. Hęc aũt Enactoria nominata super octoginta vrbium per cuncta maria genitrix: vbi oraculũ fuit antiquitus Brancidarũ appellatũ: postea Apollinis Didymei. Ab hac Milesij populi dicti sunt: qui cum prius potentes essent & opulẽti: delitijs dediti opes & potentiã amiserunt. Ex Mileto fuere viri memoratu digni. Thales vnus ex septem sapientibus: qui primus philologię: ac mathematicę author inter Græcos est habitus. Et Anaximander eius discipulus. Anaximenes: Hecateus: qui scripsit historiam: & Aeschines orator: nõ ille qui cum Demosthene cõtendit: sed alter qui assũmpta nimia erga Pompeiũ licentia pariter in exiliũ missus ẽ. Hinc & Timotheũ musicũ ortum ferunt: & Pittacũ philosophũ.

Mille substãtiuũ & neutri generis: declinatur q; hoc mille: huius mille: hęc millia: hoc milliũ. Ideoq; genitiuo iungitur. Cice. in Anto. Quis vnq; in illo inuentus est: qui L. Antonio mille nummũ ferret expensum. Quadrigarius lib. iij. annaliũ. Ibi occiditur mille hominũ. Varro lib. vij. rerum humanarũ. Plus mille & centũ annorũ est. Reperit apud Lucil. lib. ix. Tum milli numũ potes vno quęrere cẽtum. Vno milli, p mille: ac si diceret: potes mille nummis acquirere centũ millia. Plau. Qui mille annorũ perpetuo vivunt: hoc est quod Græci χιλιάδας vocãt. Aliquãdo mille adiectiuũ est: & tunc dicimus Mille homines: & mille pugnacula: nec licet millia hoies: q; substãtiua nõ cohęrent sine copula. Dicim⁹ tñ Decẽ millia & Ducẽti hoies: quod ita intelligit Decẽ millia hominũ: & Ducenti hoies.

Milliarius a. um. mille liberarũ. Vnde apud milliarij apud Colu. dicebant mille libr arũ: qui apponebãt in cęnis Romanorũ. Sene. lib. xxj. epist. Non magnã rem facis q̃ vivere sine recto apparatu potes: q̃ non desyderas milliaros apros: nec linguas phœnicopterorũ: & alia portenta luxurię iam nota animalia fastidientis.

Milliariũ mille passuũ spatiũ: quod & milliũ dicit. Huius octaua pars Stadiũ vocatur. Passus ex quinq; pedibus: & singuli pedes ex sexdecim vncijs constant. Milliarium etiã dicit vas ad coquẽdũ accõmodatũ. Cato de re rusti. Inter orbem & milliariũ vnũ digitum interesse oportet Palladius lib. v. Tras æneũ milliario simile. i. altũ & angustum vespere inter aluearia collocemus: & in fundo eius ponamus lumen accensum. Et milliariũ columna aurea in capite fori Romani: in qua incisę omnes vię Italię terminabantur. Et hoc Milliariũ Plinij: Trãquilli: Plutarchi atq; Taciti monumẽtis celebrat. Aliquo significato accipitur Milliarensis porticus: & Porticus Milliarię.

Millepeda vel millepedia genus vermiculi: qui multo pedum agmine scatet inquit Hiero. cõtra Jouinia. Loge Syrum Aphricũ & Arabem: vt vermes porticos glutiat ita eos aspiciet: vt muscas millepedas & lacertos.

Millies aduerbiũ est: vt millies te vidi. Sic decies: centies & huiusmodi.

Milium genus frugis: a mille dictũ propter multitudinem acinorũ. Marti. Frumentũ miliũ ptisaramq; sabãq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

solebas. Et milliũ siue milliariũ milliare dicitur. Liui. li. x. Alio itinere ad stationem nauiũ: millia autem quattuor: de cim ab oppido aberant.

Miliũ Indicũ est: quod indocti Milichã vocãt quod constat ex India aduectũ. Huius culmos Lobas vocant.

Miliaria auis dicta est: q milio pinguescat.

Millus collare canũ venaticorũ factus ex corio multis clauis ferreis eminentibus aduersus impetũ luporũ. Scipio Aemilianus ad populũ. Nobis (inquit) reiq publicę psidio eritis: quasi millus cani. Dictus Millus a multitudine clauorũ: hoc est a mille clauis: vl quasi melinus: q ex pelle aialis Melis fere hęc collaria fiãt. Iar. Ne vulnerẽtur canes a bestijs: imponunt his collaria q vocant Melitũ. i. cingulũ circũ collũ ex corio firmo cũ clauis capitatis.

Milo proprijũ nomẽ viri Romani. A quo milonianus a. um. vt oratio miloniana. Fuit alius hoc nomine athleta Crotoniensis: qui tauz in olympico certamine ictu nudę dextrę occidisse dicit: ꝛ sine fatigatione per stadij spatium potasse: totũq eo die comedisse. Est ꝛ Milo nomen mõtis Indię: in quo homines aduersis plantis nascunt: octonos digitos in singulis pedibus habentes.

Miluus ꝛ miluius vtroq modo dicitur: auis rapacissima: a molli volatu: vt quibusdã placet: vel factitio nomine a voce quã facit. Ouidi. lib. iij. Fasto. Iuppiter alitibus rapere imperat: attulit illa Milui⁹: ꝛ meritis venit in astra suis. Ab huius auis similitudine piscis Miluius dicit subiens in summa maria: ꝛ vadanda alioz piscium prędã agens. Ponitur ꝛ pro stella: in quã cõuersus dicit. Vnde Ouidi⁹ eodẽ lib. Stella Lycaoniã vergit decliuis ad arcton Miluius hęc illa nocte videnda venit.

Miluinus adiectiuũ fit a nomine Miluus. Miluinę tibię dicuntur: quę in accentus exeunt acutissimos: sed vide ne legendum sit Miluinę a miluo. Lc.

Mimas mõs minoris Asię: vbi sacra certamina quot annis fieri Baccho consueuerunt. Suidas. μίμας ὄρος θεσσαλίας: καὶ κλίνεται μίμαντος: καὶ περὶ τοῦτου καλλίμαχος ἐν τοῖς ὕμνοις: id est mimas mons Thracię ꝛ declinatur mimantos. De quo Callimachus in hymnis.

Mimallones Bachę mulieres: a Mima Ionię monte: vel μιμέομαι ego greco: quod imitor significat: q Liberum patrẽ imitarent: ꝛ ad eius imitationem cornua ferrent. Hunc mimalloneus a. um. Persius. Tortua mimalloneis implerunt cornua bombis. Hę quoq Bassarides ꝛ Thyades ꝛ Ogygides vocatę sunt.

Mimus efficior latine qui vel intra vel extra scenã gesticulationes exercet: imitaturq dicta: factaq: moresve hominũ ꝛ naturas: quasi solus imitet: a μιμέομαι: vt Diomedes inquit: quod significat imitor. Histrio ego persona: tus in scena comędias ꝛ tragędias voce ꝛ corporis gestu agit. Mimi etiã dicũtur poemata sine reuerẽtia lasciuiam imitantia. Nam cum ꝛ alia poemata idem faciãt: solus tamen Laberius poeta: quasi quodã priuilegio: qđ fuit commune: possedit. Hanc fabularũ speciẽ Latini vocant Planipedem. Ouidi. Scribere si fas est imitantes turpia mimos. Huius poematis scriptores dicunt mimographi: vt Philistio. vt Publius: vt Laberius. Sueto. in Cęsa. De: cius Laberius eques Romanus mimũ suũ egit. A mimus fit mimicus. a. um. Sicut a Satyrus satyricus. Augu. lib. v. ciui. dei. Et quasi satyrica vel mimica leuitate cohibeãt suas nugas. Huius ꝙmininũ est mima. Lc.

Mina grecorum libra genus ponderis siclos habens sexaginta q faciũt obolos mille ducentos. Et habet mina libã vnã ꝛ semunciã: ꝛ sunt solidi. lxxv. Priscia. Libra vel mina graia drachmas habet. lxxv. Accipe pterea patrio: quã noie graij Mnam vocitãt: nostriq minã dixere prores. Itẽ mina dicit ouis: quę habet ventrem glabrũ.

Minę arũ. cõminationes ꝛ metus incussiones per verba aut signa: ꝛ primã corripit. Sed p pondere primã producit. Quędq etiã dicunt eminẽtię: quas Pinnas vocãt. Virgi. Pendent opera interrupta minęq Muroz ingẽtes.

Minatię vulgo dicũt vbi minę latine dicit. Lc.

Minallis a Callimacho insula dicit quę ab alijs melos a nonnullis Zephyria. Lc.

Minor minaris: minas infero: ꝛ plerũq accusatiuo iungitur. Lice. in Tusc. Cui cum Lisymachus Rex crucem minaretur. Et Minari eminere est. Virg. Eminiq minãtur In cęlũ scopuli. Cõposita huius verbi sunt Cõmino: ꝛ interminor: quę habent penul. corre.

Mino: minas duco. Festus. Agasones equos agentes: id est bene minãtes. Hiero. Minauit gregẽ in interiora deserti. Apud antiquos etiã pro mino: ponitur. A quo mini to as. vt docet Priscianus.

Minitor sępe vel impetuose minor. Plau. in Asin. Cur ergo minitaris te tibi vitã esse amissurũ.

Minax qui frequẽter minat. Virgi. lib. iij. geo. Primus ꝛ ire viã ꝛ fluuios tẽtare minaces Audet ꝛ ignoto sese cõmittere põto. Hinc minaciter. Liui. li. ij. Minacit fremũt.

Minabiliter veteres dixerunt p minaciter. Lc.

Minerua disciplinarũ dea: quę grece Pallas dicit. Et a minando dicit quasi vim minet. Aut a minuẽdo: vt inquit Cice. Vel q bene moneat. Hanc Pagani pro sapientia ponebant. Comificius q fingat: pingaturq militarib⁹ armis. Hęc Ogygij tẽporibus ad locũ: qui Tritonis dicitur: vt scribit Augu. Virginali fertur apparuisse ętate. De hac etiam in dictione Pallas.

Minoa vbs in Amorgo insula Cycladũ est: ꝛ altera in Sicilia. Item Megarensiũ emporiũ fuit duodeuiginti stadijs distans ab vrbe: quod ꝛ Nysea appellat. Lc.

Minos Cretensis rex: qui primus Cretẽsibus legẽ dedit. Hic cum haberet vxorẽ Pasiphaen: ꝛ illa ex tauro genuisset Minotaurũ: Dędalũ q bouem ligneã fabricasset: sub qua latens cum tauro vxor cõcubuerat persecutus: in Siciliã peruenit: vbi a Cocali regis filiabus interfect⁹ fuit vt Aristo. refert: iuxta Camerinã vrbẽ: ꝛ apud inferos iudex animarũ factus est. Virgi. Quęsitor Minos vrnã mouet. Et Minos fit minoius a. um. possessiuũ: vt Minoia regna. Quo pacto autẽ iudex habeat inferorũ propter iustitiam nõ video: cum violator fuerit hospitij: ꝛ raptor Ganymedis: ꝛ multa alia cõmisisse dicat a vera iustitia nõ parum abhorrẽtia. Vnde Suidas. καὶ τὸν γανυμήδην θεας άμενος ἕως τι ἀυτὸ ἔσχετο ἐγκυκλευόμενος δὲ τοῖς κρησὶν ἁρπάσας τὸν παῖδα ἐνέθετο εἰς τὴν νᾶυν καὶ ἐπέπλη: id est Ganymedẽ specie latus amore eius captus est iubẽs Cretensibus rapiens puerũ imposuit in nauem.

Minotaurus ex Minoe ꝛ tauro dictio cõposita: monstrum biforme: de quo Virgi. lib. vj. ęnei. ad principiũ. Hic crudelis amor tauri: suppostaq furta Pasiphaae: mistumq genus: prolesq biformis Minotaurus inest Veneris monumẽta nefandę. Hic labor: ille domus: ꝛ inextricabilis error. Magnũ reginę sed eĩ miseratus amorẽ Dędalus ipe dolos tecti ambagesq resoluit Cęca regens filo vestigia: tu quoq magnã Partẽ operem tãto (fineret dolor) Icare haberes: Bis conat⁹ erat casus effingere in auro: Bis patrię cecidere manus: quin protinus omnia Perlegerẽt oculis ꝛ. Vide illic Seruiũ.

Minilus mons Thessalię: qui postea Orchomenus dicit.

Minius fluuius Hispanię a colore pigmẽ (ctus est. Lc. ti: quo plurimũ exundat.

Mincius Venetorũ fluuius: ex Benaco lacu defluens: alium prope Mantuã Lacũ efficit. Inde effluit in Padũ: torrentibus maximus efficitur.

Mingo gis. xi. ctũ. vrinã facio. Vnde ꝛ permingo. Horra. Hunc perminxerunt calones atq caballi. Martí. Incipit i medios mingere verpa pedes. Hinc micturio ꝛ micturito as. quod est sępe mingo. Priscia. Mictũ: micturio ꝛ

Minus quãdoq cõparatiuũ est a paruũ neu (mictito, tri generis: sicut Minor masculini ꝛ femininí: vt plus minusve. Aliquãdo a parũ fit: nõ a parnũ: vt habeo min⁹ pecunię. Quãdoq aduerbiũ est: quod si positiuo iungat cõtrarię significationis comparatiuũ demonstrat: vt minus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

stultus:id est prudentior:minus prudens.i.stultior. Terē. in Eunu. Hoc nemo fuit minus ineptus.i.aptior. Frequēter etiā accipit pro non:presertim coniunctū cum sin: & cum quo quādo significat vt:vt Sin minus: id est si non. Quo minus: vt nō. A minus nomine fit superlatiuū minimum A minus aduerbio fit superlatiuū minime.

Minusculū diminutiuū a minus. Var. Ex hoc auiario vt sumant idoneę:excludant in minusculū auiarū.

Minuatim aduerbiū a min⁹:quo modo a Paulū paulatim. Augu. in interpretatione Psal. Deus vltionū. Diminuatim ponas:sed cumulū inuenies.

Minimū superlatiuū aduerbiū est. Minime pro negatio est:quasi nequaq̄. Vt minimū doctus:qui paruū illū est doctus. Vt minime doctus:qui prorsus est indoctus. Cice. li.j.offi. Minimeq; artes hę probandę q̄ ministrę sunt voluptatū. Aliquādo habet vim superlationis:non negationis. Cice.li.j.offi. Omnis adhibēda erit cura:vt ea cē. Minimum etiā pro aduerbio ponit:vt sit quasi ad min⁹. Var. ro. Harū singula genera minimū in binas species diuidi possunt. Sic minime sumitur. Colu .li.j. Lata bubilia esse oportebit:pedes decem vel minime nouem:quę mensura & ad procumbendū pecori & iugario circumeundum laxa ministeria prębeat.

Minime gentiū aduerbiū:pro eo quod est omnū gentium iudico minime esse faciendū. Alis ponitur pro minime:vt sit superuacua adiectio gentiū: sicut vbiq; gentium: qđ est vbiq̄. Nusq̄ gentiū:hoc est nusq̄:siue nequaq̄.

Minuo minuis minui minutū minorem reddo. Plini. Radix cōmanducata dentiū dolorem minuit. Huius composita sunt Cōminuo:quod est simul in frusta diuido. Lactan. Frangebat ipse panem minutatim:carnemq; piscū cōminuebat:& vtraq; in manibus eius augebantur. Diminuo:diuerse minuo. Teren.in Eunu. Diminuā ego hodie caput tuū:nisi abis. Imminuo cē.

Minutū participiū & nomē eē potest. Participiū significat cōminutū:hoc est minus factū. Nomē idē est qđ breue. Cice. Reticulū ad nares admouebat tenuissimo lino minutis maculis plenū roseę. Aliqñ ponit p obscuro.

Minutatim significat in minutissimas partes. Lactan. Panem minutatim frangebat. Hoc autem Varro p paulatim dixit lib.j.de re rusti. Tum ita ad fugiendū :vt minutatim assuefaciant:& vt tyronem cum veterano adiungāt. Imitando enim facilius domantur.

Minutim etiā aduerbiū in minutas partes significat. Colu.lib.v. Insequit deinde fossor:qui crebris bidentibus equaliter & minutim soli terga cōminuat.

Minutia contēptibilis paruitas cuiuscūq; rei. Lactan. de ira dei. Hęc ingt per inane requietis motibus volitant & huc atq; illuc feruntur:sicut pulueris minutias videm⁹ in sole:cum per fenestrā radios ac lumē immiserit.

Minutia etiā dicta est porta Romę a Minutio: q̄ Minutij sacello proxima eēt. Et Minutia virgo vestalis:quę propter suspicionem stupri viua defossa est.

Minutal genus edulij:qđ ex pcibus minutatim holerib⁹

Ministro stras.seruio:porrigo:prępparo. Plaut⁹ in Cist. Eur. Tu tabellas cōsignato : hic ministrabit:id est seruiet: Ego edam. Belli.lib.ij. Idq; facile factu dixit: quoniā filij sua pocula in cōuiuio regi ministrarent. Huius composita sunt Administro:quod vario modo ponit. Colu.in prefa. Vt his tūmodo diebus vbiq; res agerent & reliquis administrarent rustice:id est curarent. Idem li.iij. Quia maior pars putationis per id tēpus administrat:id est agitur. quo vitis neq; foliū notabile gerit. Aug.lib.vij.confes. Sapientia mentes indigentes illuminans:nullo indigens lumine:qua mūdus administrat vsq; ad arborū volatica folia:id est gubernat. Hiero. Ad minores artes venia:& q̄ nō tam lingua q̄ manu administrant .i. exercent. Submini stror:subseruio:subporrigo. Lactan.lib.v. Quietum subministrat:quietem somni dulcissimā tribuit.

Minister:qui seruit. A quo ministerium fit.

Ministeriū proprie ministri opera est. Quāuis & p offi operatione poni cōsueuerit:vt de rege Latino Virg. Refugitq; refugit Fęda ministeria. Aliqñ ponit p ministris:siue seruitia p seruis. Paulus iure cōsul. ait. Urbica ministeria dicim⁹ etiā:q̄ extra vbē nobis ministrare cōsueuerūt.

Minthos stercus simumq; significat.

Minthe mons:vt scribit Stra. dictus a Plutonis pellice:quā Proserpina in herbā menthā mutauit. Huic Pluto donū amoris petenti virile membrū tradidit:quod a sementulā nominant. Sed vt Ph. inquit Menthę nomen suauitas odoris dedit. Greci minthā nominauerūt.

Minturnę oppidū in Campania habes ppinquas paludes:in qbus Mari⁹ delituit:fugiēs persecutionē Syllę.

Mingi populi sunt in regione Arabię:mari rubro adiacentes:qui primi cōmercium turis fecere:nec pręter hos Arabes alij turis arborem vident. Unde ab ipsis tus ipm minęum dictum est. Lc.

Minyum dicitur id quod a multis Cinnabaris vocat cum proprie cinnabaris sit sanies draconis morientiū elephantorū pōdere elisi:vtriusq; animalis sanguine permixto. Nostri Rubricā dicunt Minyū. Cice.ad Atticū. Cera (inquit) & minyo:siue quod idē est cera minyatula notare. Foditur Minyum ex gleba subrufo colore: & vitiatur admista calce.

Minyę vbs Thessalię:quę prius Almonia dicebatur. Inde Minyates populi. Est & altera in Phrygia. Lc.

Minyarię loca e quib⁹ foditur minyium:sicut Aurarię & Argentarię. Et Minyaria dicuntur metalla venęq; in quibus conficitur minyium.

Minyacus a.um. quod est ex minyo. Victr .li.vij. Parietes passim expolitione minyacia expoliebant.

Minyo as.minyo tingo. Plini. Accensoribus in primis Jouem minyandū locari. Unde & minyati libri dicunt: cum literę maiores versicoloribus fiunt.

Miror aris.proprie significat re aliqua tanq̄ noua obstupefio. Virgi. Artificūq; manus inter se operūq; laborē Miratur. Et mirari est cum voluptate intueri. Idez. Seu quis Olympiacę miratus pręmia pugnę. Itē mirari est nescire:quia :vt Donatus inquit:admiratio ab ignorātia descendit. Plautus. Me quis mirek:qui sim paucis eloquar. Teren.in An. Miror:vnde sit. Sed cum dicimus:Ego miror me:Miraris te:Miratur se:tūc mirari significat placere:& de se magnifice sentire. Martia. Qui se miranf in illos. Cōstruitur hoc verbū cum accusatiuo:cum datiuo:& cum genitiuo. Virgi.lib.xj.enei. Justitię ne prius mirer beli ne laborū. Quādoq; absolute ponit. Ouidi.lib.xiij.met. Dumq; moror:miror:q; simul fugit omnis in vndas. Hur⁹ cōposita sunt Admiror:qđ est stupore afficior:seu fixe aspicio. Lactā.lib .vj. Qui ad alienā felicitatē nō attollat oculos non admirek. Aliquādo admirari est venerari. Virgi. Ille operū custos:illū admiranf:& omnes Circūstāt. Demiror. Emiror:valde miror. Teren.in Heau. Jd emirari te simulato. Immiror:inspecto:seu vehementer miror:vel magni facio. Cice.lib.j.offi. Cum persuasum sit:nihil hominē nisi honestum:decoru̇q; sit:aut immirari:aut optare:aut expetere oportere.

Miro as.eiusdem significatiōis. Varro in Eume. Hospes quid mirasf Ambro.super Luc. Non vocabulo secęq; despicias:quem verbi interpretatione mirabueris.

Mira dicunt miratione digna. Plaū.in Amphi. Enim uero pręter alia mira miror:maximef si hęc habet pateraq; illā. Hinc permirus a.um.penul.pro. Cice. Apio. Paul. Illud pro mihi permirū accedit tantā temeritatē fuisse in eo adolescente. Apud veteres mira pro monstris atq; horendis sumunt. Plau.in Amphi. Hmmia memorabas mira. Virgi. aute miracula dixit Geor.iiij. de Protheo canēs. Omnia cō mutat sese in miracula rerū. Hinc mirus antiqui dixerūt pro magis mirū. Var. Nunquid hoc mirus.

Mirum in modū:& mirandū in modū.i.in maiorē modum:quasi extra rationē. Plau.in Amph. Uterq; deludit

dolis mirũ in modũ. Lice. Metello. Marcellũ tuũ cõsulẽ factũ: teq; ea lętitia esse affectũ mirãdũ in modũ gaudeo.

Mirificus a.um. quod est mirabile. Lice. in Lato. Mirificos fructus afferũt. Hinc suplatiuũ mirificissim⁹. Terẽ. in Phor. Quidnã arbitraris nescio. At q mirificissimũ sęq

Mirifico as. mirabilem facio. Plau. in Amp. (facin⁹. Quãq; adeo Thebani ciues modo miro mirificãt, pbaui.

Miraculũ dicitur quicquid admiratiõnẽ afferre potest quasi sit contra naturã. Propter quod veteres miracula pro monstris posuere. Liui. lib. ij. Adjiciunt miracula huic pugnę: silentio proximę noctis ex sylua Arsia ingentẽ auditam vocem. Hinc Actius personas distortas oribus deformes miriones appellat.

Mirabile: quod est admiratione dignũ. Lice. lib. iij. offi. Quare ex multis mirabilibus exemplis haud facile qs dixerit hoc exemplo: aut laudabilius: aut pręstanti⁹. Hinc mirabilitas, p stupore. Idem in eodem. Ergo ꝛ hęc animi despicientia mirabilitatẽ magnã facit.

Mirmillones erant pugiles se ad uuellũ prouocantes. Nam digladiantiũ alter Retiarius: alter Mirmillo appellabatur. Festus. Retiario (inquit) pugnãti aduersus mirmillonẽ cantatur: non te peto: piscẽ peto: qd me fugis Galle. Quia mirmillonicũ genus armaturę gallicuz est: ipsiq; Mirmillones ante Galli appellabant: vt quoꝝ galeis pisces effigies inerat. Quod genus pugnę institutũ est a Pisitaco: vno ex septẽ sapiẽtib⁹: qui aduersus Phrinonẽ dimicaturus, ppter cõtrouersias finiũ quę erãt inter Atticos ꝛ Mitylenęos: rete occulte allato impediuit Phrinonẽ.

Miritus Thessalię monticulus. Lc.

Mirmedia: gẽma q̃ nigerrimo colore translucet ꝛ eminentias quasdã habet siles veriuces. Aliter morion vocata

Mis genitiu⁹ est antiqu⁹ a pronoĩe Ego. Lc. (est. Lc.

Misantropos pe. pro. osor hominũ: qui homines odit: qui fugit hominũ congressus. μίσος enim odiũ καὶ ἄνθρωπος homo est. Misogyneia odiũ mulier: quale fuit in Euripide tragędiarũ scriptore: qui mulieres fere omnes malorem in modũ exosus fuisse dicit.

Misceo es. miscui mistũ per s nõ autẽ per x confundo: ꝛ fine ratiõe perturbateq; facio. Virgi. Interea magno misceri murmure pontũ. Quãdoq; miscere est potũ ministrare. Tractum a cõmistione calidi ꝛ frigidi. Iuue. Nescit tot milibus emptus Pauperibus miscere puer. Hui⁹ cõpositа sunt Admisceo: quod est ad aliquid misceo. Lactan. lib. vj. Idem etiã mares maribus admiscuit: ꝛ nefandos coitus contra naturã: cõtraq; institutũ dei machinat⁹ est. Cõmisceo: simul misceo. Hiero. Quo aperto dum in mutuos cõmiscẽtur amplexus: proprijs se salutauere nominibus. Emisceo. Col. lib. vij. Nam facillime porci si euaserint haram: emiscent se. Immisceo: intus misceo. Col. li. ij. Secũdum deinde quod homines faciũt: si ꝛ alijs vitę purgamẽtis immisceat: cũ per se naturę est feruẽtioris: ꝛ iccirco terram perurit. Intermisceo: in medio misceo. Augu. Nulla prorsus doctrina falsa est: quę nõ aliqua vera intermisceat. Permisceo: valde misceo. Idem. Vera ergo simul inordinate permista in vna disputatiõe hoĩs tanq; in vnius corpore corporis apparẽtia significant leprã. Promisceo. Unde promiscuus a.um. Sal. Diuina atq; humana habere pro miscua: nihil pensi atq; moderati habere.

Miscellanea a mistura indiscreta rę dici significare videtur Gel. lib. vlti. cũm ait. Quia variã ꝛ miscellaneã ꝛ q̃si cõfusaneã doctrinã cõquisiuerũt: eo titulos quoq; ad eam sententiã exquisitores indiderũt. Apu. tamẽ in Meta. Miscellaneã turbã cõfusam: velut ex colluuiõe omniũ gentiũ his verbis accipit. Nec mora cum varia irruptione patefactis ędibus: magistratibus: eorũq; ministris turbę miscellanę cũcta cõpleta. Hic quidã opera sua miscellanea inserti pserunt: in quibus varijs de rebus tractat. Var. Miscellũ vocat colũbarũ gen⁹: qõ nec agreste est nec domesticũ: sed ex vtroq; temperatũ. Et has colũbas Bergomates nostri Lomarolos appellãt. Itẽ Miscellę vites: quę in ossii agro conueniunt: q̃ ceteris vbiq; vtiliter misceantur.

Misach vnus ex tribus pueris: de quibus Daniel in Prophetia ait. ἐσὶν δυο ἄνδρες, ἰουδαῖοι οὓς κατεσήσας ἐπὶ τὰ ἔργα τῆς χώρας βαβυλῶνος σιδράχ μισάχ ἄβδεναγώ. i. Sunt igit viri Judęi: quos constituisti in opera regionis Babylonię Sedrach: Misach: Abdenago.

Miser: flebilis: calamitosus. Lice. O miserũ atq; infęlicem hunc diẽ. Interdũ dicit ęgrotus. Nam ęgritudo gen⁹ est infelicitatis. Plau. Miserã esse prędicat buccã: sibi sortasse medicos non esse putat. Interdũ innocens. Lice. pro Milone. Miseros interdũ ciues optime de repu. meritos Inuenitur etiã pro interfectione dolentis positũ: ac si diceremus nefas. Virgilius. Lecropidę iussi (miserũ) septena quotannis Corpora natorum.

Misere aduerbiũ infeliciter. Lice. Neq; moueri eius desyderio non possum: qui tam misere periit. Quandoq; significat valde. Teren. Eam misere amat.

Miserabiliter eiusdem significantię est. Hiero. ad Aug. ꝛ Alepiuz. Neptis vestra Paula miserabiliter precatur: vt memores eius sitis: ꝛ multũ vos salutat.

Miseriter idem quod miserabiliter. Laberius. Mens incorrupta miseriter corrumpitur.

Misellus diminutiuũ est a miser. Plau. Censen misello mali aliquid facturum?

Miseria infelicitas. Aug. lib. confes. Miseria dicit cum quis patitur vel egestatẽ vel damnũ. Cum alijs compatit misericordia dici solet.

Miseritudo idem quod miseria. Actius. Qui felix miseritudine factus est aliena.

Misereor: misereris miseritus: cõstruit cũ gtõ. Et est misereri ex alicuius miseria corde anxiũ esse. Habet eñ passiuum affectũ. Lactã. lib. vj. Si misertus laborantiũ fueris. Ueteres etiã misereo vsurpabant. Enni⁹ in Hecuba. Miserete manus: date ferrũ: vt me anima priuem.

Miseret impersonale: simili modo passiuum affectum habet: sicut misereor. Idem est enim Miseret me illius: ꝛ misereor: illius: quia vtrũq; significat ex illius miseria angorem suscipere. Lice. Miseret me infelicis familię. Virg. Si te lapsorũ miseret quę munera Pyso Digna dabis.

Miseretur impersonale: misereor: misericordia. Lic. pro Liga. Cauete fratrũ pro fratris salute precantiũ vos misereatur. Lucius Crassus in legis Si. suasione. Neq; minus vestri q̃ mei miserebitur.

Misereſco is. misereor: misericordia: ꝛ tam accusatiuo q̃ genitiuo iungitur. Apu. Cõmodum omnes miserescimus. Statius lib. j. The. Et generis miserescere tui. Virgi. Et miserescimus vltro. Huius compositũ est Cõmiseresco. Teren. in Hecy. Demũ tam egre tulit: vt ipsam Bacchidem si adesset: credo cõmiserescceret. Hinc Misereſcit impersonale cum significato sui verbi. Teren. in Heau. Atq; ino pis te miserescat mei.

Misericordia (inquit Augu.) quid est nisi alienę miserię quędã in nostro corde cõpassio: qua si vtiq; possimus: subuenire compellimur. Stoici Misericordiã inter vitia animę cõputãt. Unde Seneca qui se Stoicorũ sectę addixit. Uitiũ (inquit) animi est misericordia: nec miserebitur sapiens: sed succurret. Augu. lib. ix. ciui. dei. Stoicorũ est misericordiã solere culpare. Unde Lice. in tertia Tuscu. tanq; Stoicus dixit. Si sapiens in ęgritudinẽ cadere posset: ꝛ in misericordiã posset ꝛ in inuidentiã. Uerũ in oratiõe pro Ligario in laudẽ Cęsaris: tanq; Peripatetic⁹ dixit. Nulla de tuis virtutibus plurimis: nec gratior: nec admirabilior misericordia est.

Misero: miseraris: ꝛ misero miseras apud antiquos affectum actiuũ habẽt: significãtq; verbis aut lachrymis aut opere dolorẽ: quẽ ex alicuius miseria habemus ostẽdere. Et cõstruit cũ accusatiuo. Sal. in Jug. Eos multa pollicẽdo ac miserando casum suũ cõfirmat. i. lamẽtãdo. Cęsar. abditi in tabernaculis: aut suũ factũ querebant: aut cũ familiarib⁹ suis cõmune periculũ miserabant. i. deplorabãt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hinc cõmiseror. A quo cõmiseratio: quę ẽ significatio misericordię: qua ex alicuius infelicitate mouemur: cum scz vl aspectu alicuius vel oratione: vel etiam cogitatione adducimur: vt eius misereamur. Liui. lib. j. Agmen migrantiũ impleuerat vias ⁊ cõspectu aliorũ mutua miseratiõe integrabat lachrymas. Cice. lib. ij. ad Heren. Cõmiseratione breuem esse oportet. Misero autem pro miseror dicebant veteres: vt Accius in Athamante. Atq; ita de illis meruit: vt iure hęc nunq; miserarent mala.

Miserato: q. opus aliquod misericordię exhibet in eũ cuius miseret. Misericors qui ex alicuius calamitate dolorem animo suscipit. Vnde est illũ Misericors ⁊ miserator dominus escã dedit timentibus se. Misericordia ipsa cordis ęgritudo: ex miseria alicuius iniuste laboratis suscepta. Misericorditer aduerbiũ significat cũ misericordia.

Miserabilis: miseratiõe dignus: id est per quem alij misericordia cõmouentur. Ouidi. in Ibin. Sisq; miser semper: nec sis miserabilis vlli. Liui. lib. j. Euentus tamẽ belli minus miserabilem dimicationẽ fecit: q nec acie certatũ est: ⁊ tectis modo diruptis alterius vrbis duo populi in vnũ confusi sunt. Idem. Voces etiã miserabiles exaudiebãtur mulierum pręcipue.

Miserandus: miseratione prosequẽdus:

Missen⁹ pe. pro. mons Hispaniæ: a Misseno Aeneę comite ibi sepulto. Virgi. Qui nũc Missen⁹ ab illo Dicit.

Missus a. um. participiũ est: significationes habet quas mitto. Missus ꝓ nomen quarti ordinis immissionẽ ferarum siue ludorũ aut gladiatorũ in arenã significat. Sue. in Domi. In his Circensiũ die: quo facilius centũ missus pagerentur: singulos a septenis spatijs ad quina corripuit. Idem Circenses frequẽter etiã in Vaticano cõmisit: non nunq; interfecta per quos missus venatione. Aliquãdo sumitur pro immissiõe ferculorũ. Vnde Lampridius scribit Heliogabalũ celebrasse tale conuiuiũ: vt apud amicos singulos: singuli missus apparent: ⁊ aliquãdo omnes missus sola carne phasianorũ struxisse.

Missile pe. cor. telũ quod manu mittit. Vnde ⁊ lapides missilia dicunt. Et missilia dicebant munera: quę a principib⁹ populo spargebant: vtputa velaria linea: odores: vnguenta. Sue. in Caligu. Sparsit ⁊ missilia variarũ rerum: ⁊ panaria cum obsonio viritim diuisit.

Missio nõ solũ significat ipm mittẽdi actum: sed etiã dimittendi. Sueto. in Cęsa. Missionẽ continuo edixit. Hmõi missionũ in re militari mlta sunt genera. Est em honesta: quę emeritis stipendijs ab imperatore indulget. Est causaria: quę ꝓpter valitudines a laboribus militię soluitur. Vnde causarij milites dicunt a Liuio. Est ignominiosa: cum quis propter delictũ sacramento soluitur.

Missito as. pe. cor. frequẽtatiuũ sępe mitto. Plau. in epistolis. Empta est ancilla: q tute literas ad me missitabas.

Mitto is. si. sum. sine notã significationẽ. Græci πέμπειν mittere dicunt. Cice. in Cato. Hũc libũ ad te de senectute misim⁹. Interdũ mittere significat excludere. Virgi. Męstũq; timor ẽ Mittite. Interdũ omittere: deponere. Terẽ. in Adel. Hera lachrymas mitte. Itẽ donare. Virgi. Hos illi qđ nec bñ vertat mittim⁹ hędos. Hmõi cõposita sunt Admitto: amitto: cõmitto: circũmitto: demitto: dimitto: immitto: intermitto: intromitto: omitto: permitto: præmitto: ꝓmitto: remitto: manumitto: sũmitto: ⁊ trãsmitto.

Mitti sanguis dicit cum fit phlebotomia: siue sanguinis missio fit: qñ qs iugulat. Cor. Celsus. lib. ij. mittit sanguis ex brachio. Idẽ. Sanguinẽ incisa vena mitti nouũ nõ est.

Mites teste Aug. dicunt q imperitiores cedũt: ⁊ nõ resistunt malo: sed vincunt in bono malũ. Vnde ⁊ ꝓ lenis: clemente ac mãsueto accipit mitis. Cui⁹ cõtrariũ est immitis id est asper: sęuus: crudelis. Virgi. Immitis Achilli. Quandoq; ponit ꝓ trãquillo: ⁊ immitis ꝓ procelloso ⁊ inquieto. Idẽ lib. ix. Mitis ⁊ in morę stagni placidęq; paludis. Apul. Erat em turbidũ atq; imite pelagus. Quãdoq; pro maturo. Virg. Sunt nobis mitia poma Castaneę molles. Mli. Immitia adhuc ⁊ crnda poma.

Mitesco: mansuesco. Plini. Vt ferę domi educatę mitescunt. Aliqñ tranquillo. Apul. Conflaccescũt fluct⁹: mare mitescit. Aliquãdo maturesco. Mli. Reliquorũ pomorum velocitas cito mitescentium transuolat.

Mitigo as. pe. cor. placo: quasi mitẽ ago. Lactan. lib. iiij. Donec rursus pœnitẽtia populi mitigat⁹: liberaret eos seruitute. Et mitigare maturare est. Cice. li. iiij. de repu. Cũq; autũno terras ad concipiendas fruges relaxarit a fistula maturitate alia mitigauerit: alia torruerit. Huius compositum est Cõmitigo: de quo sup: a.

Mithra dictio barbara: qua significat gẽdã capitis ornamenti gen⁹: primo apud Mędonios: deinde Ægyptijs: Syrijs: Phrygijs ⁊ Lydijs eo vsi sunt. Erat em pileus incuruus: cuius ⁊ ꝓ muliebri corona ad ornatũ capitis adolescẽtularum accipiat: ex qua pendebãt fasciolę: q philtra dicebãtur: qñ foliorũ instar depẽderẽt. Hiero. in Esaia. In die illa auferet dñs ornamẽtũ calciamẽtorũ ⁊ lunulas: ⁊ torques: ⁊ monilia: ⁊ armillas: ⁊ mitras: ⁊ discriminalia: ⁊ pisciculos ⁊ cętera. Nostri quoq; põtifices mitris vtunt: cũ rei diuinę operã dant. Et apd græcos nõ solũ ꝓ ornatu capitis: sed etiã ꝓ fascia in lorice modũ cõtexta ad latera defendẽda sumit. Mithra etiam apud Persas sol dicit. Stati. lib. j. Theba. Indignata sequi torquentẽ cornua mitrã.

Mitrax gẽma roseo colore: cui⁹ solis radijs oppositã

Mitella dimi. parua mitra. Virg. Lo (versicolor: fit. Lucipa syrisca caput graia redimita mitella.

Mithylene es. pe. ꝓ. ⁊ mithylenę arũ. vbs in Lesbo insula Methymnã. A cui⁹ noie nũc ois insula Mithylenę appellat. In qua olim fuere duę nobilissimę ciuitates: hęc videlz ⁊ Methymna. Hãc eãdẽ insulã prudẽ Lesbon dictã volũt ab vrbis noie: q in ea potentissima fuit. Mar. Cũ tibi nõ Ephesos: nec sit Rhodos aut Mithylene. Dicta mithylene: vt Diodo. lib. vj. scribit: a Mithylene Machari filia. Hęc nũc Metellinũ dicit vrbs clara Pittaco ex septem sapientibus vno: ⁊ Alcęo poeta: ⁊ Antimenide fratre ei⁹ ⁊ Diophane oratore: ⁊ Theophane rex scriptore: q magno Põpeio admodũ familiaris fuit. De hac scribit Victru. li. j. q magnificẽter ⁊ elegãter ędificata fuerit: sed non prudẽter posita: in qua auster cũ flat: hęc es ęgrotãt: cui Lorus: tussiunt: cui septẽtrio: restituunt in salubritatẽ.

Mitterin insula vltra Britãniã sex dierũ nauigatione: vt lib. iiij. Pli. scribit: in ea candidũ plumbũ puenit.

Mittil pulmẽtaria dicebat: capiebatq; ꝓ paupęla. Lc.

Mithridates pe. cor. rex Ponti fuit: vi magna ⁊ animi ⁊ corporis: vt sex iuges equos regeret: quinquaginta gentium ore loqueret. Hic dissidentibus Romanis sociali bello Nicomedẽ Bithynia: Ariobarzanẽ Cappadocia expulit. Græciã: insulasq; omnes: excepta Rhodo: occupauit. Sed postea a Sylla apud Dardanũ fusus: ⁊ a Põpeio victus: tandẽ a Pharnace filio in turre obsessus: venenũ sumpsit. Cũq; id tardius biberet: quia aduersum venena multis antea medicaminibus corpus firmauerat: immissum percussore Gallũ cito eũ authoritate vultus territum reuocauit: ⁊ in cędem suã manũ trepidantis adiuuit. Alij etiã Mithridates qui regi Mithridati Bruti epłas collegit. Vñ ait πρὸς βρούτου ἐπιστολὰς ἐθαύμασα πολλάκις οὐ μόνον δεινότητος καὶ συντομίας χάριν ἀλλὰ καὶ ὡς ἂν μονικοῦ φρονήματος ἐχούσας χαρακτῆρα. Bruti epistolas miratus sępe non modo grauitatis ⁊ brevitatis gratia sed ⁊ habentes characterem sapientię.

Mithridaticũ vnguentũ Antidotũ: qđ ex reb⁹. iiij. constituitur: ⁊ nũc vulgo authoris noie vocant mithridatũ.

Mistarius vas quo vinũ aqua miscem⁹. Lucillius: Virceus aut gemina longus mistarius ansa.

M ante N

Mna græce: ⁊ latine mina. Vide in dictione mina.

Mnemosyne pe. cor. memoriã significat. Catull⁹. Mnemosynon mei sodalis: id est monumentũ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mneſteus proprium viri Troiani. Lomucopię.
Mneſtius item viri proprium. Lc.

M Ante O

Moab Arabię ciuitas: quę ꝛ Arepolis nominatur. Quo etiã nomine vocatus eſt filius Loth. A quo Moabitę. Vocatur autem Moab ex nomine vbis: ꝛ regio. Porro ipſa ciuitas: quaſi proprium vocabulum poſſidet Rabbat Moab: id eſt grandis moab.

Mobilis: qui facile mouetur. A quo mobilitas. Virg. Quo non aliud velocius vllũ Mobilitate viget. Quoruz contraria ſunt: immobilis: ꝛ immobilitas.

Modus proprie ratione ſignificat. i. menſurã: ſiue forma. Ratio vero iubet: ne qd nimis: ſed oia cuz moderatiõe fiant. Vñ quomodo ꝛ quẽadmoduz dicimus. i. qua rõne. Et admoduz pro ſatis: q̃ſi ſcõm rationẽ. Et prope modũ ſere: quaſi parũ abſit a modo: ꝟ eſt a rõne. Et miruz in modũ. maiorẽ in modũ: quaſi vltra rationẽ. Commodũ: aptuz: cõueniens: quaſi cũ modo ꝛ rõne. Col. li. ij. Eſt autẽ modus in ſiccando igno: vt neq; peraridũ: neq; rurſus viride colligaſ. i. forma. Idez li. iij. In quo ſcrobe deſtinaueris nuces ſerere: terrã minutã in modũ ſemipedis ponito. i. menſurã. Et modus dr quantitas: vt apud eundẽ li. ij. Atq; rurſus ĩ Sole ſiccata: ꝛ mox refrigerata recõdit: ſi maior eſt modꝰ in horreo: ſi minor in vaſis olearijs ſalſamẽtarijſq;. Interdũ modus dr finis: ſeu euẽtus. Iuue. Imponitq; modũ ſapiens ꝛ rebus agẽdis. Virgil. lib. iiij. Eneidos. Sed quis erit modus. Interdũ dicitur Tonus: qui a Grẽcis φθόγγος phthongos dicitur.

Modo quãdo habet o finalem corre. ſignificat tẽpus preſens: vel mox preterini: vel nondũ preterituz: vel ſtatim futurũ: vt modo id ago. Teren. Modo ait: modo negat: modo dicebã: modo veni: modo faciã. Aliquãdo ponit pro longo tẽpore ante. Terẽ. in Eu. Quã dudum? modo vbi Dona. Nota modo aperte pro tẽpore preterito dictũ eſſe. i. anduduz. Nam qui vitiauerat virginẽ non modo: ſed lõge ante veſtẽ mutauit: cũ Eunucho Phędrię. Hinc fit quomodo: amodo: poſtmodo. Ponitur itez pro dũtaxat: tantũmodo. Liui. Euẽtus belli minus miſerabilẽ dimicatio finẽ fecit: q̃ nec acie certatũ eſt: ꝛ tectus modo diruptis alterius vbis duo populi in vnũ confluſi ſunt. i. ſolum. Itẽ ſignificat qõ lingua vernacula dicimus perche. Terẽ. in Phor. Si des modo: vt tacere poſſis. Virg. lib. iiij. Si modo qõ memoras factũ fortuna ſequatur. Hinc ꝛ ſolũmodo: tantũmodo: ꝛ amodo: quod ſignificat poſt hac. Apul. Vt nemo me amodo tam mane egredientem ſoluz videbit. Q; ſi producta vltima ſyllaba proferatur: datiuus vel ablatiuus caſus eſt a modus.

Modicũ: paruum ac puſillũ. A pule. Modico labore fatigatur. Sic Immodicũ pro maximo ponit. Columel. L. Licinius dãnatus eſt: quoniã in magiſtratu rogatione tribunitia: quã promulgauerat: imodica poſſidendi libidine trãſcendiſſet. Et modici: pauci. Plau. In Engipotu turba eſt: domũ modici introierũt. Sic imodicos dicimus plures. Martia. Atriaq; imodicis arcetat imaginibus. Proprie tamẽ modicũ dicitur nõ quomodo: cui aliquid ſit iminutuz: ſed qõ excedat modũ ꝛ modeſtũ eſt: ꝛ tẽperatũ. Plau. Cui animus modicꝰ ꝛ tẽnens expers ambitiõis. Hinc modicũ aduerbiũ fcat pax. Idẽ. Ædepol id modicũ curat. Modice pro tẽperate. Idẽ. Modice ſapis Immodice: nimis vel intẽperate. Col. li. ij. Magiſq; ꝛ docere agricolę frequẽter id potius: q̃ imodice facere.

Modulus diminutiuũ a modus: ꝛ ponit pro ipſa compoſitione ꝛ cantu: qui etiã modulamen dicitur.

Modeſtus a modico: id eſt tẽperato. Vnde modeſte cũ modo ꝛ temperate. Teren. in Phor. Animus qui modeſte iſthęc ferat? Varro. Non eos optime vixiſſe: qui diutiſſime vixerunt: ſed qui modeſtiſſime.

Moderor. aris. rego: modũ pono. Et tam actõ: q̃ otõ iungit. Salluſti. Fortuna cuius libido gẽtibus moderat. Plau. in Curg. Linguę moderandũ eſt. Huius cõpoſitũ eſt præmoderor, ante moderor. Dicit ꝛ modero. as. in eadem ſignificatione. Sall. Vbi hoc exẽplo per ſenatuſdecretũ cõſul gladũ adduxerit: quis illi finẽ ſtatuet: aut quis moderabit? Moderator, rector, gubernator. Cice. li. j. Tuſ. Si hęc nata ſunt: vt Platoni videt. Vel ſi ſemp fuerunt: vt Ariſtoteli placet: moderator tanti operis ꝛ muneris: ſicut mentẽ hominis: q̃ quis eam non videas: vt deuz non vides: tamẽ ꝛ deum cognoſcis ex operibus eius.

Modeſtia ꝛ moderatio hunc habent ordinẽ. Q; modeſtia fundamentũ: ſoliditas: ꝛ baſis ipſa virtutis eſt: ex qua gignit Moderatio: quę temperat: aurigaturq; modos in factis ꝛ dictis: ꝛ cęteris talibus: quę agẽdi officio vtuntur. Cice. libro. j. ad Heren. ſic modeſtiam diffinit: q̃ ſit in animo continens moderatio cupiditatũ.

Modifico: menſurã ꝛ modũ capio. Belli. lib. j. Comprehenſa autẽ menſura Herculani pedis ſecundũ naturalẽ membrorũ omnium inter ſe competentiã modificatus eſt: atq; ita hinc collegit: quod erat conſequens: tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem: q̃ cęteros alios: quãto Olympicũ ſtadiuz cęteris pari numero factis anteiret. Hinc modificatio pro temperantia.

Modiperatores dicunt: qui modificandi aliquid auctoritatẽ habent: quaſi modũ imperãtes. Varro. In conuiuijs inſtituti ſunt modiperatores atq; magiſtri. Lc.

Modulor: penulti. correp. menſuro: ſiue cũ menſura ꝛ numerorũ ratione cõpono. Bellius. Scite ſubtiliterq; ratiocinatũ Pythagoram philoſophuz dicit in reperienda modulandaq; ſtatus longitudiniſq; eius præſtantia. Virgilius. Carmina deſcripſi: ꝛ modulans alterna notaui.

Modius menſurę genus duo ꝛ viginti ſeſtertia continens. Hinc ſemodius: bimodius: trimodius: ꝛ huiuſmodi. Columel. li. ij. Eadem quattuor modijs: nõnunq; tribus: etiã duobus ac ſemodio iugerũ occupat.

Modiolus cũ accentu in antepenulti. diminutiuũ. Et eſt quarta pars modij: quo etiã noie dictũ eſt paruũ vas quadratũ ad hauriendũ ex puteo: aut lacu: aut flumine aquã. Horum autẽ modiolorũ (vt eſt apud Frontinũ de aqueductibus) alius eſt erogatorius: alius acceptorius: vt multis in locis intueri licet. Victru. Ita cuz tota a calcantibus verſabit modioli pleni ad ſummuz elati: ꝛ rurſus ad imum reuertentes: infundẽt in caſtellũ ipſi per ſe:

Mœchus: adulter. Mœci enim (quod extulerũt. μοιχὸν mœcham: hoc eſt adulterã dicunt. Plau. in Am. Illa illũ cenſet virũ ſuuz eſſe: quę cum mœcho eſt. Ponitur tamẽ pro quocunq; inhoneſte per libidinẽ peccante. A quo formatũ eſt verbum mœchor. aris.

Mœnia a muniendo dicta. Cęteres eñ ę. ꝛ u. indifferenter ponebãt. Et proprie dicuntur: quę vrbẽ cingunt. Virgilius. Et mœnia pandimus vrbis. Hec vrbis tantuz ſunt: ſed etiã munitionũ: caſtrorũ: ꝛ aliorum ędificiorum. Plaut. Prohibentq; mœnia alia: vnde ego fungar mea. Hinc fit ſubmœnũ: quod eſt ſub mœnibus.

Mœror, inquit Cic. li. iiij. Tuſ. eſt ęgritudo flebilis.

Mœreo. es. mœſtus. Vide in dictione mereo. es. Caper Mœſtus animo: ſed triſtis vultu.

Mœſtitia ꝛ mœſtitudo: idem quod mœror. Quintilianus. Dolore atq; animi mœſtitia languẽs. Plautus. Cur tanta mœſtitudo obtigit.

Mœſto. ſtas. ꝛ mœſtifico. cas. mœſtum facio. Ambroſi. lib. ij. officio. Cur non ego etiã dicam: in quibus eum mœſtificare poſſum? Ab μοῖρα. ideo per ę.

Mœro. ras. mœrentem ꝛ triſtem facio. Nam mœraret: id eſt mœrentem faceret: vetus verbum.

Mœſia: prouincia ſcribitur cum ę. diphthongo. In ea

Mœſi ꝛ Triballi Pontoq; cõter (ſunt Bardani, mini Scythę. De hac ſupra in dictione Meſia.

Moga primũ dicebatur: quę poſtea Cappadocia nũc autem Cęſarea a Cęſare: vt refert Joſephus.

Moguntia oppidum tranſalpinę Gallię.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mola.læ.dicta est: qua veluti mole quadaz frumentū legumina aliēqz res terunt: q eoꝝ motu eo cōiecta molunt. Unde molę frumētarię: molę sabarię: molę olearię dicunt. Dꝛcipuus eius vsus est in moletrina. Molas antiqui ab asinis asinarias: alias a manu manuarias: a trudendo trusatiles appellabāt. Et latine quidē mola: grēce μύλος. Unde amylū sine mola factū ex tritico. Jn molēdinis inferiorē Metā: superiorē Catillū vocāt. Et mola mandibula dicit: siue maxilla. Hiero. in Psal. Molas leonū confringet dñs. Item mola caro informis z inanima in Nero mulieris: ferri ictū z aciem respuens: qnę sistit mēstrua: vt partꝰ. Et licet his quoqz accidat: quę cōtu vtunt quoties mēstrua vitiosa sunt: aut semen viri ad formandū fœtum debile est: atqz ineptū: frequētius tamen his accidit: quę a coitu abstinēt solitę alias coire: quales viduę sunt. Fit eñ quādoqz in mulieribus tumor pꝛeter naturā z semen cū sanguine mixtū indurescit in carnem. Quāuis aliquādo ex solo spiritu fit mola: quę mouet natura tētante eā expellere. De hoc Aristo. lib. iiij. de generatione animaliū. Cum ex humore crudo conceptus sit: tūc mola gignitur: idqz in mulieribꝰ merito: aut solis: aut maxime. Dꝛeterea mola a molito farre dicit far tostū z sale sparsum: q eo molito hostię aspergūtur. Apud antiquos post glandes z arbuta: vsus farris in honore fuit: seruatū in tantum: vt sacrificiū non fieret sine sale z farre. Uirgili. Sparge molam. Hinc immolo.as.

Molaris substātiuū ge. mas. dens maxillaris est a mola pro maxilla deductū nomē: q cibū a cęteris dentibus confractū ipsi molūt. Et molaris est molę fragmē. Ouid. li. xiiij. Meta. Aut comes ingt ero dixit: dextraqz molarē Sustulit. Sta. li. v. The. Uastęqz sudes fractiqz molares.

Molaris ꝙo adiectiuū: vt lapis molaris: ex quo mola fit. Hunc quidā pyriten vocāt: q ei insit plurimus ignis: quē pyr græci dicūt: Uel a fruméto: quod pyron noiant. Est z aliud Pyritarium genus ἀπὸ τοῦ πυρός, hoc est ab igne. nostri viuum: vel ignarū lapidem appellāt. quoniaz clauo vel altero lapide percussum scintillas edit: quę sulphuręe exceptę: aut foliis mira celeritate ignē trahunt.

Molarius.a.um. qđ ad molā pertinet: vt asinus molarius: quo vtimur ad molā. Cato. Molariū asinum vnū.

Molo.lis.moli multum: z molitū: significat molatero. Cęsar. li. xix. Triū mensiū molita cibaria sibi vnū quēqz domo efferre iubēt. Molere etiā subagitare: vt in li. Judicū. Sampsonē clausum in carcere molere fecerūt. i. vt tradūt Hebręi cū robustis mulieribus eū coire fecerī: vt ex illo robustā prolē susciperēt. Amb. li. Hexa. Discite o viri qui alienā permolere quęrit vxorē: cuius serpētis sibi ascisce re cupiat ꝙtubernū: cui etiā comparādus ipse serpēti fit. Hor. a. in ser. Permolere vxores nollē laudari er inquit. Trāslatio sumpta a mola. Nā cum frumentum demolit: molaqz super catyllū est circūuoluit: sic i patrāda re venerea vir mulieri incūbit. Huius cōposita sunt: Cōmolo: simul molo. Lact. de Opi. Contritos z cōmolitos dentibus cibos colligit: z conglobatos vi sua deprimit: z transmittit ad ventrē. Emolo: perfecte molo. Ambro. Cogitatiōes exquirere: z ąsi emolere muneris habēt. Permolo: de quo paulo ante. Et hęc pe. cor. habēt.

Molito: pe. cor. qui molit: vulgo molendinarius dicitur. molitura apud Plini. lib. xv. sumitur pro ipso molendinario: molendini opifex: (lendi actu. molędinarius.a.um. quod ad molendinum pertinet: vt mola molendinaria. Paul. iureconsultus negat asinam molendinariam ea appellatione contineri.

Moletrina pe. pro. a molendo pristinū olim dicebatur quo tēpore tundebātur frumenta nō molebantur.

Molucrū pe. cor. lignū quadratū: quo veteres immolabāt. Et molucrū: quo molę verrūtur: quod græci μόλακρον dicunt. Item tumor: ventris: qui etiā virginibus accidere solet: molucrū vocatur. Afran. virgini tam crescit vterus ąđ grauidę mulieri molucrum.

Moles: res magna z magni ponderis. Uirgi. Totāqz insula per artus Mens agitat molē. i. magnitudinē mundi. Colu. lib. iiij. Jndia perhibet molibus ferarū mirabilis. Quoniā vero: quę magna sunt: difficilia esse consueuerūt: capitur quādoqz moles pro difficultate. Uergili. Tantę molis erat Romanam condere gentē. Et in mari moles dicitur: quoties excluditur aqua. Accipitur z pro motu. Idem. Inde Gyan ipsam ingenti mole chymęraz Consequitur. Et a mouendo dicitur moles.

Molestus ōr, qui alicui grauis est: nec finit eū quiescere. A quo molestia: sollicitudo z grauitas. Terē. in And. Multū molestus ei certe fuero: atqz aio morē gessero. A molestia fit compositū pręmolestia. Cic. lib. iiij. Tus. Alij metū pręmolestiā appellabant: id est anticipationē molestię: quasi metus sit pręuius: duxqz molestię futurę.

Molesto.as. molestia afficio: z ąsi molę affero. Mode sti. ab Aurelio Sępronio ffre meo neminē molestari volo.

Molibdena ōr plūbi z argenti vena cōmunis: quę z galena z plumbago ōr. Molibditis plumbi spuma. Si/

Prosequor pe. cor. ꝓprie significat vltra siue post/ quor. Cice. lib. ij. offi. Sequit vt hęc officioꝝ genera prosequar. Plau. in Cist. Si is hac: aut hac socci video: vestigiū in puluere psequar hac. Aliquādo psequi est cū affectu animi. vt Prosequor te amore: odio: laude: honore: contumelijs: ⁊ hmōi. Et fere semper cū ablatiuo. Licin Ver. acti. iiij. Jste iratus hoiem verbis vehementioribus prosequit: id est insectatur. Idem in Metello. Domus tua deniqꝫ tota oibus summis officijs psecuta est. Interdum prosequi est perseuerare: exequi qđ cęptum est. Amb. Et bene sabbato cępit: vt ipm se ostenderet creatorē: quia opera operibus intexeret: ⁊ prosequerē opus: qđ ipse iam cęperat. Interdū est ꝙsi deducere: ⁊ comitari. Hiero ad Julianū. Inter multoꝝ officia propꝫ quoꝝ: ⁊ consulares amicos tuoꝝ exequias psecutus est. Diuersis aliis modis vsurpatur. Lactan. lib. ij. Siquidem sacrilegia sua iocularibus etiā dictis prosequebat: id est condiebat Idem lib. iiij. Quam Tullius vniuersis eloquentię suę verbis psecutus est: id est descripsit: tractauit: vel laudauit. Cic. lib. j. Tuscu. Quid totū prope cęlum: ne plures prosequar: nōne humano genere cōpletum est: id est vltra hominē. Idem in Catone. Quā palmam vtinam oꝫ immortales tibi reseruent: vt tui aui reliquias prosequare: id est viriliter assequaris: vel prospere cōsequaris. Terentius in Adel. Ego ius meum prosequar. Plautus in Cap. Nunc Barbarica lege certuꝫ est ius meum prosequi: id est pro viribus obtinere. Columella lib. j. Accursus pmio prosequamur eos: qui strenue se gerunt.

Prosodia cū accentu in pen. latine accentus dicit: quę lex est: siue regula ad eleuandā: deprimendāve syllabam vniuscuiusqꝫ particulę oꝛionis accōmodata. Et alio nomine apud grecos τόνος dicitur. Fit autem prosodia a πρός greca prępositione: quę ḃcat ad: ⁊ ὠδή cantus.

Proserpina pen. cor. Luna Jouis ex Cerere filia: a greci persephone dicit. Ouidi. lib. iiij. Fast. Et neqꝫ Persephone digna est pdone marito. Al. pserpendo dicta Proserpinā. Aug. lib. vij. de ciui. dei. significare ꝙ secunditatē scribit. Quę cū aliquādo non esset: dicta fuit rapta ad inferos: ⁊ tunc cessarūt instrumēta ruralia. Qua redeunte instituta sunt solēnia apud Athenas. Serpere eñ videtur: veluti serpens dū modo in dextrā: modo in sinistrā mouet: propter quod ⁊ omnimoda dicitur. Dicta est Libera: Diana: Lucina: Trinia: Hecate: ⁊ Noctiluca.

Prosumia: genus nauigij leuis speculatorij. Plau. De nocte ad portum prouectus sum prosumia. Cęcili. Qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pro gubernatore se gerens prope vertit prosumiam. Hęc naues etiam Seleoretę vocantur.

Proseuche obsecratio: vel oratio: quę ad deum fundi tur: dicta quasi προσεύχή. Quia attentione opus sit. προσεύχω enim est attendo vel intendo: vel adhibeo. Iuue. videtur ponere pro eo loco: vbi pcibus ꝛ obsecrationi/ bus mẽdici a trãseuntibus stipẽ mendicabãt: vel victita/ bant. Ait enim. Ede vbi consistas: in qua te quero ꝓseu/ cha. Nam in ingressibus pontiuꝫ mendici tuguria habe/ bant: vnde a prętereuntibus mendicarent stipem.

Prositium dicitur: quod ꝓfectum proijcitur. Lc.

Prosocer penul. corre. Vide in dictione Socer.

Prosopis penultima correpta: insula in Delta Nili: in qua est ciuitas Atarbechis: vt ait Herodotus.

Prosopopeia ad verbum dicit personę factiua. Com ponitur enim ex προσώπῳ, quod personã significat: ꝛ ποιῶ facio. Figura est cum persona aliqua fingitur: vt cum in/ animatum loquitur ad animatum: vel econuerso. Ho/ ratius. Quid amplius mare o terra ardeo.

Prosonomasia: latine annominatio dicitur: quę fit si/ militudine aliqua vocum: ꝛ vicinitate quadam verbo/ rum: vt quis locus: aut lucus: vt ex oratore arator, vt de/ ligere oportet: quem velis diligere.

Prosper: qui dat felicitatem: felix qui recipit: vt sydus prosperũ: sub quo natus est felix. Sueton. tamen de Ce/ sare scribit eum fuisse prospera valitudine. i. bona ꝛ quasi felici. Vnde improspere: qđ ponitur pro non bene. Colu mella. lib. j. Nam vbi quid perperam administratũ cessit improspere: vitatur: qđ fefellerat: illuminatuꝫ rectã viam docentis magisterii. Et Vergil. Sis felix nostrũqꝫ leues quęcunqꝫ laborem: pro eo quod est prospera ꝛ benigna. Dicitur ꝛ prosperus. a. um. Cic. lib. vj. de repu. Deinde est hominũ generi prosperus ꝛ salutaris.

Prospero. as. ꝛ prospero: deponens: psper fio. Augu. in plogo lib. de ciui. dei. Qui res humanas ita ꝓsperari volunt: vt ad hoc multorũ deorum cultũ: quos Pagani colere consueuerunt: necessarium esse arbitrentur.

Profilio profilis. Vide in dictione Salio.

Prospicio. is. ixi. est ante: siue a longe video: prouideo: curo: caueo. Cice. Ser. Sulpi. Tanꝫ ex aliqua specula prospexi tempestatẽ futuram. Pro cauere ꝓuidere con/ struitur cum dativo. Terẽtius in Adel. Ego iam prospi/ ciam mihi: id est consulam: siue ꝓuidebo. Plinius. Nam ꝛ rebus illius non minus: qꝫ meis ꝓspiciebam.

Prospecte aduerbiũ: consulte. Hierony. contra Ioui. Ex quo volunt dei dispensatione esse factum: vt qui im/ prospẽcte vouerat errorem votoꝝ filię morte sentiret.

Prospectus. us. ipsa a longe visio. Verg. lib. ij. Geo. g. Non animũ modo vti pascat ꝓspectus inanem. Docet Paul. Iurisconsul. Prospectũ ex inferioribus: ꝛ ex superio ribus locis esse: Lumen ex inferiore loco non esse.

Prospicuus: intentus ac vigil.

Prospicientia cura: ꝓuidentia. Amb. Quid enim tam morale ad persuasionem: qꝫ qꝫ videas: qꝫ etiam quę sunt irrationabilia: sic dei ꝓspicientia vestiantur: vt nullo ho/ rum vel ad gratiam egeant: vel ad ornatum?

Prospiro. as. pen. ꝓdu. vltra longe spiro. Cato. Nam venę eorum vbi sufflatę sunt ex cibo non possunt prospi/

Prostasis: siue prostasia prę/ (rare in toto corpore. fectura: vel prędidentia latine dicitur.

Prosthesis appositio: siue additio. Figura cum in prin cipio dictionis additur litera: vt gnatus pro natus.

Prosterno. is. ante sterno: vinco: ꝓfligo: quod fit cum hostes in acie sternunt. Sall. Prostratisqꝫ militibus fugę se dedit. Aliquando significat in terram deiicio. Apule. Puellamqꝫ reluctantẽ tandem ꝓstrauit. Ambrosius ali/ ter dixit in diua Agnete. Inter hęc lecto ꝓsternitur.

Prostituo. is. qđ si ante statuo: meretricã daꝫ pbeo: vnde prostituere pudicitiã: significat vulgo sui corporis pote/ statẽ facere. Hinc meretrices ꝓstitutę dicunt. Sueto. de Nerone. Suã pudicitiã vsqꝫadeo ꝓstituit: vt cõtamina/ tis pene oibus membris: vt virorꝫ ac fęminarum inguina

Prostibulũ modo ipm scortum dicit: (inuaderet. qꝫ quęstus copiosioris gratia concurrẽtibus illuc adue/ nis mãsiones ante stabula habuere. Al ꝓstituendo: qꝫ in eo loco se ꝓstituant meretrices. Hiero. Prostibula regnũ dei non possidebũt. Modo ipm lupanar. Idẽ in Ezechi. Ędificasti tibi lupanar: ꝛ feciti tibi prostibulum in cun/ ctis plateis: ꝛ iterũ destruent lupanar tuum: ꝛ demolient tur prostibulũ tuum. Dicitur ꝛ prostibula. lę. Plautus in Persa. Nic faceret prostibulam propediem.

Prosto. as. prostiti. ꝓstatum. a longe sto. Plau. in Cur. Ni saltem in occultis locis prostãt vos in foro ipso. Item prostare: est pro ptio stare: seu viuere. Iuuen. Quid refe/ ram quanta siccuꝫ iecur ardeat ira Cum populũ gregi/ bus comitũ premit hic spoliator? Pupilli ꝓstantis. Idez. Et ad circum iussas prostare puellas. Item ꝓstare: ante stare. Quintilianus. Iubet ꝓstare gladio cinctum.

Prostoton morbus: quo rigore mentũ pectori intendit

Prosubigo. is. penulti. corepta: ex pro ꝛ sub: ꝛ ago: si/ gnificat vehementer suffodio. Vergili. lib. iij. Geo. g. Et pede prosubigit terram: fricat arbore costas.

Prosum. es. profui. vtilitati sum: quasi pro aliquo sum Terent. in Hecy. Quicquid est: id quod reliquit: profuit: id est pro nobis fuit: sicut exponit Donatus.

Protasis dici potest ꝓpositio. Dona. in ꝓlog. Terẽti. Protasis primus actus est: initiumqꝫ Dramatis.

Prothesis dicitur prępositiũ: siue ꝓpositio: vt a. ab.

Protelo. as. pen. produ. longe differo: ꝓtraho. Lucil. Quem neqꝫ Lucanis oriundi a montibus tauri ꝓtelare validis cornibus. Hieronymus. Ineodiam plusqꝫ vnius diei victorię exercitus protelatur. Per translationẽ sumi/ tur pro perturbo: exagito. tractũ ab assiduo telorũ iactu. Terentius. Ne te iratus suis segnis dictis protelet. Sisen. lib. iij. Romanos impetu suo protelant. Item propello ꝛ longe excludo. Turpilius. Propter peccatũ pauxillum indignissime patria protelatum esse segnitia patris.

Protępore aduerbialiter vsurpaꝫ pro rõne tpis. Lc.

Protendo: vltra tendo: vt ꝓtende pedẽ. Hiero. Cum dextrę manus ꝓtensione cupitũ indicans iter. Vergi. li. j. Geo. g. Hinc a stirpe pedes temo ꝓtentus in octo.

Protero. is. pe. cor. vltra siue de longe tero. Plau. Ego hic te mulier: quasi sus catulos pedibus ꝓteram. Et in Amphi. Fędant ꝛ proterunt hostiũ copias iure iniustas.

Proterreo. es. a longe terreo. Sta. li. ij. The. Protinus idẽ vltro iaculo parmaqꝫ Denetẽ Proterreb at agens.

Proteruꝰ: petulãs: pcax. Hęc tria multũ similia sunt: quandã enim lasciuiã: libidinẽqꝫ declarãt: tum iniuriã in dictis ꝛ in factis. Dictus ꝓteruus: in quo impudẽs ꝛ ar/ rogãs audacia: a ꝓterendo: qui oia sub pedibus esse ve/ lit: ꝛ nullus sit pudor in petendo ꝛ audendo. Cic. Si vi/ dua libere ꝓterua petulãter diues: effuse: libidinosa: me retricio more viueret. Hinc proterue ꝛ proteruiter ad/

Proteruia: petulantia. Quo etiã nomi/ (uerbia. ne significat sacrificiuꝫ quoddã: vt testat. Macro. in quo mos fuit: vt si quid ex epulis superfuisset igne ꝓsumeret. Hinc est iocus ille Catonis. Nã cum Albidius quidã bo na sua comedisset: ꝛ nouissime domũ: quę ei reliqua erat incẽdio perdidisset: proteruiã euꝫ fecisse dicebat. Quod enim comesse non potuerat: id combussisset.

Proteruio. is. lasciuio: inobedio: petulanter ago.

Protesilaus nomen viri proprium: qui in initio Tro/ iani belli ab hectore interfectus fuit.

Protrepticus: instructiuus: ꝛ exhortatiuus. Symma/ chus in Epi. Indulge stilo aliquid cudas calicũ: seu pro/ trepticũ scribe. Auso. Libelluꝫ inquit instar proptreptici luserã. Julius Capitolinus ait librũ: cui titulus est Hor/ tẽsius scriptũ esse a Cicerone ad exẽplar protreptici.

Proteus nomen Oceani filij.

Prothyra penul. cor. sunt vestibula in domoꝝ ianuis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Auto: Victruuius: quasi sit magnū secretuz. Nam δύξα
Protinus pen.cor. cōponi vide (ianua, πρὸ ante.
tur ex pro z tenus. i. a longe: q̄tum fieri potest. Liui. li. ix.
Cum ad alias angustias ꝓtinus pergerēt sectas deiectu
arboꝝ: saxoꝝ̄q; ingente obiacente mole inuenere viam.
Vergi. En ipse capellas Protinus ęger ago. i. longe a fi/
nibus: vt sit ꝓtinus: quasi porro tenus. Quidā etiaz expo
nunt pro valde. Quādoq; ꝑcat statim: ac sine intermissio
ne. Vergi. Protinus ad regē cursum deto: quet Marbā.
Quandoq; consequēter: deinceps: deinde. Idem lib. iiij.
Georgico. Protinus aerij mellis cęlestia dona Exequar.
Qñq; iugiter. Idē. Traiecto missa lacerto Protinus ha/
sta fugit: seruatq; cruenta tenorē. Quandoq; oīno: vt Cū
Protinus vtraq; tellus vna foret. Hic Ser. exponit. i. con
tinue. Cum autē additur negatio: ꝑcat non ideo: sicut fit
in cōtinuo z statim. Quintilia. Non autem: vt quicquid
pręcipuū necessario est: sic ad efficiendū oratorem maxi/
mi protinus erit momēti. Apud veteres etiā Protinam
dicitur. Terentius. Protinā me conijciam in pedes.
Protollo. lis, differo: prolongo. Belli. Neq; vltra deci/
mum mēsem sętura mulierū protolli potest. Plautus in
Protous: vnus ex du (Laf. Protollo mortē mihi.
cibus Gręcis: qui ex Magnesia venit ad Troiam.
Protos grece πρῶτος, latine ꝑmus, proton primū.
Protocollum: prima concinnatio: z raptim confecta
scriptura: quę meliorem cōpositionez desyderat. Est eñ
proprie: quod breuiter z succincte a tabellione notatur:
vt extendi: deinde atq; absolui possit. κόλλα gluten dici/
tur. κόλλησις glutinatio: vel glutinatura: κολλήτης glu/
tinator, κολλάομαι glutino. Et quia in cerę glutino:
quę per tabulas extensa erat protocollum: id est prima
cōglutinatio vocata est. Aliqui a κῶλον, quod est mem/
brum: quia primū sit scripturę membrum.
Protocomos: latine primum comans dicitur.
Protagoras pen.cor. nomē philosophi. Hic dixit sibi
nō liquere: vtrū esset aliquid deus. ꝓpter qđ Athenięses
ipm: vtpote impiū suis finibus expulerūt: libroſq; eius in
concione exusserunt. Fuit ex Philao oppido Thessalię
Isiphili filius: vxorēq; habuit Laodomiā Acasti filiam.
Protenor, vnus ex Bęotiorum ducibus. Lc.
Protogenes pen.cor. significat aliquē primi generis: z
a poetis sumit ꝓ eo qui se talē confingit. Iuue. Non est
Romano cuiq; locus hic: vbi regnat Protogenes aliqs.
Hoc nomine quidā clarus pictor etiā est appellatus.
Protogenia nomen Deucalionis z Pyrrhę filię.
Protogenus: primogenitus: habet penul. corre.
Protologia cū accentu in pe. ꝑma locutio: antiloquiū.
Protomartyr primus testis. Protomedicus: primus
medicus: qui z Archiatrus dicitur.
Protomystę: Mystarum princeps. Mystę autem sa/
cerdotes appellantur: qui mysteria ecclesię secreta re/
gunt: z administrant.
Protonotarius: primus notarius. Notarius vero a no
ta deducit. Sed iudicioꝝ̄ notarij barbare dicunt.
Protopages z protopagus nuper vel ꝑmo fabricat⁹.
Protoplastes: siue protoplastus: ꝑmo formatus. Unde
Prototomus pen. (z Adam ꝓtoplastus dict⁹ est.
cor. primę sectionis. Unde ꝑmus caulis: qui succidit vel
cāma brassicę a prima sectione: ita appellatus est quę ve
rę fit. Estq; ipsoꝝ̄ caulium delicatior, tenuiorq; caulicu/
lus. Col. lib. xj. Sed iaz prototomos tēpus decidere cau
les. Martia. Et faba fabrorū prototomiq; rudes.
Prototocos: primus genitus: vel primo enixa.
Prototypon pe.cor. exemplar. Prototypus primitiu⁹
Prouehor.is, pduco: hoc est (dicit z archetypus.
vltra ad locū: vt eū ago me loco: vnde discessi vltra: plus
vel minus vehor. Plau. in Ru. Quid ego deliqui: rogas?
qui arrhabonem a me accepisti ob mulierē: z eam hinc
adduxisti? Non auexi. Cur negas? quia pol ꝓuexi: ave/
here non qui miser. Per translationem, Leo papa. Isti
sunt: qui te in hanc gloriā prouexerunt. Sic dicimus ali/
quem ętate prouectum: z prouecta prudentia.
Prouenio: produco. Unde proventus dicunt reddi/
tus: & non tantū bonarum rerū: sed etiam malarū. Plau
tus. Calamitatū z miseriarum tot proventus.
Proverbium dicitur: quasi cōmune omniū verbum:
vel q̄ verbū pro verbo ponatur. Est eñ sententia: quę in
ore oīm versatur. Modo aperta z simplex: vt obsequiū
amicos: veritas odiuz parit. Modo obscura: z aliud si/
gnificans: q̄ verba exprimere videātur: vt equus Seia/
nus. Inde proverbialis z hoc proverbiale. Lc.
Provideo. es, pe.cor. ꝑcat ante vel a longe: z futurum
aliquid video: anteq̄ sit factum. Plini. Hoc eñ sapientię
est oīa: quę ventura sunt ꝓuidere. Lic. lib. ij. de diui. Me
dicus morbū ingrauescentē ratione ꝓuidet: insidias Im
perator, tępestates gubernator, z tamē ipsi sępe falluntur
qui nihil sine certa ratione opinant: quoniā vero ea quę
prouidemus: si mala sunt: aut vitamus: aut emēdamus:
factum est: vt prouidere: modo vitare significet: vt apud
Terent. in And. Quę si non astu prouidetur me: aut he/
rum peffundabūt. Modo remedū prębere. Lic. Satis
iam oīnibus: quę necessaria erant: prouisum putabant.
Hinc prouidētia z prudentia dicūtur. Idem. Id enim sa
pientis est ꝓuidere: ex quo Sapientia appellata est pro/
uidentia. Et iterum. Tanta memoria ꝓteritoꝝ̄: futuro/
rūq; prudentia. Quidā tñ prudentiā a prouidētia distin/
guunt: vt prudentiā dicant in rebus humanis: prouiden
tiam in diuinis. Alij prudentiā definiunt rerū bonarum:
z malarum: z vtrarūq; scientiam: prouidentiā vero per
quam futurum aliquid videtur: anteq̄ factum sit. Unde
prouidentia aliquādo pro deo ponitur. Quintilia. Nul/
lam ego res humanas despicere prouidentiā reor. Idem
de Licerone. Dono quodā prouidentię genitus: in quo
omnes vires suas eloquentia experiretur.
Providus: videns ante: diligens: follers.
Provide aduerbium: diligenter significat.
Provincia dici videt: q̄ procul vinci videat. Proprie
enī prouincię dictę sunt regiōes longe ab Italia bello ac/
quisitę: q̄ eas Romanus populus ꝓcerit. Unī Aege/
sippus scribit Romanos cū in ius suū vincēdo redigerēt
procul positas regiones: appellauisse prouincias. Primo
oīm Sicilia ꝓuincia est appellata: sicut docet Licero in
quarta Ver. Et prouinciaz alię erant cōsulares: alię pre/
torię. Redigere aūt regiones in ꝓuincię formā nihil aliud
est: q̄z regionē subiycere imperio Romano: z ad eam gu/
bernandā mittere pręfectum. Et quoniā pręfecti ad eas
gubernādas cum officio mitti solebant: factū est etiam
vt ipsi magistratus: z omne onus nobis impositum pro/
uincia appelletur. Teren. in Phor. O Beta prouinciam
cępisti duram. Est z prouincia regio Gallię Narbonensis
Rhodano finitima: qui eam a Celtis separat.
Provinciales dicti sunt: qui ex prouincijs sunt: siue vt
Ulpia. inquit: qui in ꝓuincijs domicilium habent. Prouin/
cialiū noīe oēs pręter Italicos appellabant. Unde Col.
lib. vj. caput facit de agricultura prouincialiū vinearum
cum alibi de agricultura Italicaz scribit Plinius orator
lib. epistolarū octauo. Italicus es: an prouincialis?
Provinciatim aduerbiū: ꝑcat per singulas ꝓuincias.
Prouoco. as. pen.cor. proprie ꝑcat a longe voco. Liui.
lib. vij. Gallus magnitudine: atq; armis insignis ꝓuocat
per interpretē vnū ex Romanis: qui secū ferro decernat.
Aliquādo prouocare: est inuitare: incitare: hortari: z hoc
tam in bonum: q̄ in malū. Licero. Tuis literis amanti/
simis sum prouocatus. In malū significat lacessere. Pli/
nius. Quāuis eñ multis ꝓuocatus iniurijs: nunq̄ tamē
ab amicitia recessi. Interdū est profugere: z ferme idem
est: quod appellare: nisi q̄ prouocare magis est: q̄ appel
lare: z proprie ad maiores potentioresq; : quoꝝ̄ ope atq;
gratia indigemus: pertinet prouocatio. Et iungitur accu
satiuo cum ad. Lice. Cum alter ad senatū prouocasset.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

P Ante B

alter ꝙ appellasset tribunos. Aliquãdo sine ad. Liui. lib. iij. Non ita se inuidiã pertimuisse: vt nihil in equitate ⁊ mi sericordia ciuiũ suorum spei habeat. Q; si ĩ dicta causa in vincula ducat: iterũ se tribunos plebis appellare: ⁊ mone re ne imitent quos oderint. Q; si tribuni eodẽ sedere obli gatos se fateant tollẽdę appellationis causa: in quã conspi/ rasse decemviros criminati sint: ait se prouocare ad popu lum: implorare leges de ꝓuocatione ⁊ cõsulares ⁊ tribuni tias eo ipso anno latas. Quę em̃ prouocaturũ: si hoc indẽ nato in dicta causa non liceat? Cui plebeio ⁊ humili p̃si dium in legibus fore: si Appio Claudio non sit? Se docu/ mento futurũ vtrũ nouis legibus dominatio an libertas firmata sit: ⁊ appellatio: prouocatioq; aduersus iniuriam magistratuũ ostẽtata tm̃ in manibus literis: an vera data sit. Apul. Nihil prodest p̃torem aut potestatem aliã prouoca re. Appellatio autem prouocatioq; inuentę fuerunt p̃ re medio aduersus iniurias magistratuũ.

Prouolo as. penul. cor. ante seu vltra volo. Plini. lib. x. Tũc vniuersę prouolant si dies mitis futurus est. Liui. lib. ij. per translationẽ ꝑ ꝑcurro posuit. Sic primũ infensis ha stis ꝓuolãt duo Fabij: totãq; mouerũt secũ aciẽ.

Prouoluo is. ante voluo: vt prouolutus pedib⁹. Aliquã do prouoluere est volvere seu ruere facere. Liui. Ingentia saxa in subeuntes prouoluẽtibus barbaris.

Proximus. Vide in dictione Prope.

Proximuriũ pontificale pomeriũ proximi muri. Lc.

Proxeneta: grẽci προξενητής. ou. licitator: mediator: vel cõ ciliator. ⁊ προξενέω quod est concilio: vel induco ad aliqd faciendũ. Jam apud nos qui medius est: vt res emãtur ⁊ vendantur Proxeneta dicitur.

Prudens quasi prouidens: ⁊ interdũ sapiens: interdum sciens dicitur. Vnde iurisprudentes vocantur: qui ius sci/ unt. Et iurisprudẽtia: iurisscientia. Hoc tamẽ inter se diffe/ runt prudens ⁊ sciens ꝫm Bona. q; prudens est qui intelli gentia sua aliquid cognoscit. Sciens qui alterius iudicio rem percipit. Hoc est prudens per se: sciens per alios. Te/ ren. in And. Et prudens: sciens: viuus: videsq; pereo. Sic imprudentia pro insipientia ⁊ insscientia. Augu. de libe. ar/ bi. Prudentia est appetendarũ ⁊ vitandarũ rerũ scientia. Prudentię est: sicut docet Macrob. ad ratiõis nostrã quę cogitat: quęq; agit vniuersa dirigere ac nihil p̃ter rectuꝫ vel laudabile facere. Prudentię insunt ratio: intellect⁹: cir cũspectio: prouidentia: docilitas: cautio. Socrates omnes virtutes putabat esse prudentias. Aristo. Impossibile ingt est prudentẽ esse quempiã: nisi sit bonus. Prudentis est be/ ne consulere. Plato in legibus ait prudentiã omniũ virtu tum ducẽ esse. Grẽce dicit φρόνησις. Plau. in tru. Quę hic habet phronesiũ: omnẽ ex pectore mouit meo phronesin.

Prun⁹ arbor: q̃ pruna ꝓducit. Prunetũ loc⁹ prunis ꝓsit⁹.

Pruneoli fingi q; ꝛ spineoli dicti sunt: ignoti prorsus ve terib⁹: qõ certe inter tot gulę irritamenta mirandũ est. Lc.

Pruna a carbone ita distinguit: q; illa q̃diu ardet pru/ na dicit. Carbo cum extincta fuerit. Dicta pruna a puren do. Virgi. Et cinis obductę celabat lumina prunę.

Pruina: a perurendo: q; fruges ⁊ virgulta perurat.

Prurio is. quasi peruro. Est enim̃ prurire ꝓprie libidine scalpẽdi ardere. Plau. in Alm. Dẽtes pruriũt. A quo pruri tus us. q est excursus humoris spirabilis incluſi cõtra na/ turã. Quę voluptas quoniã in libidine similis est: quppe ni hil aliud est genitura q̃ excursus hmõi humoris ad rẽ na/ turalẽ: sit vt etiã hęc voluptas prurigo dicat ⁊ tentigo.

Prusa vbs apõ Mysios ad radices olympi quã Pru sias condidit: qui cum Crœso bellum gessit. Hinc ortus est Dion philosophus: qui de regno scripsit: ⁊ Traiani tem/ pore claruit. Ab hac Prusenses dicti sunt. Est ⁊ altera pru sa sub Hippio monte seu fluuio: vt est apud Ptolemeum. Hoc autem discrimine a Prusa quę sub Olympo est diri mitur. Hęc em̃ a Plinio Prusias dicitur quę Lyos quõ/ dam fuerit: a qua Prusienses vocantur.

Prymnesius palus: ad quem funis nauticus religatur: quem alij Tonsillã dicunt. Lc.

Prymno nympha Oceani filia. Lc.

Prymnesia vbs Mœonię in finibus Lydię siue Phry/ gię ac Mysię. Lc.

Prytaneũ: locus erat Athenis in arce dignissimus: vbi iudices ⁊ magistratus habere consiliũ solebãt. Cice. lib. j. de or. Et vt ei victus quotidianus in Prytaneo publice p̃beretur. Dionysius Prytanea vocant curias: in qbus sacra fiebãt ab ijs qui maximã in vrbibus habẽt potesta/ tem. Prytanis magistrat⁹: p̃fectus: administrator: vt cõsu/ latus: quę publici consilij principem appellabant a verbo πρυτανέυω: quod est guberno ⁊ magistratũ exerceo.

P ante S

Psaltes latine cantor. psalmus canticũ. a ψάλλω canto quod ad psalterium cantaretur.

Psallo is. cano. ⁊ proprie de psalmis dicit. Aliqñ psalle re ponit ꝑ ꝑdicare: vt est illud. Sic psallam nomini tuo.

Psalteriũ: greca dictio est: quod hebraice Nablon: lati/ ne organum laudatoriũ dicitur. Et est: vt Hiero. scribit: in modiꝫ quadrati clypei cum decem chordis: sicut scriptũ est. In Psalterio decem cordarũ psallite illi. Et in exposi/ tione psalmorũ sic ait. Psalteriũ proprie genus organi mu/ sici melius sonans q̃ cithara: similitudinem habet citharę sed non est cithara. Inter psalteriũ ⁊ citharaꝫ hoc interest: q; cithara deorsum percutitur: psalterũ sursum: quod ver bo vulgari polyphthongũ dicitur. Et alio in loco. Citha/ ra deorsum habet canamẽ ⁊ sex chordas habet: psalteriũ desursum habet canamen. Augu. Psalteriũ est organũ qõ quidem manibus portatur percutientis: ⁊ chordas distin ctas habet. Sed illũ locũ vnde sonũ accipiunt Chordę il lud concauũ lignũ quod pendet: ⁊ tactũ resonat: quia reci pit aerem psalteriũ in superiore parte habet. Cithara au/ tem hoc genus ligni cauũ ⁊ resonãs in inferiore parte ha/ bet. Itaq; in psalterio chordę sonũ desuper accipiunt. In cithara chordę sonũ ex inferiore parte accipiunt.

Psalma: qõ psallitur: diapsalma interpositum a psallẽ do silentium: vt simpsalma dicitur vocum copulatio in cã tando: ita diapsalma disiunctio: vbi quędã requies distin ctę continuationis ostenditur.

Psalmodia cum accentu in penul. ex psalmo ⁊ odia q est cant⁹ mixtus: vt cũ aliquis ad musicũ instrumẽtũ canit.

Psaltria: cantrix a psallendo. Fidicina quę sequebatur ⁊ amabat Histriones. Amabat enim qui cantabant quo/

Psecas adis. gutta sine stilla dici potest. (tidie in scena. Apul. lib. o de mundo ab Aristotele sumẽs ⁊ psecadas in/ terpretatus: stillicidia vocat.

Psegma atis. idem fere quod flos eris. Pli. lib. xxxiij. In erarijs officinis ⁊ psegma fit. Grẽce ψῆγμα.

Pseudopãchusa herba similis Anchusę: a qbusdã En/ chisa: ⁊ Boris dicta. Lc.

Pseudobunion: genus herbę. Lc.

Pseudo nomen trium generum ⁊ inuariabile per mu/ tationem casuũ: ⁊ latine falsus dicitur.

Pseudolus: falsus seru⁹. Vnde ⁊ Plautinę fabulę pseu doli nomen inditum est.

Pseudospecen vespã vocant quę singularis volat. Lc.

Pseudisodomon: genus structurę in ędificijs. Lc.

Pseudologus: falsidicus: pseudographus: falsarius.

Pseudographię: fabulę: deformatiões. Pseudoangel⁹: falsus nũtius. Pseudoprophetę: falsi vates. Pseudomar/ tyr: falsus testis. Pseudoadelphus: falsus frater. Pseudo dictamum: falsum dictamũ genus herbę quę in creta simi lis pulegio nascitur. Pseudonymus: falsi nominis. Pseu doporticus falsus porticus. Nam in ędificijs partes quę fiunt ad imitationẽ: neq; integrũ: nec principalẽ: sed pariũ aut temporariũ vsum ꝑbent quasi alienũ opus mentiẽtia: hoc nomine insigniri solẽt: vt Pseudipteros: ⁊ pseudoau/ lę: similiaq; his complura in Victruuio.

Pseudothyra quasi falsum ostiũ. Vnde ꝑ postico sumit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Orosius. Uerūtamē sequēti anno tanta fames Romę fuit vt medio foro imperator correctꝰ a populo cōuitijs ꝛ fragminibus panis turpissime infestatꝰ ęgre p pseudothyrū in palatiū refugiēs furorem excitatę plebis euaserit. Lice. in Uer. Ea quemadmodū ad istū postea pseudothyrū reuertantur: tabulis vobis ꝛ testibus iudices planū faciā.

Psilon: latine tenue dicitur.

Psilotrum: vnguentū depilatoriū: de quo fit mētio apd Auicennā ꝛ Galenū: vbi Salamandras legimus habere vim psilotri depilatoriam.

Psylli: populi Libyę prope Garamātas: a Psyllo rege dicti: vt inquit Pli. lib. vij. Quorū corpori ingenitū fuit virus exitiale serpentibus. Scribit Plutar. Catonem iter p deserta Libyes facientem secū Psyllos duxisse: qui morsibus serpentum mederentur: partim ore trahentes venenū partim serpentes cantibus medicantes.

Psychomantiū: locus vaticinij: vbi fiebat manifi euocatio. ψυχὴ enim anima ꝛ μαντέα diuinatio.

Psimmythiū dr: qd nos cerusam noiam⁹: fit ex plūbo.

Psitta. piscis genꝰ. qué nos passerē vocam⁹. Aristo. Torpedo occulit se ꝛ pastinaca ꝛ asellꝰ ꝛ rana ꝛ psitta ꝛ squa

Psittacus: papagallus vulgo dicit auis ex Jn- (tina. dia quę vocem humanā super omnia reddit: ꝛ quidē sermocinans. Mar. Psittacus a vobis aliorū nomina disco. Hoc per me didici dicere Cęsar aue.

Psycholutres dicit qui frigida aqua corpꝰ lauat: ꝛ balneo frigido lętatur. ψύχος frigus. λουτρὸν balneū ꝛ lauacrum. Unde fit psycholutres: qd signi. cat lauacri frigidi cultor. Sene. lib. xij. epistolarū. Ille tantus psycholutres g Kalendis Januarijs Euripū salutabat.

Psydracion genus pustularū subalbidarū acutarūq;.

Psythion genus passi.

Psyra: insula iuxta Chium.

Psole: latine prępitium. Author in Priap. Psoleon ille vocat: quod nos psoloenta cerauinon.

Psophis idis. nomē ciuitatis a Psophide Erycis Sycani filia. Ouid. li. v. met. Usq; sub orchomenō psophidaq; cyllenenq;. Sunt ꝛ alię psophides multis locis. Uel Archadicę psophidis nomen vetus reddit phegeam a conditore impositā phegeo Alphisibei filio: misi quis a Phaginea glande potius existimet.

Psora: cutis asperitas ꝛ squāmosa: ꝛ videtur alia a scabie: cum Pli. lib. xj. dicat. Arida cum resina impetiginem ꝛ scabiem quā Psorā ꝛ Lichenas vocant: sanat. Fit autē a ψῶ scalpo. Nam qui psora laborāt vlcera: siue pustulas supra modū contingere: palpare ꝛ scalpere cupiunt.

P ante T

Pte syllabica adiectio. Quęre in dictione Met.

Ptera: siue vt Uictru. appellat pteromata: in tēplis muri duo sunt ait Stra. lib. xvij. ad altitudinē eorū vtrinq; surgentes: ita dicti q alarū specie quasi ptegant.

Pteris grece: latine filix. Lc.

Pterygiū in oculis vocat membranula quędā nervosa quę oriens ab angulo: vel a narū vel tempor parte ad coronā usq; interim ꝛ pupillā operit. Pli. lib. xxiiij. Cathimię effectus ficare: sanare: sistere fluxiones pterygia ꝛ sordes oculorū purgare. Pterygiū ꝓ in digitis apd Paulū Aeginetā est cum caro excrescit partē illā contegens q̄ est in vngue. Pterygiū inquit appellat: qd vitiū ex Paronychia fere nascit. Et Celsus Pterygion dicit esse cū recedit ab vngue carūcula cum magno dolore. videt eā diminuiū esse ab πτερὸν. i. ab ala: quā tūc videt efficere caro ab vngue recedens. Pli. lib. xxiij. Illinit eadem cum fico ꝛ pterygijs digitor ex vino. Hęc in oculi superficie. Idē. Cū etiam cum oleo paronychias ꝛ pterygia tollit.

Pterna vocat pars inferior naualis vel: circa mediam fere Trachelon: summa pars Carchesiū nominat.

Ptero phoros: est regio apud Riphęos mōtes. Ibi creduntur esse cardines mundi extremiq; syderū ambitꝰ.

Ptisana pe. cor. hordeū decorticatū: vel hordei succus in aqua. apud Col. videt esse pultis genꝰ ex farina hordeacea: in qua est maxima vis restaurādi vires ꝛ nutriendi: apud grecos πτισάνη. apud latinos ptisana p simplex s. Hinc ptisanarium p vase in quo coquit: vel tunditur hordeum. in Ser. Quid cessas agedū: sume hoc ptisanarium oryze.

Ptolemęus nomen proprium Lagi gregarij militis filij q maxime q authoritatis fuit apud Alexandrū Macedonem post cuius mortē Aegypto ꝛ Aphrica: ꝛ magna Arabię parte potitꝰ regnauit annis. xl. a quo oēs deinceps Aegypti reges Ptolemęi appellati sunt. Hic frequentissime apd amicos ꝛ cęnabat ꝛ dormiebat. Q; si aliquādo cęnā phęberet rebus: illoru; vtebat. Accersebat enim scyphos: strata ac mensas. Ipse pter necessaria possidebat nihil: quin alios locupletes facere regale magis esse dicebat q̄ locupletari. Et est nomen a greco deductū. Greci quippe πτολεμέειν καὶ πολεμεῖν pugnare dicunt. Sic igitur ab πτολεμῶ Ptolemęus dicit: sicut ab τιμάω: quod est honoro. Ptolemęus. Hic duos filios habuit: Ptolemęū philadelphum: ꝛ Ptolemęū ceraunū. Philadelphꝰ in regno successit vir doctissimus Stratonis discipulus: qui bibliothecā illā celeberrimā fecit: q̄ vsq; ad primū Alexandrinoꝝ ꝛ Romanoꝝ bellum durauit: regnauit annis. xxxviij. Cui successit Ptolemęus cognomento Euergetes: quod latine dicit beneficus potest. Hic. xxvj. anīs regno potitꝰ mortē. Cui successit Ptolemęus philopater. xvij. annis regnās. Post eū Ptolemęꝰ epiphanes qui annis. xxiiij. regnauit. Cui Ptolemęꝰ philomatꝰ. xxxv. Deinde Ptolemęꝰ Euergetes. xxix. Postea Ptolemęus phitō qui ꝛ Sother. xvij. Postremo Ptolemęus Dionysius qui caput magno Pompeio abscidit. Fuerūt ꝛ alij hoc nomie: vt Pyrrhi regis filiꝰ ꝛ Lysimachi rex qui suis diuitijs Romanū locupletauit grariū. Item astrologus natione Aegyptius: qué Traiani ꝛ Hadriani temporibus floruisse constat.

Ptolemęus a. um. possessiuū. Prop. Et Ptolemęę litore

Ptolomais idis. vrbs dos. ꝛ Ptolomaida capta pharida ę. nomē quiq; vrbiū: quaꝝ vna est in Aegypto: de qua Hiero. ad Eusto. Per arenas Syrię puenit ad Ptolomaidā q̄ nūc Ptolomais dr. Altera in Aethiopia: alia in Phęnicia alia Milli flumis: alia in Cyrenaica puincia Aphricę.

Ptyas dr aspidis spūtū pnitiosum. ἀπὸ τοῦ πτύω: qd est

Ptynge: auis rapax quā alij Hybridē vocant: (spuonoctu volans: venatur more aquilę: pugnat etiā cum aquila ita acriter: vt sępe ambę implexę deferant in terrā: ꝛ viuę a pastoribus capiantur. Lc.

Ptosis: latine ruina: ꝛ casus nominū.

P ante U

Pubes ꝓprie lanugo quę maribus. xiij. anno. fęminis xij. circa pudenda oriri incipit. Qd quia maturitatis est signum: factū est: vt mas pubes siue puber vocetur q̄ ad primū ad generādū aptus est: ꝛ fęmina filiter ad concipiendū A quo impubes bis. vel impuber qui nōdū lanugine emicat: siue qui nondū ad pubertatis annos peruenit. Pli. lib. xxxiij. Lotice eius impubescētę puer impubis si defracto ramo detrahat. Pubes etiā honeste ꝓ parte pudenda sumitur. Uirgi. Prima hois facies ꝛ pulchro corpore virgo pubetemus. Itē pro iuuenū multitudine. Idē. Haud aliter puppesq; tuę: pubesq; tuor. Liui. li. j. Cū pubē albanā ad arcem pfidio armisq; obtinendā duo cassent. Interdū etiā pro populo. Unde pube pśente dicim⁹: hoc est populo pśente ab his q puberes sūt oēm populū significātes. Trāsfertur etiā ad alia. Uirgi. lib. xij. Puberib⁹ caulē folijs. ꝛ lib. iiij. Pubētes herbę. Sciēdū q pubes ꝓ lanugine: ꝓ parte pudenda: ꝛ ꝓ multitudine substantiuū est: ꝛ facit gen. pubis. Sic etiā impubis is. q adhuc inuestis est: adiectiuū est. Tū impubis Juli. Et Hora. in Epo. dixit impube corpꝰ. Quidā lib. iij. meta. Impubesq; genas. Lice. lib. iiij. inuecti ait. Filiumq; eius impuberem legatū a patre missum. Liui. lib. xxx. Laudatāq; virginem parte obsidum se donare dixit apud

quos vellet legeret. ¶Producti omnibus elegisse impubes dicitur. Ergo impubē dicimus ab eo quod est pubes. Sallu. ¶Puberes omnes interfici iubet.

¶Puber. vide ¶Pubes.

¶Pubeo es. pubes sum: vt pubentes herbę: ꝛ fit a pubes is. A quo pubesco: lanuginē emitto. Virgi. lib. iij. Et nunc equali tecū pubesceret euo. Interdū pubescere ponit pro crescere siue producere. Cice. lib. j. de natura deorū. ¶Nam ꝛ fruges ꝛ reliqua quę terra parit ꝛ tēpestates ac tempoꝝ varietates: cęliq; mutationes quibus omnia quę terra gignat maturata pubescāt. Virgi. li. ij. Geor. ¶Hinc omnis largo pubescit vinea fętu: id est exuberat.

¶Pubereſco: puber fio siue cresco: a puber.

¶Pubertas: ętas in maribꝰ: q est annꝰ. xiij. in feminis. xij. Itē pubertas est emissio ipa pubis: a qua anni pubertatis dicti sunt. Colu. lib. iiij. Et citra naturę quādā pubertatē.

¶Publicus a. um. qđ non est priuatū alicuius sed populi. Hinc respu. res populi. Abusiue tamē publica dicta sunt bona ciuitatis. Sola eñ publica sunt: q̄ Ro. populi sunt.

¶Publica sacra quę a populo fiebant: sicut priuata quę pro singulis hominibus familijsve.

¶Publica via: quę in solo populi est: cuius solum publicū est: siue qua iter populo est: publicas vias Romani partim prętorias: partim consulares appellauerūt. Sunt vię priuatę: sunt ꝛ vicinales: quę in vicis sunt: vl quę in vicos ducūt. Pręterea: alię rusticę dicūt: alię vbicę. Militares vię quę inter publicas sunt latiores: vt capere possint milites agminatim iter faciētes. Vnde ꝛ illis nomē. Sue. de August. Iuuenes primo modicis interuallis per militares vias dehinc vehicula disposuit. Curtius. Cum hoc agmine Darius paulū declinauit via militari. Vię militares: vt Paulus inquit. Exitū ad mare: aut in vrbem: aut in flumina publica: aut ad aliā viam militarem habent.

¶Publice ꝛ publicitꝰ aduerbia a publico noīe deriuant.

¶Publicū ꝓ filiū dictꝰ est senatꝰ. Cice. li. de ora. (De) (Cicles Athenis plurimos annos ꝓnceps ꝓ filij publici fuit.

¶Publico as. publicū facio: manifesto. Iusti. Non cōtentus voluptatū suarū tacita conscientia: nisi etiā matrimonū reticenda publicaret. Et publicare est rem aliquā publicam seu in reipū. potestate facere. Cice. lib. ij. artis veteris. Lex est apud Rhodios: vt si qua rostrata in portu navis dephēsa sit: publicet. Cū magna in alto tēpestas esset vis ventoꝝ inuitis nautis Rhodioꝝ in portū nauiū coegit Questo: nauī ppli vocat: nauis dñs negat oportere publi (cari.

¶Publicanos appellarūt maiores eos qui vecti galia ꝛ alios populi Romani redditus exigendos certo constituto prętio redimebant: qui Daciarū vulgo dicunt. Horū ordinē ꝛ numero amplissimū: ꝛ personarū dignitate potentissimū fuisse constat. Cice. pro Plancio. Flos eqtum Romanoꝝ ornamentū ciuitatis: firmamentū reipu. publicanoꝝ ordine contineť. Ulpia. ¶Publicani sunt q publico fruuntur. Nam inde nomen habēt. Et omnes q aliquid a fiscoꝛ conducūt: recte vocantur publicani.

¶Publicola: cognomen ¶Publij Valerij primus cū Bruto post exactos reges consul effectus est: ꝙ coleretur a populo: siue ꝙ populū coleret.

¶Publius: prænomen eius qui populo gratus fuit.

¶Publipo:: publij puer. i. seruus. Sic Marcipo: Marci puer. Ceteres eñ ap: prænominibꝰ pueroꝝ seruos in familia nominabant. Cui a Lucio Lucipores: a Quintio Quintipores. Et ꝟ est qđ Pli. ait: id gen⁹ seruos dominoꝝ fuisse gētiles: id est eodē noīe appellatos: quo domini appellabant.

¶Pucinū vbs est Istrię in mediterraneis: vt ¶Ptole. scri

¶Pudor em philosophi diffinūt esse mo (bit lib. iij. ca. j. destiā q̄ animū reprimit: ne ꝓcaciter: aut inordinate: aut turpiter peragat. Cur aūt erubescant quos puduit: dicitur a philosophis: quoniaꝝ pudefactis sanguis de corde in oēs coꝝporis partes diffundit: ita vt superficiē occupet. ¶Pudor a verecūdia sic separat a quibusdā: vt pudor sit rei turpiter actę: verecundia etiā recte facti atq; honesti.

¶Pudeo es. ui. itum. cum actō. Luc. Semp metuit quem ſęua pudebūt. Impersonale. ¶Pudet puduit ꝛ puditū est: ſm ¶Prisci. Et a parte ante cōstruit cū actō: ꝛ aliqñ cū dativo. Syri. li. vij. Resides ad bella vocant. Quis pudeat certare senes: qs ꝓ quibus. ¶Plau. in Bac. Neq; me: neq; te tuis int⁹puditū est factis q̄ facis. Ubi patet ꝙ nō solū cū genitivo sed etiā cū ablatiuo a parte post cōstrui pōt. Differt autem pudere a pigere: ꝙ pudere verecūdię sit: pigere pęnitētię. Sal. in Jug. Illā postea q̄ fecerit: incertū habeo pudeat an pigeat magis. Don. ¶Pudere est in his q̄ turpiter fiunt. ¶Pigere in his q̄ cū dāno ac malo. pudere ad dedec⁹: pigere ad decorē refert. Teren. in Adel. Fratris me quidem pudet: pigetq;. Cōposita sunt Depudet ꝛ dispudet pe. co:. quod est bis seu valde pudet. Idem in Eunu. Dispudet mihi sic data esse verba. Suppudet: parū pudet.

¶Pudefio is. a pudefacio fit qđ ꝼcat pudore injicio. Gell. Tibiā pudefactꝰ oris deformitate abiecit. i. verecūdatus.

¶Pudens: verecundus. Cuius contrarū est impudens: a quibus pudenter ꝛ impudenter.

¶Pudibūdus q pudore deducit: pudibūde cū pudore.

¶Pudēda virilia quę ꝛ verenda dicūtur: ꝙ vt ait Augu. lib. xiiij. ciui. dei. libidinis nos maxime pudet.

¶Pudic⁹: castꝰ. a q̄ fit pudicitia: castitas: quoꝝ ꝟria sunt. Impudicꝰ ꝛ impudicitia. A pudicꝰ etiā fit depudico as.

¶Pudicitia modo pro castitate: modo pro religiosa mūdicia ac puritate. Virgi. Casta pudicitiam seruat domus. Quandoq; pro dea quę Rome colebatur.

¶Puer tribus modis dicitur. ¶Primo cum seruū significamus. Teren. in And. Et puerū inde abiens conueni chremis. Secundo cum puerū contrario nomine puellę dicimus: marem denotantes. Tertio cum ętatem puerilē intelligimus. ¶Donat interdū etiā pro filio. Virgi. Ascaniuſq; puer. Interdū ꝓ Cingdo. Et est generis cōmunis ſm ¶Prisc. Liui. in Odyſ. Sancta puer Saturni filia. Declinat ꝛ ꝟ puerꝰ: hęc puera: sicut puellꝰ ꝛ puella. ¶Plau. in mer. Tu puere abi hic intro ocyꝰ. Var. ¶Properate viuere pueręq; sinit ętatula: ꝛ ludere amare: ꝛ Veneris tenere leges.

¶Puerpera: mulier quę recens peperit: siue puerum: siue puellam: vulgo peiola dicitur. Ouidi. de Latona. ¶Magna gemelliparę venerantur numina diuę.

¶Puerperiū tēpus quo puerpera ex dolore partꝰ cubat. Aliquādo etiā proles ipsa. Gel. Diuo Augusto imperante ancilla eiꝰ in agro laurente peperit quinq; pueros: qui pauculos dies vixerūt. Mater quoq; nō multo post mortua: monumentūq; ei factū iussu Augusti in via laurentina in quo scriptū fuisse cōstat numerū puerperij. Sue. de Cali. Cum Agripina bis in ea regiōe filias enixa sit: ꝛ qualiscūq; partꝰ sine vllo sexus discrimine puerperiū vocitet: ꝙ antiq etiā puellas pueras: sic pueros ꝛ puellos dictitarāt.

¶Puerilis ꝛ hoc puerile: quod est pueri: vt ętas puerilis: facta puerilia.

¶Puerilia: ętas puerꝝ. Qñq; etiā sumit ꝓ puritate. Var. Ea erat matronę simplicitas ꝛ puerilia ꝛ honestas.

¶Puerilitas significat actū aliquē puerilē. Sene. Qui puerilia eius: siue potius puerilitatē ludibrio habuit.

¶Pueraſcere dicunt qui exacta infantia puerilia incho ant. A quo repueraſcere: quod est in puerilē ętatem reuerti. Quod de senibus fere dicit: cū desipere vitio ętatis incipiunt. Cice. in Cato. Ex hac ętate repueraſcā: ꝛ in cunis vagiā. ¶Plau. in Mer. Senex cum ex tēplo est iam: nec sentit: nec sapit: aiūt solere eū rursum repueraſcere.

¶Puellus diminutiū a puer: significat paruū puerū siue paruū filiū. Lucil. Cūq; hic tam formosus tibi ac te dignꝰ puellus. Sic puella a puera per diminutionē.

¶Puellaris ꝛ hoc puellare: idē qđ puerilis. Quinti. de filia defuncta. Tū ętate tā puellari: ꝑsertim meę cōparata.

¶Puellaſcere est effeminare. Pacu. ¶Puellaſcunt lasciuia adolescentes. Aliquādo reflorere ꝛ quasi ad pueritiā redire. Var. Qui non solum in nube fiunt cōmunes: verūetiaꝝ veteres puellaſcunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pugn⁹ a punctione:id est percussione:vel a pugna.Bo
na.in Adel.An pugnus a pugna sit dictus:an ab illo pu/
gna.Quidem a græco deducunt πυγμή

Pugna:lucta vel prælium:licet quandoq; apud poetas p
stupro ponatur.Teren.Dabit hic aliquā pugnam.Huius
diminutiuū est pugnicula.

Pugno as.dimico:referturq; ad animata :vt pugno cū
hoste.Lactan.lib.iij.Mutorū animaliū quę ob hoc vel acer
rime pugnant.Quādoq; pugnare est cōmittere.Gel.lib.ij.
Dum pyrrhus rex in Italia esset:& vnā atq; alterā pugnā
prospere pugnasset.Huius composita sunt Depugno:qđ
idem est quod pugno.Plau.in Sti.Ita ingeniū meum est
qui cum viris depugno multo facilius q̄ cum fame. Cō/
pugno:simul pugno.Hiero.in præfa. lib.Daniel.Totusq;
orbis inter se tristaria varietate compugnat.Expugno:pu/
gnando vel oppugnando vinco.Et de personis:oppidis:
castris:nauib⁹: cęterisq; hmōi dicitur.Interdū expugnare
non est pugnando vincere:sed solū oppugnare.Hieron.
lib.ij.Machabeorū.Simon applicuit ad Bethsurā: & ex
pugnabat eā multis diebus.Et in Ps.Sępe expugnaue/
runt me a iuuentute mea:etenim non potuerūt mihi.Ex/
pugnatur autęz nauis ꝼm Callistratū iureconsultū cū spo
liatur:aut mergit:aut dissoluitur:aut perfunditur : aut fu/
nes eius excidunt.Iusti.Occupata arce tarentino:rū expu/
gnatis veteribus incolis.Liui.Una duas naues expugna/
uit.Oppugno:pugnādo vincere:cōtendo.Impugno:val/
de aduersor:confuto.Lactan.lib.vij. Redeūt protinus vi/
tia quę virtutē semper impugnant. Propugno :aduersus
pugnantes pugno:seu ꝓcul me defendo.Unde & ꝓpugna
cula.Repugno:pugnando resisto:contradico:refragor.

Pugnax:bellicosus.a quo pugnacio::pugnacissimus &
pugnacitas.Aug.lib.viij.confes.Sed tamē cōsuetudo ad/
uersus me pugnacio: ex me facta erat.Et lib.v.Nulla pu/
gnacitas calumniosaz questionū extorquere mihi potuit.

Pugillus diminutiuū significat parū pugnū.

Pugillaris masculini generis & hoc pugillare siue pugil
lar.Auson.Bipatens pugillar expedi.Et pugillarē in euā
gelio legim⁹.In plurali pugillares & pugillaria.Apul.Do
lebā me hercle:q̄ pugillares & stylū non habebā:qui tam
bellā fabellā pernotarē.Catul.ad Egnatiū.En negat mi/
hi vestra redditurā pugillaria:si pati potestis.Sunt pugil/
lares tabellę cereę:vt ligneę: siue alterius materię:in qbus
stylo scribim⁹.Dictę q̄ pugno comphendant:vel a pūgē/
do:q̄ stylo in his pungendo scribat. Varius autē nomini/
bus dicebant pugillares apud veteres. Alij duplices : alij
triplices:alij quintuplices noiabant. Erāt & citrei eborei
mēbrani dicti:qui ex citro ebore mēbranis erant confecti.

Pugil:a pugna.vel a pugno.Est autē qui pugnare con
suevit:a quo pugillatus tus.pugilum vsus.

Pugilice aduerbiū significat firmiter:valenter.Plau.in
epi.Quid Perilis noster filio? valet pugilice atq; athletice

Pugillari inquit Aug.est encraticū facere.

Pugio:genus teli:dictus a pugno : q̄ facile apphēditur
vel q̄ eo prælientius pugnet:vt inquit Festus. Fronti .li.ij.
strategematon. Q.Sertorius cuz acie decertaret barbaz:
qui ei nūtiauerat Virtuleū perijsse : pugione trafecit.

Pugiunculus paruus pugio.Cice. Hispaniensem pugi
unculum Gn.pisonem appellat.

Pulcher a.um.quod antiqui pulchrū dixere:quod non
est deforme:a pollendo:q̄ polleat forma. Ex quo intelligi
tur hoc nomen aspiratione non habere:licet vsus vice/
rit:cui vix repugnari potest:vt pulcher in primo & quinto
casu cum aspiratione pronūtietur.Natura autem non in/
esse aspirationem docere satis potest:q̄ eius diminutiuū
pulcellus a.um.aspiretur minime.Est autem pulchritudo
vt Cice.lib.iiij.Tusc.inquit.Quędā apta figura membro/
rum cum colorīs quadā suauitate.Interdū pulcher sumi
tur pro bono:sicut bonū pro pulchro. Terē. Forma bona
fortasse.& econtrario malum pro deformi.Interdū ꝓ forti.
Virgi.Satus hercule pulchro pulcer Auentinus. A pul
chro fit cōparatiuū pulchrior::& superlatiuū pulcherrimus
pulchrius:pulcherrime:pulchre & pulchriter:pulchralis p
pulchro.Ennius Pulchra alibus indis:& pulchritas ꝓ pul
chritudine.Lęci.Dij boni quid illud est pulchritatis.Lc.
visu:qcqd lenocinat odoratu: qcqd mollescit attactu.

Pullus quod quidā per syncopā a puellus dici volunt
significat nouellū.i.paruū puerū & filiū. Unde paruos ge⁹
quoruūcūq; animaliū:quinetiā arborū atq; plantarum pul
los dicimus:vt pullus hirundinis:pullus asini: pulli rana
rum.Horat.in Ser.Absentis ranę pullis vituli pede pres/
sis.Quinetiā prisci pullos dicebant suos catamitos.Unde
Qu.Fabius cui Eburno cognomē fuit: ꝓpter candorē q
eius naris icta esset fulmine: pullus Iouis appellatus est.

Pulluli:plantarioū sunt.Pullulus enim a pullus de/
ducitur per diminutionem.

Pullulo as penul.cor.quasi fętifico. Nam pullulare di/
cimus arbores cū a radice nouę plantę furgunt.Pullula/
tura & plantaria demonstrauit multarū radicibus pullula
te sobole densa:& pariente matre quos enecet. Eius quip
pe vmbra turba indigesta premitur:& i lauris:platanis:ce/
rasis:punis:paucoū in hoc genere rami parcunt soboli:
vt vlmorū palmarūq;.Nullis ꝺo tales pulluli prouenium:
nisi quarū radices more solis:atq; imbus in summa tellu/
re spatiātur.Huius est compositū Expullulo:quod signi/
ficat extra pullulo vel ex & a fructuz produco.Colu.lib.iij.
Nec dubiū quin gēmę quę cacumini proxime sunt insecū
dę in eo relinquantur:ex quibus Pampinus expullulat.

Pullulascо is.pullulans fio.Idem li.v.Ex nouello pal
mite vitis pullulascit.

Pullesco is.idem quod pullulasco.Col.li.v.Quicquid
est supra vetusta brachia amputetur: & ita ex nouello pal/
mite vitis pullescit. Hinc fit compositū Repullesco.Idem
ibi.Cum fere plurimarū stirpiū natura sic se cōmoderet vt
iuxta cicatricem nouellis frondibus repullescant.

Pullaster & pullastra significant gallū siue gallinā ado/
lescentes:sicut etiā a nobis dicunt lingua vernacula.Non
enim diminutiua sunt. Sic a M.Varrone pullastrę dicū/
tur iuuencę gallinę. Ait enī.Et ea quę subijcias potius ve
tul q̄ pullastris : & q̄ rostra aut vngues nō habeāt acutos

Pullicenus diminutiuū a pullus:z est qui ex gallinarū
ouis nascit.Helius Spartianus siue Lampri. de Alexan/
dro seuero.Et ne earū pastus granaret annonā:seruos ha
buit vectigales:qui eos ex ouis & pullicenis & pipionibus

Pullinus a.um.quod est pulli.Unde pullini (alerent.
dentes quos primū equi iaciunt.

Pullarius:qui pullorum curam habet.Liui.lib.x.Nam
cum pulli nō pascerent : pullarius auspiciū mentiri ausus
tripudium solistimū nuntiauit consuli.

Pullatio apud Colu.accipitur pro sętura pullorum:qne
et pullicium dicitur.

Pullicies ipsa pullatio.Col.lib.ix.de turture.Huic auis
ętas ad saginā non tam vetus est idonea q̄ nouella.Itaq;
circa mensem:cum iā cōfirmata est pullicies eligit.Idē de
apib⁹.Cū primo vere in eo vase nata est pullicies nouę re
Pullus a.um.quod est natiui coloris.i.non ple (eliđ.
ne obscur:atrū: Leucopo contrariuz:q̄ pulli ouiū fere eo
colore nascunt.Virgi.Ne maculis infuscent vellera pullis.
Tibul.Concidit ad magicos hostią pulla deos. Unde ve
stis pulla dicit fusca atra:qua quis in luctū induit.Cic.in
Vati.Atq; etiā & a te scire cupio quo cōsilio:aut qua mēte
feceris vti in epulo.Q.arrij familiaris mei cū toga pulla
accūberes.Sunt tñ qui dicāt hūc colorē hispanū siue be/
thycū dicia quo pullati etiā bethycati dicunt.Mart.Et
bethycatus simul atq; leucopatus. Cuius esse rationē di/
cunt:q̄ natiuus color in Hispania subnigrior est. Ideoq;
min⁹ vilis.Hic em̄ color ad nigredinē tendit alicubi plen
ior:alicubi dilutior.Huic ꝓxim⁹ color est niger:q & fusc⁹ di/
citur & ater. Similiter pullus color dicit impluviat⁹ quia
fumo ex stillicidio implut⁹.Plau.Impluviatus facit vetus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mentis nomina. Item Suasus: vt apud eundē. Sordida ꝛ Suasa amicꝰ rogula: ponit tamē pullus pro nigro. Col. Atq; oleris pulli radix: hoc est oleris atri.

Pullatus: pulla veste indutus: hoc est lugubrem habitū ferens ex parentū morte: qui ꝛ atratꝰ dicit: qui mos a Lydis ceptus fuit. Cice. in Cati. Quis vnq; cenauit atratus cum ipse epuli dominus. Q. Arrhius albatus esset. Quando q; pullatus accipitur pro vilioꝛi persona siue rudi ꝛ imperita. Sueto. de Aug. Militem secreuit a populo: multis ex plebe ppꝛios ordines assignauit: prętextatis cuneū suū: ꝛ proximū pędagogis: sanxitq; ne quis pullatoꝝ media cauea sederet. Quintili. Ferire pectus: frontē cędere: mire ad pullatū circulū facit: hoc est ad cumulum rudium atq; imperitoꝝ hominum.

Pulligo: idis quod pullus colorem. Pli. Fuluas oues Tarentum habet ꝛ alias suę pulliginis.

Pullegiū: genus herbę seu fruticis medicinalis. Est enī calida ꝛ ficca in tertio gradu. Ambro. ad Felicē. Mō medi ocrem sumpsi ad conualescēdū gratiā quasi quodā tui alloquij pullegio refotus. Hiero. Pullegiū apud Indos pipere pciosius est. Col. lib. ix. pullegij furculis fumigentur.

Puluis generis masculini ꝛ sg. Proper. Sit mihi perpetuę puluis hetrusca dolor. Dicitur aūt pulus: vt quidā putant a pellēdo: q; pellatur vi venti. Apud antiquos etiā puluer dicebatur. Sed ab eo quod est puluis genitiuꝰ erit puluis. A puluer ꝯo pulueris. Verū in vsu tm̄ est puluis in recto: pulueris in obliquis.

Puluiſculus ꝛ puluiſculū diminutiua sunt a puluis. Et generaliter de omni puluere dici potest. Apul. Nisi vt pesti mundities dentiū nitellas oris ex arabicis frugibus tenuē candificū: mobilē puluiſculū: proprie autē significat pulueres illum quo vtuntur puellę: qui ꝛ cinis dicitur: ad cuius differentiam alius cinis immundus appellatur. Virgi. Et cinerem immundū latos iactare peragros. Hinc puluereus puluerea puluereū ꝛ puluerulentus a. um.

Puluero as. in puluerem redigo. Col. li. xii. Priusq; vineę puluerentur. Hinc pulueratio quę est genus culturę: vt inquit Serui. quo imminutę glebę vitibus applicant.

Puluereſco: in puluerem redigor: quod a puluereo fit. Vnde ꝛ dispuluereo pro dissoluor.

Pulex animal notum: dictum q; ex puluere generetur. Quo nomine etiam dictus est vermiculus herbis ꝛ prędi pue brassicis infestus. A pulex fit pulicinus: sicut a musca muscinus: a formica formicinus.

Pulicoſus: pulicibus plenus. Col. lib. viii. Pulicoſę cani remedia sunt: sume ciminū tritū pari pondere: cū vetro aquaq; mistū ꝛ illitū: seu cucumeris anguinei succus. Vel si hęc non sunt: vetus amurca per totū corpus infusa.

Pulmo: est vnū ex visceribus de natura sui spongiosus: ꝛ ideo spiritus capax: qui diuiditur in similitudinē vngulę bouis: ꝛ duę illę partes fibrę vocant: sicuti in omnibus visceribus. Respiramus autem pulmone. Vnde Persi. Qui pulmo animę prælargus anhelet. Attollitur enī spiritus attrahendo: ꝛ emittēdo deprimit. Ex pulmone nascit tabes quam greci phthisim vocant. Tunc enim pulmo tabescit. Ouid. Cernis vt e molli sanguis pulmone remissus Ad stygias certo limite ducat aquas. Apō veteres pluraliter tm̄ pulmones dicebantur: sicut ꝛ ceruices. Plau. in Cur. pulmones distrahūtur: cruciatur cor. Cice. lib. ij. Tuscu. Quę lateri inhęrens morsu lacerat viscera: vrgēsq; grauiter pulmonum haurit spiritus.

Pulmonea: poma dicuntur quę vulgo centū solida appellantur. Ec.

Pulmonarius a. um. quod laborat pulmonis morbo: vt ouis pulmonaria apul. Col. quā lib. viii. ait curari similiter vt suē inserta per aūriculā quā Veterinarij cōsiliginē vocāt. Dicit etiā pulmonariꝰ ō morbo quē greco vocabulo pneumōicū ꝛ pipneumaticū appellāt. Et herba pulmonaria vocat a medicis q; ē foliis mollibꝰ albo maculatis.

Puluinar penul. p. quasi pluminar est: quod capiti dormituri supponimus ad puluinoꝝ similitudinē. Iuue. Fęda lupanaris tulit ad puluinar odorē. Quo etiā noie dicitur lectulus qui in templis sterni cōsuevit numini dicatus. Vnde lectisterniū nuncupat: sicut docet Augs. lib. xij. ciui. dei. Liui. Curatū lectisterniū: ꝛ per triduū habitū: decemuiris sacroꝝ curantibus: ꝛ puluinaria in conspectu fuere Iouis ꝛ Iunonis: alterę Neptuno ꝛ Mineruę. Tertiū Marti ꝛ Veneri. Quartū Apollini ꝛ Dianę. Quintū Vulcano ac Vestę. Sextū Mercurio ꝛ Cereri. Videtur autem dici puluinar a pluma qua fulcitur. Abusiue tamē puluinaria pro tēplis dicūtur. Vnde apud Liuiū legit. Ad omnia puluinaria sacrificatū fuisse. Vident etiā accipi pro illis pului nis: in quibus simulacra deoꝝ recūbentia collocant. Acrō Puluinaria dicebant aut lecticę diuoꝝ aut tabulata: in q bus stabāt numina: vt eminentioꝛa viderentur.

Puluinus seu puluillus: a pluma quasi pluminꝰ q; plumis pulloꝝ fiat. Ceruical seu plumatius. Hiero. In terra pro puluillo capiti supponebant. Quādoq; accipitur pro lecto. Cice. in Ver. actio. vij. Nam vt mos fuit Bithynię regibꝰ: lectica aperta foro ferebat: in qua puluinus erat purpureus lucidus melitensi rosa farctus. Apu. Quattuoꝛ eunuchi cōfestim puluinis cōpluribus vento tumentibus pluma delicata terrestrem nobis cubitū perstruūt. Item puluini vocantur qui scabellis subponunt: quo mollioꝛ sit sessio. Hoc est lectuli quidā exigui lana: vel ramento: vel pluma vel alio genere pleni: vulgo Cussini. Cic. Afferri iussit puluinos: ꝛ omēs in suis sedibus sederūt. Iuue. De puluino surgat equester. Et puluini areolę terrā elata inter duos sulcos in hortis: quę porca a porrigēdo in agris appellat. Habet enim velut puluinoꝝ: in quibus sedemus: similitudinem: ꝓpter quod ꝛ Torus a quibusdā dicit. Pli. Areis distinguit: easq; resupinis puluinoꝝ roꝛis ambiri singulis tramitū sulcis: qua datur accessus homini: scatebrisq; decursus. Col. lib. xij. Vlpicū habet velut allū plures cohęrētes spicas. Deęq; cū sint diuisę liratim seri debebūt: vt in puluinis positę minus infestent hyemis aquis. Idē lib. iij. Omniū autē gentiū ramos circa kalēdas martias in hortis per puluinos areaz disponere conuenit. Itē pulviꝰ arena durioꝛ: q; in modū saxi lapidescit. Vict. lib. v. Puluinus firmissime struat. Itē puluinus: machina qua aues in portum sub ducunt. Ouid. Collaq; ꝓpꝛia nostra ferēda dedi.

Puluinarꝰ a. um. quod est ad similitudinē puluini molle ac connexū. Pli. Lanuginoso ac puluinato calice.

Puls victus antiquissimus ex farina: aqua: melle seu caseo: ouo decocto factus: quo pro pane veteres vtebantur. Dicta q; ita sonet: cum aqua feruenter aspergitur.

Pultarius a pulte accipitur pro vase pultis. Lorne. Lelius. Si cętera defecerint caliculus aut pultarius oris compressioris ei rei cōmode aptatur.

Pulmentum ipsa puls: vel aliud cibariū ad modū pultis factum. Apul. Ius porcoꝝ: pulloꝝ: piscium: ꝛ ius pulmento: um largissimas epulas.

Pulmentariū etiā dicit quod inter cibos sumitur in similitudinem pultis factū. Hoc est quod pulmenti vicē ꝓbet. Iuue. Veniet qui pulmentaria condit. Plin. primū in latio cibū pultem fuisse: non panem scribit: argumentoq; ad id esse: q; pulmentaria pro cibis sua etiā ętate dicerent. In Euan. quoq; legimus. Nunquid pulmētariū habetis? Posset etiā dici pulmentariū pulmenti repositoriū.

Pulmentariū testuaciū dicit: torta q; coquit sub testa.

Pulticula dimi. a pulte quo vsus est. Pli. lib. xxvj.

Pulpa quandoq; dicit neruꝰ ille qui ab aliquibus dicit *iuiop* Inter pulpas inquit Pli. ꝛ venas discrimen facile: venę latiores candidioꝛes sunt: pulpę fistilibus insunt.

Pulpamētū: a pulpa dictū est: ꝛ accipit pro cibo lautioꝛe. Teren. Lepꝰ tute es: ꝛ pulpamentū quęris.

Pulpitū locꝰ ante scenā editioꝛ: in quo omnis comędia recitabat. Grece λογεῖον. Donat etiā pro suggesto. i. p quo cūq; loco edito vnde sermo habet ad populū.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Pulso as. frequẽtatiuũ a pello significat ſæpe percutio: verbero. Lice. de ſuppli. Lictores cõſiſtunt valentiſſimi ad pulſandos: verberandoſq; homines exercitatiſſimi. Terẽ. in Adel. Sed quis hoc oſtiũ pulſauit? Tráſfertur ꝛ ad animum. Ambro. Dehinc terroribus pulſat. ¶Plau. in epi. Id ego experior: cui in vnũ multa confluũt quę meũ pect⁹ pulſant. Interdũ pulſare eſt violare: lędere. Virgi. lib. xij. pulſatos referẽs infecto fędere diuos. Interdũ ſonare: vt pulſo lyrã. ¶Pertinetq; pulſare ad homines: ſonare ad inſtrumenta: vt ſonat cãpana. Vnde dicimus: pulſatũ eſt ad terram: non autẽ ſonatũ. Cũ autẽ dicimus: pulſo cithara idẽ eſt qđ cano vel ludo. Vir. Jam pectine pulſat eburno. ¶Huius cõpoſita ſunt. Compulſo. Expulſo: qđ eſt valde pulſo. Aug. ¶Dotu⁹ eſt q quãtũlibet expulſes: quãtũlibet lanies: quãtũlibet vellices nõ expgiſcit. ¶Propulſo: de quo ſupra.

¶Pulto as. idez quod pulſo: fitq; a ſupino pultũ quo antiqui vtebantur. ¶Plau. ¶Pultando confregi fores. Teren. Ceſſo iam pultare oſtium.

¶Pulſus eſt ille vbi coniungit manus lacerto. ¶Pli. Arteriarum pulſus in cacumine membroꝝ euidẽs maxime index membroꝝ in modulos legeſq; metricas per ętates ſtabilis: aut citatius: aut tardius. Item alibi pulſum percuſſum appellat. Mã vitę gubernacula tenet: ꝛ ictu crebro aut languido valitudinẽ indicat. Nam lib. vij. ſic ait. Venarũ inæquali aut formicãte pcuſſu: ſed hoc ex arterijs eſt.

¶Pumex lapis cauernoſus qui ad corpora leuigãda laudatiſſimus eſt. Virg. lib. xij. Vt cũ latebroſo pumice paſtor. Catul. ſeminino genere protulit. ¶Pumices ꝑcipui ſunt in colijs inſulis: probatio eorũ eſt in candore ac minimo pondere: ꝛ vt maxime ſpongioſi atq; aridi ſint: ac teri faciles. Nec in fricando arenoſi.

¶Pumicoſus a. um. quod pumicis vel naturã vel ſimilitudinem habet. Et pumicoſus dicit locus pumicib⁹ plen⁹.

¶Pumico as. pe. co. pumice polio: leuigo. Tibul. ¶Putmicet ꝛ canas tõdeat añ comas. Vñ pumicatũ pumice poli/

¶Pumilis penul. co. paruus nanus. Colu. lib. ix. (tum. pumiles aues niſi quem humilitas earũ delectat: nec pro/pter fœcunditatẽ: nec propter aliũ redditũ nimiũ probo.

¶Punctus quod niſi deprauate barbareq; dicitur in neutro. Sene. ¶Punctũ eſt adhuc puncto minus quod incolimus. ¶Pli. lib. ij. Non aliud eſt terra vniuerſa q̃ mũdi punctus. Tradunt Geometrę punctũ eſſe corpus indiuiduum in quo neq; longitudo: neq; latitudo: neq; altitudo deprehenditur: ꝛ ob incomprehenſibilẽ breuitatẽ ſui in partes diuidi non poſſe: quod protractũ lineã efficit: id eſt corpus vnius dimenſionis. Longũ eñ eſt ſine lato: ꝛ duobus punctis ex vtraq; parte ſolã longitudinẽ terminantibus continet. Hanc lineã ſi geminamus alterũ corpus efficit: quod duabus dimenſionibus extruitur longo latoq; ſed alto caret: punctis aũt quattuor continet per ſingulas. ſ. lineas binis. Et hoc græci ἐπίπεδον, noſtri planũ ſiue ſuperficiẽ vocant. Quãdoq; tamẽ punctũ ſumitur pro tẽporis vel horæ momento. Lice. Cecinne. Itaq; ne punctũ qdẽ tẽporis in ipſa fortuna fuiſſe: quãdoq; pro minima: cuiuſq; rei particula. Idem pro ¶Plancio. Nam q̃ queſtus es plures teſtes te habere de volitiua q̃ quot in ea tribu puncta tuleris. Quandoq; pro ſuffragijs ꝛ fauore. Quoniã veteres ſuffragia nõ ſcribebant: ſed puncto notabant. Vnde expuncti dicebantur viles: eiecti: ſiue fauore priuati. ¶Hora. Omne tulit punctum q miſcuit vtile dulci: hoc eſt ſuffragia tot dicũ tulit q ꝛ vtile ꝛ dulce ſcripſit: quoniã ꝑdeſſet ꝛ delectaret.

¶Punctim aduerbiũ ſignificat p punctiones infixioneſq; gladij: ſiue pungendo.

¶Pungetim cędimq; puerbiũ a gladiatoribus tractũ q in hoſtem irruẽtes nũc punctũ: nũc cędim lancinant. Lc.

¶Pungo is. pupugi vel punxi punctũ: non ſolũ de ferro ſed de quacũq; alia re dicitur. Var. Admota aſpis cũ pupugerit ſi non occidat ſciat ex pſillorũ eſſe ſtirpe. ¶Hieroñ. ad ¶Marcellã. Nudinſterti⁹ de beate memorię Lea aliqua diceramus: illico pupugit animũ. ¶Huius compoſita ſunt Cõpungo: quod eſt totũ pungo: ferio ſeu ſigno. Lice. lib. ij. offi. Ad eã ex epulis in cubiculũ veniens barbarũ: ꝛ eũ quidem vt ſcriptũ eſt compunctũ notis thraicijs diſtricto gladio iubebat anteire: id eſt ſignatũ vel percuſſum. Vnde ſequit̃. O miſerũ qui ꝛ barbarũ ꝛ ſtigmaticũ fideliorem putaret q̃ coniugẽ. Expũgo: foras mitto. ¶Perſi. Quę primus hęres Imbello expungã. Lomm. ¶Propriẽ expigã: id eſt foras mittã. Tractũ a militibus qui expuncti dicuntur e militia mittuntur. ¶Repungo: de quo alibi.

¶Punio is. tui. itum. Quod ꝛ pœnio dicitur quaſi pœna afficio. ¶Hinc impunitus: non punitus. Sal. Impunitos eos dimiſere. Impunitas.

¶Punicus a. um. pe. co. quaſi pœnicus a pœn⁹ qui a phœnicia detracta aſpiratione. Virgi. ¶Punica regna vides. Et punicus color: ſiue puniceus: qui eſt coloris rubẽtis q grece phœnicos dicit. ¶Hora. ¶Puniceis inuecta roſis. Nam exuperantiã: ruboriſq; ſplendore teſte Bellio ſignificat: punica mala granata quę hoc cognomen ſibi circa Carthaginem vendicarũt: vbi ꝛ multa ꝛ inſignia naſci perhibẽtur. Granata dicuntur a granis: quibus ſunt referta.

¶Pupus: puer paruulus tenerior. ¶Pupa puella. Var. ¶Mãmã lactantis ſuggentẽ paſcere pupũ. Auſo. Barbara quę fatias vincis alumna pupas. ¶Mar. ¶Pupã ſe dicit. Gellia: cum ſit annus. Et a ſimilitudine pupa quoq; paruula puellaris imago dicitur. Var. in origi. Itaq; breui tẽpore magna pars in deſyderiũ puparũ ꝛ figillorũ veniebat. ¶Horis aũt ſunt veterũ puellarũ paruula quędã puellaria ſimulacra ex linteo inſuere: deinde tomẽto infarcire: tum veſtibus amicire. Has virgines pueritiã egreſſę: Veneri tanq̃ virginitatis ſuę inſignia condonabant: vt fauſtũ ſummarum matrimoniũ cederet. Vnde ¶Perſi. Dicite pontifices in ſacro quid facit aurum? Nempe hoc quod Veneri donatę a virgine pupę.

¶Pupulus ꝛ pupula diminutiua: a pupus ꝛ pupa. Catul. Deprehendi modo pupulũ puellę.

¶Pupillus ſimiliter a pupus deriuatur pro impube q de ſijt eſſe in patris poteſtate: vel morte vel emãcipatione ille ro. ¶Pupillus dicitur qui non habet patrem. Orphan⁹ qui nec patrem nec matrem.

¶Pupillaris a pupillo deducitur. Inde pupillaris ętas pupillare negotium. Lc.

¶Pupilla a pupa diminutiuũ ſicut ꝛ pupillus pro mare. Et pupilla pars oculi parua in media cornea ſita: in qua vis ſpeculi redditur. Et eſt diminutiuũ a pupula. Quidã. Suſpicor ꝛ fama eſt oculis quoq; pupula duplex. Et ¶Pli. lib. xj. ſcribit abſolutã vim ſpeculi in oculis: vt tam parua illa pupula totam imaginem reddat hominis.

¶Pupula. Vide in dictione pupilla.

¶Pupulũ: vrbs eſt a latere meridionalis Sardinię.

¶Puppes ꝛ puppis: vtroq; modo dicit̃ p naui. Ouid. de ponto. Dum mea puppis erat valida fundata carina.

¶Purpuriſſum color factitius quo genas oblinũt mulieres: porphyra a græcis: a noſtris purpura. Hinc porphyri acus purpure⁹. Oui. Et porphyriacis figere labra genis.

¶Purgo as. mundo quaſi purũ ago. hoc eſt educo. Col. lib. ij. Itaq; cauatũ foramen cum purgauerimus vndiq; adraſos ſurculos inſerimus. Teren. in Adel. ¶Piſces ęſtuoſos purga dromo: congrũ iſtũ maximũ in aqua ſimito: ludere pauliſper. ¶Per translationẽ purgare ſignificat excuſare. Idem in Eu. Sed heus tu puzen ego me de iſthac Thaidi q̃ eã me amare ſuſpicata eſt. ¶Purgari rationes dicuntur quãdo deciduntur ſuperflua aut obſtantia collatione facta accepti ꝛ expenſi. ¶Huius verbi compoſita ſunt Depurgo: Expurgo: perfecte mundo: ſeu palam exculo. Colu. lib. ij. Cum rurſus amplio: meſſis ſuenerit quicqd exteretur capiſterio: expurgandũ erit. Idem lib. v. Bella/balla cõuenit expurgari quicquid emo: tuũ eſt: deinde falce radi viuo tenus. Terẽ. in Hecy. Qõ me accuſat nũc vicem radi viuo tenus. Terẽ. in Hecy. Qõ me accuſat nũc vicem ſum extra noxã: ſed nõ facile expurgari: ita animũ induxerunt ſocrus oẽs eſſe iniqs. ¶Perpurgo: valde purgo. Lu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

de re tristi. Aluū mouebit ꝛ postridie perpurgabit sine periculo. Repurgo: rursus purgo. Lactan. lib. iiij. ¶Pollutos ꝛ aspersos maculis repurgabit.

¶Purgamen seu purgamētū sordes quę ex re aliqua immunda si lurida tergit ꝛ repurgatur. Grece peripsima dicitur. Colu. lib. j. Sterquilinia quoq; duo sint. Vnū quod noua purgamenta recipiat: ꝛ in annum conseruet: alterus ex quo vetera vehantur.

¶Purus a. um. mūdū sine sorde. ¶Hinc pura vestimenta a veteribus dicebantur: quę sacerdotes ad sacrificia sumebant: id est non obsita: non fucata: non maculā habentia. Et pure lautū quod aqua pura lotū erat. Et purū aurum quod expurgatū coctūq; esset. Vlpia. purū locum esse dicit: qui nec sanctus: nec sacer: nec religiosus est. ¶Hinc contrarium est impurus: quod modo sordidū contaminatūq; significat. Cice. Quā multis illū ingenuis: q̄ multis matribus familias in illa tetra atq; impura legatione vim attulisse existimatis? ¶Modo improbū. Teren. ¶Dei loci atq; ordinis hominem aut impurum.

¶Puritas ꝛ mūditiā ꝛ inanem simplicitatē significat. Cuius contrariū est impuritas: turpitudo seu improbitas.

¶Purifico: mundo: a quo purificatio: ꝛ quo nōnulli vtūtur purificus. Lc.

¶Purime dixerunt veteres pro purissime. Lc.

¶Puro as. purū facio quasi purē extrabo: a quo depuro pe. pro. Vñ depuratū dicimus nūdatū. Suppuro de quo

¶Purulentus a. um. quod sanie plenū. (loco suo.

¶Purpura piscis ex concharū genere: annis septenis viuens. Cōgregat verno tēpore: mutuoq; attritu lentorē quē daz veluti cęrę emittit. Sed nobile illū succū ad tingēdas vestes in medijs faucibus habet. Reliquo tēpore fere sterilis. Cum vita succū emittit. Et ideo viuas capere oportet. ¶Hinc purpureus color dicit: qui nigricantis rosę splendore sublucet: cęteroū omniū colorū gratissimus: ꝛ tingēdis vestibus maxime expetit⁹. ¶Hinc purpureę vestes dictę sūt Tyrię a loco vbi purpura fit. ¶Purpureus tamē niger color est pręcipue de mari quod ex altitudine nigrū accipimus. Virg. lib. iiij. geor. Jn mare purpureū violentior influit amnis. Vnde purpurascit: id est purpureū fit. Cice. lib. ij. aca. Quid mare nāne ceruleū: aut eius vnda cum est pulsa remis purpurascit? Ambro. Quid igit describā purpurascentes violas: candida lilia: rutilantes rosas? Sciendū autē est: vt Victru. inquit: purpura pro solis propinquitate colorem habet. Et puniceū quidē procreat Aphrica: id est q̄si violaceū colorē. Tyros autē rubeū: purpura in violę colorē tendens violacea dicit. Cor. nepos. ¶De iuuene violacea purpura vigebat. Accipit quādoq; purpureus p pulchro. Virgi. Et pro purpureo pœnas dat scylla capillo purpura a pelago pelagia appellatur.

¶Purpureus a. um. quod est totū ex purpura. ¶Purpuratus a. um. quod est purpura ornatū. Vnde purpurati legūtur: ij qui apud principes dignitate anteirēt. Cice. lib. j. Tuscu. Jstis quęso inquit: istā horribilia minitare purpuratis tuis. Hiero. ad Saluinā. Deinde purpuratorū propinquus socius cōsobrinus ijsdem cum ambobus studijs eruditus nō est inflatus in superbiā: nec cęteros hoies adducta frōte contempsit. Inuenitur tamē quādoq; purpureus p purpurato. ¶Dora. lib. j. car. Et purpurei metuunt tyranni.

¶Purpurarius a. um. quod ad purpurā pertinet: vt officina purpuraria in qua purpura fit. ¶Plini. Alterū genus eius est in purpurarijs officinis.

¶Purpurissum: genus coloris factitij quo vtuntur pictores: ꝛ cum purpuris pariter tingitur. ¶Pli. lib. xxxv. Et reliquis coloribus: quos a dominis dari diximus: ppter magnitudinem pretij ante omnes est purpurissum e creta argentaria: cum purpuris pariter tingitur.

¶Purpurissa color q bōbyci miste mulierū genas tingit.

¶Purpurisso as purpurissa inficio. ¶Plau. i tru. Jstas buccas tam belle purpurissatas habes.

¶Pus puris generis mas. sanies est ꝛ gcūq; humor in putredinem versus. ¶Hinc purulētus a. um. quod est sanie plenum. Hiero. ad Oceanū. Quoties lauit purulentā vulnez saniem quā alius aspicere non audebat.

¶Pusio: parue puer. Ceteres enī pusum ꝛ pusam p puero ꝛ puella vsurpabant. Cice. p Cęlio. Et ppter noctur/nos quosdā manes metu tecū semp pusio cū maxime sozore cubitauit. Capit tñ fere semp p masculo scorto.

¶Pustula est species occultę vomicę: siue tuberculū in sūmitate cutis nascēs. ¶Dar. Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat. Exorciet docilem garrula plectra lyrā. Greci pustulas vocant phlyctenas: quarū tria sunt genera. Exanthemata quę ¶Pli. eruptiōes pituitę: aliquādo papulas vocat: phydracion paulo durius est: ac subalbidū ꝛ acutū. Epyctis pustula sublimida modice humescens: ꝛ plena sanguis in tibijs ꝛ pedib⁹: fere noctu maxie infestās a quo.

¶Pustulatū argentū a pustulis dictū q̄ in argēto cę (nomēlato in aspredinē q̄ndā excisę visunt sicut pustulę in corpore. Quę files illis pustulis: q̄ ex veruca vt sudore nascūt.

¶Pusula est tumefactio illa leuis quę in coquēdo pane solet assurgere: quā Fest⁹ hetan quoq; vocari scribit: q̄ p re nullius pretij ponitur. ¶Pusula etiam morbi genus: qui alio nomine dicitur sacer ignis. Colu. lib. vij. Est etiā insanabilis sacer ignis quā pusulā vocant pastores. ¶Hinc pusulosus: qui eo morbo laborat. Idem ibi. viuam pecudem quę fuerit pusulosa resupinam obruamus.

¶Pusillus diminutiuū est a pusio: id est paruulus. a quo fit aliud diminutiuū pusillulus.

¶Pusillanim⁹: q̄ē pusilli animi: quē greci ¶Micropsychō dicūt: a quo pusillanimitas. ꝛ pusillanimiter aduerbiū. Lc.

¶Puteal ptoris tribunal vel subsellū dicit. ¶Dora. Forum putealq; Libonis mādabo siccis. ¶Persi. Si puteal multa caut⁹ vibice flagellas. Et puteal quo cooperitur puteus.

¶Puteus: qui perpetuas habet aquas: vt docet Vlugu. ꝛ de viuo fonte manantes. Dictus q̄ puteat dum cauatur. Cisterna est quę refrigerat aquas suas externas ꝛ aduentitias possidet. ¶Huius diminutiuū est puteolus.

¶Puteolus ciuitas Campanię: ab aquę calidę putore dicta: vt inquit Festus: licet alij putēt a multitudine puteorū earundem aquarū gratia factorū. ¶Hęc etiā vocata est Dicęarchia a iustitia administrationis ꝛ gubernatiōis: a Samijs condita: vt voluit Eusebius eo tēpore quo Tarquinij a Bruto sunt expulsi. ¶Hinc fit puteolanus a. um. Cice. Thermo. Clunius puteolanus valde me obseruat. Legitur frequentius pluratiue.

¶Puteanus a. um. quod ex puteo est. Vnde aquā putea/nam dicimus. ¶Pli. li. xiij: Deinde quantū expressere adijciunt vinaceis aquę puteanę: vt ꝛ fecūdariū passio faciat.

¶Putealis ꝛ hoc puteale eiusdem significationis. Ouidi. Vt quo dux pœnus merſit putealibus vndis.

¶Putearius q puteos fodit. ¶Pli. Depressis puteis sulphurata vel aluminosa occurrentia putearios necant.

¶Puto: fęto:.

¶Puteo es. putui: fęteo: ꝛ mali odoris sum: producit prima syllabā. ¶Dora. ¶Putet aper rhombusq; recens. ¶Persius. Nec inuideas q̄ mlta fidelia putet Jn locupletę penu. ¶Hinc putesco mali odoris fio.

¶Putidus a. um. pe. co. ꝛ putulentus a. um. quod est mali odoris. Cice. ¶Putidas ac pecuniosas aures. Nonius putidū nō solū ab ore fœtido ꝛ graui quod naribus pbat: sed etiā quod auribꝰ triste: insuaue: austerū: rancidū: putidum dici posse authoritas vetustatis admisit. ¶Hinc putidiusculus dimi. Cice. Cęsari. Sumus enim putidiusculi q̄ parce vix licet: verū vt video licebit. Alij pudentiusculi legūt.

¶Putidā oratiōnē dicimus per metaphorā quę auribus austera: insuauis: ꝛ (vt ita dicam) rancida est. Lc.

¶Putris ꝛ hoc putre qđ est corruptū ac resolutū. Virgi. lib. xj. Quadrupedū putrem cursu quatit vngula campū. Idem lib. j. Geor. Et zephyro putris se gleba resoluit. Super quo Ser. ¶Putris gleba solubilis. Colu. lib. ij. Idē pinguis ac putris: quia cum plurimū reddat: minimū poscit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Et qđ postulat exiguo labore atq; impensa conficit. Hinc putridus a.um. & putredo inis.

Putreo es. marceo: & in pus soluor. Pacu. Quanq; animis & ętate hoc corpus putret.

Putresco is. putridus fio. Colu. lib. ij. Vt herbarū culmis cęterisq; rebus immista putrescam: quod vernacula lingua dicimus mastare. Idem in eodem. Totū stercorilinq; rastris permisceri oportet: quo facilius putrescat: & sit aruis idoneū. Huius composita sunt. Computresco. Hiero. in Exo. Et computrescent aquę. Imputresco: animis resoluor. Colu. lib. vij. Nam animal ipsum oleo mersum necatur: & cum imputruit: conteritur.

Putrefacio: resoluo. Col. li. iiij. Per apertā vitis medullam nimius humor trahit: ideoq; truncū cauat: vñ formicis alijsq; animalib⁹ q̄ putrefaciūt crura vitiū latebręq; pbent.

Putisco: putidus vel mali odoris fio. Cice. lib. v. de fin. Non inscite illud dictū videatur insuauem animum illi pecudi datum pro sale ne putisceret.

Puticuli sunt appellati a puteis: q̄ ibi cadauera in puteis obruerent: vel ab eo q̄ in his corpora putrescerēt. Romę vltra exquilias fuit locus publicꝰ dictus puticuli: quoniam illic erat cōmune sepulchrū miserę plebi.

Puto as. proprie beat falsa: superflua & infructifera ex q̄ cūq; re a veris & fertilibus reseco & purgo & deputo. Hinc putari arbores dicunt. Col. lib. ij. Neq; arent: neq; vitē aut arborem putent. Vnde arbor purgatores putatores dicūtur. Et putari ratio dicit: in qua sententia pura sit. Hinc factus est: vt putare pro cogitare & cōsyderare capiat. Cogitando enī resecamus mente quę falsa aut inutilia sunt. Et qđ verū ac bonū est: huic cogitando hęremus. Vnde putare rem dicit: qđ est disputare de re: & declarare quid res ipsa velit. Terē. Ditto maledicta omnia: rem ipsam putemus. Interdū sumit putare pro colligere: cōferre. Plau. in Aul. Putat ratio cum argētario. Interdū aptare. Titi. Dispensam lanā qui non reddet tempori putatā rete facite: vt multet malo. Interdū estimare: iudicare. Teren. in And. Recte putas. Ambro. Subrepūt etiā fabulę frequenter de seculo ac voluptatibus: claudere aures non potes: phibere putat superbię: id est attribuit si casus datiui est: vel estimatur si genitiui. Cōposita sunt Amputo: a quo pamputo. Cōputo: deputo: disputo: exputo. Imputo: quod est q̄si intus annumero: cōpenso. Hiero. in Leui. Si plures fuerint anni quos remanet vsq; ad iubileū sm hos reddet & pretium: si pauci ponent rationē cum eo iuxta annorū numerum: & reddet emptori quod reliquū est annorū: quibꝰ videlicet seruiit mercedibꝰ imputatis. Et imputare est adscribere: attribuere & culpā dare. Idē in prolo. Thob. Arguunt enī nos hebręorū studia & imputāt nobis cōtra suū canonem latinis auribus ista transferre. Augu. Quod prę stat ventri imputat pietati. Imputatus ꝓ o a.um. p nō amputato sumit. Interputo: in medium puto. Col. lib. ij. Rosā fruticibus ac surculis disponi per plusculos pedales cōuenit per idē tēpus quo & viola: sed omnibus annis fodi ante Calē. martias & interputari oportet. Hoc modo annis multis perēnat. Opputo: circūputo. Pli. lib. xvij. Opputatur autē quicquid primo tulit fructū. Perputo pfecte puto: declaro: & vti dici debet: profero. Plau. in cas. Nūc operam date: vt ego argumentū hoc vobis plane perputem. Reputo: rursus seu sępe puto: retracto: quod dicimꝰ cogito: seu multū consydero: ac mecū voluo. Lactan. Cogitanti mihi: & animo meo sępe reputāti priorē illū generis humanā statū & mirū: pariter & indignū videri solet. Sal. Cū sententias nōnullorꝫ ipse mecū reputo. Liui. li. j. Qui sis: nō vnde natus sis reputa. i. bene cōsydera. Et reputare est cōputare. Vlpia. Ité sumptus litis tuto: reputabit: & viatica si ex officio necessario habuit aliquo exire vt pficisci. Supputo: calculo: numero. Hiero. in prolo. lib. Reg. Quō igit viginti duo elemēta sunt: per q̄ scribim⁹ hebraice omne qđ loquimur & eorū indicijs vox humana cōprehendit: ita viginti duo volumina supputant quibus literis & exordijs in dei doctrina tenera adhuc & lactans viri iusti erudit infantia. i. numerant. Idem. Salomonis quoq; in fine puerbiorū idē alphabetis vel incisionibus supputant. i. cōscribuntur vel exprimunt. Aliquādo Supputare: examinare. Idē ad Helio. Aedificaturis turrim futuri operis sumptꝰ supputa. Et omnia habent penultimā correptā.

Putamen rerū purgamentū. Nam quicqd ex aliqua re pūcitur putamē appellat. Plau. in Cap. Nucleū amisi reliqui pignori putamina. Lyppia. Imperitus est medicꝰ qui tumentes vulnerū sinꝰ manu parcente cōrectat: & in altis recessibus visceruꝫ virus inclusum dum seruat exaggerat. Aperiendū vulnus est & secandū: & putaminibus amputatis medela fortiore curandū. Tociferet & clamet: licet & cōqueratur ęger impatiens per dolorem: gratias agit postmodum cum senserit sanitatem.

Putus a.um. idem quod purus. Vnde putum argētū. i. purgatū. Iuue. Pauca licet portes argenti vascula puti.

Putitius pro stulto a Plau. ponitur.

P ante y

Pyctas: greci vocāt pugiles. Lampri. in Helioga. Gladiatores ante conuiuiū pugnantes sibi & pictas frequēter exhibuit. Hinc pyctale pro certamine. Ser. Pyctale certamen appellat pugnā cestuū. Hinc Colu. lib. ix. Gallinaceū in certaminibus gallorū pugnacem pyctem vocat. Hortosarū auiū laniste: cuius plerūq; totū patrimoniū pugnus aleę victor gallinaceus pyctes absulit.

Pyga dictio greca significat extremā partem tam anteriorem q̄ posteriorem. Hinc est q̄ membrū & nates signū cat. Trunci enim extremū vtrūq; est. A quo fit verbū πυγίζω. Vnde apud Mar. verꝰ legitur epigrāmatis inscripto philopygista: quę voces pluribus verbis aperiendę non sunt ab eo qui se religioni dicauerit.

Pygargus: caprea q̄dā syluestris non dissimilis damis. Pli. lib. x. pro quodā aquilarū genere accipit. Secūdi generis inquit: pygargus in oppidis & cāpis albicāte cauda ex πυγὴ nates & ἀργὸς albū. Sunt qui putent esse hebroidorum genus: quę ales adeo coitui infesta est: vt cum vir cum muliere coire velit: acri dolore oculorū vtrinq; soluatur ac morientium pene similes abeant.

Pygmachia cestuū pugna. πυγμὴ enim cestus dicitur.

Pygmachus: pugil.

Pygmęi vt lib. vij. scribit Pli. Populi in extrema parte montiū Indię habitātes: salubri cęlo semperq; vernante: qui ternos dodrantes nō excedūt. πυγμὴ enī cubitus dicitur Aug. li. xvj. ciui. dei. Alios statura cubitales quos pygmęos a cubito greci vocant: pugnant cum gruibus: sed vincunt. Hoc mulieres quinto anno pariūt & senescūt octauo. De pygmęis. Iuue. loquit satyr. xij. Ad subitas miraculi volucres nubēq; sonorā Pygmęus paruis currit bellator in armis. Hoc impar hosti raptusq; per aera curuis Vngubus a sęua fertur grue: si videas ꝺ Gentibus in nostris risu quatiere: sed illic Quāq; eadē assidue spectent ꝑlia rident Nemo: vbi tota cohors pede nō est altior vno.

Pylas πύλας greci portas vocant vnde thermopylę in angustijs & thessalię dictę sunt. Lc.

Pylemenes duxit Paphlagonū qui ad auxiliū Troianorum profectus est. Et pylemeneus a poetis dicitur.

Pylartes vir Troianus fuit. Lc.

Pylene Aetolię oppidū. Papi. Senfit scopulosa pylene. Fletaq; cognatis auibus Meleagrea pleuron.

Pylos oppidū iuxta Thessaliā a Neleo conditū. vnde Nestor dictus est Pylius. Qui Illius attactu Pylius inuenescere posset. Sunt & alię duę ciuitates hoc nomine.

Pyleus nomen propriū. Lc.

Pyr latine ignis: a quo multa per cōpositionē fiunt. Et pyr oliuę nucleus q̄ facile ignem concipiat.

Pympla pympleides. vide Musa.

Pyra lignorū cōgeries. Virgi. Innumeras struxere pyras. In his cremare corpora antiqui consueuerūt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pyrrha Deucalionis vxor: de qua Iuue. Et maribus nudas ostendit pyrrha puellas. Et hoc nomine Larię ciuitas iuxta Myrtoum pelagus.

Pyrrhus latine flauꝰ: siue rufus. Quo nomine dicti fuere Achillis filius: et Epyrotarū rex: qui bellum cum Romanis gessit: eo q rufi essent.

Pyrus arbor. Pyrū fructus dictū: qđ ad similitudinem pyramidis e lato tendat in acutū: flāmę similitudinem reddens. Cuius diminutiuū pyrulū protulit. Augu. lib. j. confes. Nam hęc ipsa sunt quę a pędagogis et magistris a nucibus: et pyrulis et passeribus ad pfectos et reges aurū: pędia: mancipia. Pyros etiā latine frumentū dicit.

Pyratiū: genus potionis quod ex pyris factū creditur: et loco vini sumebatur. Diero. cōtra Ioui. Timotheo dolenti stomachū vinū suadet bibere: non pyratiū.

Pyrrhica cę. siue pyrrhice es. saltatio grecanica quam Pyrrhus in Creta primus instituit: vt lib. vij. scribit Strabo. lib. x. docet pyrrhicā repertā fuisse a pyrrhico puerulis ad disciplinā militarē exercendis. Pla. lib. vij. de legibus. Adortus pyrrhicos imitatur flexus corporū: quibꝰ tela plagęq vitantur. Sue. de Cęsa. Pyrrhicem saltauerunt Asię Bithynięq principū ludis.

Pyrrichius: genus pedis qui cōstat ex duabus syllabis brevibus: dictus a pyrrho qui primus victoria potitus frequentibus pyrrichijs laudatus fit.

Pyrausta: apud Aristotelē vermiculus est quem et cleron vocat: aranei specie: nocentem fauis.

Pyralis pēnata bestiola magnitudine muscę ex igne prouenies. Vnde et nomen a quibusdaz pyrausta appellat. Quādiu est in igne viuit: cum euasit longiore paulū volatu: tunc emoritur.

Pyrama: lachrymę genus ex metopio arbore stillans: est enim pingue et resinosum. Cc.

Pyramis idis. moles maxima quadrata ita cōstructa: vt e lato in acutū tendat in formā flāmę quę latior surgēs in acutū desinit: quales Romę adhuc extant duę iam vetustate fatiscentes: dicta pyramis q flāmę similitudinem habeat: vel a lapide pyropęcilo qui et thebaicꝰ ex quo ędificabatur ab igne: quadā varietate. πῦρ enim ignis dicit ποικίλος: varius: pyramidē nostri metā vocant: q termini eorum qui a metiēdo: id est mensurādo metę dicūtur: forma pyramidum ędificari solent: atq ea figura pyramidalis vocatur. Erant pyramides in ęgypto structę ex quadratis lapidibus admirandę: fastigiatę vltra omnem excelsitatē q manu fieri posset: vt scribit Solinꝰ: et sub eis sepulti reges. Excogitate primū a regibꝰ ęgypti: ne plebs eēt otiosa: vel ne pecuniā successoribus relinquerent.

Pyramus penul. cor. proprium adolescentis memphitici nomē: qui Thisbes amore ardens: seipsum interemit. Hoc nomine etiā dictus est fluuiꝰ instar Nili: limū deferēs: qui magnā Cilicię partem adiecit. De quo extat illud oracu: lum. Tūc erit vndisonus late cum pyramus olim Littora perfundens cyprū labetur in almam.

Pyrrho nomē proprium philosophi: a quo philosophi pyrrhonij dicti: quos greco cognomēto σκεπτικούς id consyderatores appellāt. Nihil enī decernūt: sed in quęrendo semper consyderādoq sunt. Ac ne videre quidem plane quicq neq audire se putant. Aliuntq veritatē incōprehensibilem videri. Item ἀποῤῥητικοί: id est ambigentes dicūtur: quoniā nihil affirmant: et de omnibus ambigunt. Hic patria Elidensis fuit. Anaxarchi discipulus. Cuius annis ferme nonaginta.

Pyropęcilus: genus lapidis: de quo in dictione pyramis dictum est.

Pyreus Atheniensiū portus: cui vrbs coniungebat muro protracto ex oppido in modū duorū crurū ob aduectā tui multitudinē semp seruēs: vel a pyreo pnōtorio: cp radijs solis exurit: pireus ꝙo cū i latino nomē est viri pprij.

Pyratę et pyratica. vide pyrata. Cc.

Pyrous: nomē vnius ex equis Solis: quasi ardens. Nā quattuor esse phibent: pyrous scz Aethon phlegon Eous Sunt qui declinent pyrois entis. sicut Simois entis.

Pyragmon ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ἄκμονος. i. ab ig re et incude. Naz πῦρ ignis ἄκμων incus q nimiū a calēte incude

Pyrolabes q ea quę ignita sunt cupiat. (discedit.

Pyrodes Cilicis filius: q primus e silice excussisse ignez dicitur quemadmodū asseruasse in ferula prometheus.

Pyrodes pręterea est lapis et pyrites dicitur. Cc.

Pyrobolla: malleus q ignita percutiat.

Pyrocrocos: ax auis lutheo rostro nigra: pcipuo sapore nomē habet a colore rostri igneo: latine ignicoꝰ cornicꝰ. Cc.

Pyrene nomē puellę Bebricis filię: in Pirceneo monte ab Hercule compressę atq a feris laniatę: et ibi sepultę. Qui mons quoq a poetis Pyrene nuncupat. Syli. Pyrene celsa nimboſi verticis arce Diuisos Celtis late prospectat iberos. Tibul. Non sine me est tibi partus honos tua bella pyrene Testis et Oceani littora Santonici. Hic mons Hispanię Galliaz ab Hispanis diuidit. Ab exortu equinoctiali in occasum brumalē porrectus a crebris fulminū ignibus: vel ἀπὸ τοῦ πυρός: id est igne. Nam vt scribit Diodo. lib. vj. Sylę in pyreneo frequentes iniecto a pastoribus igne pisci tēporis flagrauerūt. Hinc pyrenęi. Sylus a Pyrene puella pyreneū saltū dici autumat. Dicit autē mons ipse Pirene et Pyreneus mons. Pyrene etiaz fontis nomen fuit: vt inquit Pli. lib. xiij. in Acrocorinthio musis dicatus. Cuius meminit Persi. et Plau. in Aul. Inter bibere sola si vino scateat Corinthiensem fontem Pyrenea potest. Stą. lib. j. Syl. Nec conscia detur Pyrene largos potius mihi gurges inhaustus.

Pyrenes pen. pro. sunt ceraꝰ: ossa seu baccę: vt apud Aristo. lib. ij. Meteo: or in fine vbi sic legit: γίνεσθαι τὴν ἐκθλῖψιν ὅτον ὁι πυρῆνες ὁι ἐκ τῶν δακτύλων πιδῶντες. i. fieri elisionem et nuclei digitis exilientis.

Pyria vrbs Insulę Lesbi. Pyriasis latine fomentū dī.

Pyrgus latine turris dicit: cp fulgureis ignibꝰ feriri turres cōsueuerūt. A cuius similitudine pyrgus etiā vasis genus dicitur cauitate sessili: quo coniecti tali agitatiq mittuntur: anteq in alueolū emittant. Horat. Mitteret in pyrgum talos: cuius effigies instar turriculę est: vnde nomen mutuatur. Mar. Turricula latino vocabulo vsus est. Perfius orcam dixit. Scire erat in voto dānosa canicula quātum Raderet angustę collo nō faliter orcę. Hęc est illa turricula siue pyrgus quę alio nomine fritillus dicitur a poetis. Vnde Porphyrio dicit pyrgū significare quod nos fritillum dicimus: in quo cōiectę tesserę agitatęq mittuntur. Iuue. Parnoq eadēq mouet arma fritillo. Quibus verbis clarū fit de turricula dictū esse: non de tabula lusoria: q̄ lata et spatiosa esse consueuit: et que alueus siue alueolus: siue latruncularia tabula dicitur. Pyrgus etiā militaris ordo dicitur et turma equestris. Sunt qui pyrgū dicant ἀπὸ τοῦ πυρός: qua tendit in acutum.

Pyrga testiculorū bursa. Pyrgū Tuscię oppidū: quod et pyrgi numero plurali dicitur. Virgi. Et Pyrgi veteres intemperiesq Graiscę.

Pyrgobaris: turris vel domꝰ in modū turris ędificata.

Pyrgoteles pe. cor. proprium nomē gēmarū sculptoris nobilissimi: adeo vt Alexāder Macedo edictū fecerit ne imagines suę ab alio q a Pyrgotele sculperent.

Pyrpile: insula sic dicta q ignis ibi primo repertus fuerit. hanc Delon dicunt esse. Cc.

Pyretra herba medicinalis quā vulgo nunc draconez vocant: linguā adurēs et mordicans. Eius folia in aceta: rijs probātur: radice vtuntur pigmentarij. Pyretrū Medacer vsurpat. Est pyretrū caliduz siccūq et quartus in illo. Est gradus: excutiat dētes si frigidꝰ humor. Mastices hęc patiens: teneatq diutius ore.

Pyretus febris ab incendio appellata: quemadmoduz apud nos febris a feruore.

Pyriasis fomentū contra pyretū febrim. Cc.

Pyrites lapis: q plurimus illi ignis sit: hunc nos igna-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tium dicimus: quidã etiã viuũ vocant: qui a clauo vel al/
tero percussus lapide scintillas edit. Aug. lib. xxj. ciui. dei.
Pyretem lapidem perficũ tenentis manũ: si vehemẽtius
prematur adurere: propter quod ab igne nomen accepit.
Preterea lapis molaris pyrites vocat: q̃ i eo quoq; ignis
conspiciat. Est & alius pyrites eris similitudine in Cypro
reperiri solitus: & circa Acarnaniã: cuius vsus in medici/
Pyricauta latine Ambusta dicun (na non parum est.
tur: hoc est aduſtiones & aduſta.
Pythagoras nomen philosophi: de quo dictũ est. Mẽ/
te deos adiit: & quę natura negauit Visibus humanis: ocu
lis ea corporis hausit. Hic in Italia i ea parte quę magna
Græcia dicta ẽ: maximã inuenũ multitudiné philosophiã
docuit: vbi vice numinis cultus est. Ex qbus Archita Ta
rentinus: Alcmeon Crotoniata: Hyppasis Metaponti/
nus: Philolaus Crotoniata maxime floruerunt: qui dicti
sunt pythagorei: & italica philosophia q̃ a Pythagora de/
fluit. Dictus Pythagoras qvcra Pythio non minus loq̃
retur. Venit autẽ in Italiã Tarquinio superbo regnũ ob/
tinente. Ferũt Pythagorã ab Aegyptijs sacerdotibus cę/
rimonias: potentiasq; numerorũ: admirãdas vices geome
triq; solertissimas formulas: a Chaldeis syderalem scientiã
planetarũ & stellarũ status: ambitus: effectus in genituris
hominũ didicisse. Qui Bragmanes Indorum philosophi
pleraq; philosophię documenta contulerũt. Hic leges de
dit Italis apud Crotoniatas & Metapontinos: cuius nõ
minus sexcentis discipuli erant: qui noctu ad eũ audien/
dum conſluebant.
Pythagorei dicti sunt qui secta Pythagorę tenent.
Pythagoriste qui vitam Pythagorę sequũtur. ex
Python serpens: a πυθῶ quod putredo: quoniã ex pu/
tredine terrę post diluuiũ Deucalionis natus sit. Et est tã
mas. ch̃ fę. generis. Claudi. Ceruleus tali pstrat⁹ Apolline
python. Tibul. Vbi delphica python. Hic Apollo pythi⁹
Pytheas & pythermus, ppria noia a pytho deriuant: &
Pythodorus qui marmoris sculptor eximi⁹ fuit. Cc.
Pythius cognomẽ Apollinis a Pythone draconẽ quẽ
ipse in prima infantia sagittis interfecit: Junonis nutu im
missum ſm poetarũ fabulas. Alij ἀπὸ τοῦ πυνθάνομαι: qõ
est interrogare & consultare. Inde vaticinantes phębades
pythię cognominantur: vt scribit Stra. lib. ix. Alij ab πύ/
θειν putrescẽre: quod nunc̃ sine vi caloris efficitur.
Pythia orum. ludi Apollinares qui in Apollinis hono
rem sunt instituti.
Pytiocãpę sunt erucę venenatę in Pino nascentes. Vn
de & nomen mutuãtur. Græce enim πίτυς vocatur pinus.
Vnde & Pityusę insulę a græcis dictę a frutice pineo mo/
numentis scriptorum inclytę. Campe ſo significat bu/
cum: siue erucã: a flexura quę dicitur Campe. Plini. libro
xxiij. Visus contra pinorũ erucas quas pytiocampas vo/
cant. Columel. lib. xij. Bestiolę quę a nobis appellantur
erucę campe nominantur. Male scribitur. Debet enim
i latino in primo loco scribi & y tenui secundo: vt ex origi/
ne græca cernere est.
Pytisma pytismatis leuis sputi irrorario: ab πυτίζω: qõ
est sputo leui & crebro irrorare. Sunt qui scribãt pityſma
cum y in secũda ab πτύειν spuere. Iuue. Qui lacedęmo/
niũ pytismate lubricat orbẽ. i. qui lubricat annulũ sputo.
Pixis pyxidis græcum nomen est a buxo: quod græce
πύξον: latine buxolum: vasculum e buxo: q̃dq; ex alia ma
teria dici possit: quoniã ex eo ligno fieri cępit. Nam vt do/
cet Quintilia. libro. viij. Pyxides cuiuscũq; materię sunt:
quarum vsus varijs rebus est accõmodatus. Plinius lib.
xviij. Primori ineſt pyxis ferrea. Apul. de asi. lib. iij. Arcu/
la quadam recluſa pyxides plusculas inde depromit. Hu
ius diminutiuũ est pyxidicula: in qua aromata continent.
Cor. Celsus lib. vj. Liquidũ collyriũ pyxidicula serua/
tur. A pyxide etiam pyxidatus dicitur: significatq; ad effi/
giem pyxidis in cõmissura formatum. Pli. lib. xxxj. Com/
missuris pyxidatis.

Q Litera muta est: supernacua dicitur: sicut & k
quoniã ẽ potest implere earum vocabulum:
& propter nihil aliud scribẽda videtur: nisi vt
ostendat sequens u ante alterã vocalẽ in eadẽ
syllaba positam perdere vim literę in metro.
Et vt pinguior: per eã sonus habeatur:
q̃ per c habere possit. Quod sane terminatio ipsi⁹ q & ne/
cessaria cõsequẽtia alterius u post illud & ante alterã voca
lem indicare potest. Nunc̃ enim in eadem syllaba voca/
lem post q ponere possumus quin inter q & vocalẽ inter/
ponamus u: vt qualis: quęror: sequitur: loquor: quiũt. Ci
cto: no placet: q̃uis hoc nõnulli per vnum u scribi velint.
Transfertur aũt q in c: vt loquor: locutus: sequor: secutus.
In s: vt torqueo torsi. In x: vt coquo coxi.

Quante

Qua aduerbiũ modo significat per quem locum. Virg.
Dic mihi qua sit iter. Modo inquantũ. Seneca. Homi/
nem quippe qua animal est moueri sensu oportet. Modo
partim. Pli. Mediũ tempus distenũ impeditũq; qua offi
cijs maximis: amicitia principum egisse.
Quadantenus pe. cor. vsq; ad quandã partem.
Quadrage, mensariũ instrumentũ ex stãno vel argento
sup quod dapes scinduntur siue apponunt scisse: q̃ quadra
ta forma fieri soleat: veluti rotunda repositoria orbes dici/
mus q vulgo incisoria dicunt. Vtq; aliquãdo etiã ex pane
Virg. lib. iij. ge. Patulis nec parcere quadris. Iuue. Vt bo
na sũma putes aliena vivere quadra. Sunt qui dicãt qua
dram panis fragmẽtũ siue frustũ esse: quia olim apud Ro
manos quadrati panes dicerentur. Marti. Cõmittitur/
dumq; mihi quadramq; placentę.
Quadr⁹ quadra quadrũ: quod est quadratũ. Quadra/
tum ſno figura est: rectas atq; ęquales lineas quattuor: & qt
tuor rectos angulos habẽs.
Quadratura: ipsa quadratio. Vnde Archimedes scri/
psit de quadratura circuli.
Quadro quadras: in quadrũ redigo. Hora. in epistolis.
Et quę pars quadret aceruũ. Per translationẽ. Quadra/
re ponitur pro consentire: & ex omni pte cõuenire. Tra/
ctum a lapidibus quadris qui inter se optime conuenũt.
Virgi. Arboribus positis secta via limite quadret. Apul.
Vt omnia ad calamitatem quadrarent.
Quadrãs gen⁹ nũmi: q̃ sit quarta pars assis: id est vncię
tres. Iuue. Nã si pieria q̃drãs tibi: null⁹ in arca oſtẽdat.
Quadrantal: figura est: quę omni ex parte quadrata sit
quales sunt cubi & tesserę: quib⁹ in alueolo ludit. In quã/
cũq; enim partem incubuerit: in ea motã habent stabilita/
tem. Est & genus vasis pedem quadratũ habens: & conti/
net. xlviij. sextarios. Plau. Annus hęc finit. Quantillus finit
Modica est: capit quadrantal.
Quadraginta quasi quater decem. Cc.
Quadragesima absolute dicitur pro quarta parte. Sue
to. de Calig. pro litibus atq; in dicijs vbicũq; cõceptis qua
dragesima sũmę: de qua litigaretur: exigebatur. Sic dici/
mus decimã: vigesimã: quinquagesimam: centesimam: &
Quadragenarius: & quadragies aduerbiũ.
Quadricornũ dicitur⁹ qõ quattuor cornua habet. Cc.
Quadrienniũ spatiũ quattuor annorũ. Cc.
Quadrifidus a. um. pe. cor. qõ in q̃ttuor partes findi pt.
Virgi. li. ij. ge. Quadrifidaq; sudes & acuto robore vallos.
Quadrifariã aduerbiũ: quadripartito. Var. Et ea q̃ ad
mortales pertineant quadrifariam dispertiuerim.
Quadriforme: quod habet quattuor formas.
Quadrangulũ: quod habet quattuor angulos.
Quadriga penul. pro. quasi quadriga a quattuor equis
quibus iungebãtur: appellata est. Cel. Quadrigas Cęsar:
etiã si currus vnus equorũ quattuor iunctorũ agmen vnũ
fit plurativo semper numero dicendas putat. Aliqñ qua
drigæ noie intelligunt eq: q quadrigas agũt. Col. lib. iiij.
Vnde sacroꝝ certaminũ studio pernicissimæ quadrigæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

semina diligenti obseruatiõe custodiunt: ꝛ spem futurã victoriarũ cõcipiunt propagata sobole generosi arměti.

Quadrigarius qui quadrigam agit. Est ꝛ nomen proprium authoris.

Quadrijugi siue quadrijuges penul. corre. quaterni ad vnũ iugum alligati: sic bijugi: trijugi: ꝛ seiugi: cum duo vel tres vel sex equi ad vnũ currũ adhibentur.

Quadripertitio: in quattuor partes diuido. Vnde quadripertitũ: in quattuor partes diuisum. Quadripertito ad uerbiũ significat in quattuor partes.

Quadrupes: quod quattuor pedes habet. Hic quadrupedus a. um. Amb. li. Exa. Demersa magis quadrupedo corporis gressus: ꝛ velut affixa terris videas esse q̃ libera.

Quadrupedo as. penul. cor. quattuor pedibus gradior. Vnde quadrupedantia animalia quadrupedia dicuntur. Virgi. de equis. Per fractaq̃ quadrupedantũ Pectoribꝰ rumpũt. Pli. lib. viij. Thessalorũ gentis inuentum est equo iuxta quadrupedãte corrumpere ceruice tauros necare.

Quadruplex ꝛ quadruplo ꝛ quadruplico a quater:

Quadruplus a. um. quod est quat (siue quattuor. Lc. tuor: a quo quadrupliciter: ꝛ quadruplico as.

Quadruplatores: a quadruplo plas. vel a quadruplor. Plau. i Persa Quadruplatores appellat delatores: qꝝ dãnati quartã partem bonorũ indipiscebant. Asco. Quadruplatores delatores erant criminũ publicorũ: in quare q̃rtã parte de prescriptoꝝ bonis quos detulerãt: cõsequebant.

Quadruplor aris. delator: fio: ꝛ damnati quartã partem accipio. Plau. in Persa. Neq̃ quadruplari me volo.

Quadrilaterum: quod habet quattuor latera.

Quadrilinguis: qui quattuor linguas habet: vel modo vnum: modo aliud loquitur. Lc.

Quadrimembris: quattuor partium. Lc.

Quadringenti: quater centum. Lc.

Quadrimus a. um. quod habet quattuor annos: a quo fit diminutiuum quadrimulus a. um.

Quadrinoctiũ: quattuor noctes: sicut binoctiũ duas noctes significat

Quadriremis penul. pro. nauis quę q̃tuor remorum ordinem habet.

Quadrisyllabũ quod ex quattuor syllabis constat.

Quadriuiũ dicitur vbi quattuor vię conueniunt.

Quadi populi sunt. Hiero. Sarmatę Quadi Vandali ꝛ innumerabiles alię gentes equorũ ꝛ vulpiũ carnibus de

Quę nomẽ relatiuũ cum ę diphthon. scribi (lectantur. tur: vt differat a q̃ coniunctione cum omnibus cõpositis: vt quęq̃: quędã: quęuis: quęcũq̃: quęlibet ꝛ cętera hinõi.

Quęcũq̃ vim relatiui in se continet: vt feci quęcũq̃ iussisti. Aliqui simpliciter: ꝛ significat omnia. Lice. Quãobrem q̃cũq̃ a me ornamẽta vitę prosicisceñt: elaborabo: vt omnes intelligant a me habitã esse rationẽ tuę dignitatis.

Quęro is. quęsiui itum. ꝛ quęsũ per syncopen: ex quę ꝛ res componi videtur. Nam propriẽ quęrere est quę sit res aliqua inuestigare. Et dicimus. Quęro te hanc rem: Quęre te de hac re. ꝛ Quęro hanc rem abs te. Quęro rem: inuestigo veritatẽ. Teren. in Adel. Quęre rem immo extorq̃. Item quęrere est lucrari. Vnde Aug. lib. xviij. cũi. dei. In latina lingua hoc verbũ quęrit accipit ppositionem ꝛ acquirit dicitur: q̃q̃ ꝛ sine additamẽto prępositionis quęre intelligatur acquirere: ex quo lucra vocantur ꝛ quęstꝰ. Huius verbi cõpositi mutant ę in i produ. Quę sunt Acquiro: anquiro: circũquiro: conquiro: quod est vndequaq̃ q̃ro. Lactan. lib. ij. Fecit hominẽ de paradiso: vt victum sibi labore cõquireret. Disquiro: quęrendo discerno. Aug. lib. xj. cũi. dei. Vnde postea nobis erit in dei veri domini volũtate disquirendi ac disserẽdi locus. Exquiro. Inquiro: inuestigo: quasi bene intus quęro. Lactan. lib. ij. Nam si quęmores eoꝝ diligenter inquirat: inueniet iracũdos: cupidos Perquiro: inuestigo. Requiro: de quo infra.

Quęrito as. frequentatiuũ significat instanter quęro. Et ppriẽ de ijs dicit qui quotidie inquirẽdo vix victũ inueniunt: vt inquit Dona. Teren. in Adel. Lana ac tela victũ q̃ritans. Plau. Qui inops ꝛ sordidꝰ quęritãdo alit familiã: idest ostiatim quęrẽdo victũ qꝺ mendici faciũt: qui ꝛ rogatores dicuntur. Plau. Vt rogator: ostiatim petã panem.

Quęstio a quęstũ supino fit: ꝛ quãdoq̃ significat dubitationem siue interrogationẽ: vt quęstio est an mundus eternus sit. Eius diminutiuũ est quęstiuncula. Hiero. Quęstiũculam proposuisti quid sit Tullioꝰ iniquitatis. Gręcę quęstiones Zetemata ꝛ problemata appellantur. Quandoq̃ significat controuersiã: vt apud Rhetores. Quãdoq̃ torturam ꝛ corporis dolorem: qui datur alicui facinoroso ad eruendam veritatem: sicut in iudicijs.

Quęstionor aris. perquiro: examino: a quo q̃stionarius.

Quęstionarij: sunt inquisitores examinatoresq̃. Vnde de diuo Anastasio legitur: maximũ pondus argenti quęstionarijs clanculũ filij Iesdim obtulerunt.

Quęstor: prępositus pecunię publicę qui curã erarij habet. Lice. lib. ij. artis ve. Rhodij quosdã legarũt Athenas legatis quęstores sumptũ quem oporteret dari non dederunt. Hic vbanus dicebatur: qui etiã vectigalia exigebat a prouincijs. Vnde Lentulus quęstor senatui scribit. Et q̃ primũ ad meũ officiũ reuertendũ mihi existimaui: ꝛ vt reliqua vectigalia exigerem: ꝛ quam posui pecuniã collegerem: quicquid ex ea corruptũ esset: aut quorũ id culpa ac

Quęstor quoq̃ qui imperator (cidisset cognoscerem. vice fungitur in exercitu. Licero in Lato. Sed tamen hoc queo dicere: non me quidẽ his esse viribꝰ: quibꝰ aut miles punico bello: aut quęstor in eodem bello: aut consul in Hispania fuerim. Et hic erat primus honoris gradus apud Romanos. Et prętorẽ quęstori suo parẽtis loco esse oportebat. Item quęstor qui pest iudicijs exercendis ꝛ malefi/cijs plectendis: quem maleficiorũ iudicẽ appellare solemꝰ Qui ꝛ q̃sitor vocatur. Virgi. Quęsitor Minos vrnam mouet. Plau. Quęsitor in alto Cõspicuus solio pertentat crimina Minos. Dictus quęstor a quęrendo qui cõquireret publicas pecunias ꝛ maleficia: quę triũuiri capitales nũc conquirunt. Vb his postea qui quęstionem ꝛ iudicia exer

Quęstura: q̃storis dignitas: sicut (cent: quęstores dicti. a prętore prętura. Lice. Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia: inde a quęstura mea siciliensi.

Quęstorius a. um. quod ad quęstorem pertinet. Licero Lamnio. Quod ego officio quęstorio.

Quęstorius quęstorũ: qui quęstor fuit: vt vir quęstorius.

Quęstus q̃stus ꝛ q̃sti. Plau. in Aulu. Nam hic apud nos nihil est quęsti. Datiuũ ꝛ ablatiuũ plurales facet quęstibꝰ: significatq̃ lucrũ nũmarũ. Est enim lucrũ etiã amicorum ꝛ glorię ꝛ scientię. Interdũ ponitur pro actione ipsa atq̃ artificio lucrandę pecunię. Lice. Nam de artificijs ꝛ quęstibus qui liberales habendi sint: qui sordidi. Quintilia. Nam vt lingua primũ esse cępit in quęstu.

Quęstuosus a. um. idem quod lucrosus: vt q̃stuosus homo qui lucri causa auidior vndiq̃ lucella quęritat. Colu. lib. vij. In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi pecoris: eademq̃ quęstuosissima.

Quęsticulus diminutiuũ significat paruũ lucrum Lice. lib. ij. de ora. Aut quid fiscũ rhetoris cum lucello meo: aut meus quęsticulus cum cęlo: terra: rerumq̃ natura.

Quęstuarius qui quęstus gratia artem aliquã exercet: ꝛ quęstuarię artes quę lucri gratia exercentur.

Quęso pmã personã indicatiui tm̃ habet: q̃uis quęsere apud Sallu. ꝛ Liceronẽ legas. Modo quęso ac quęsumus dicimus pro rogo. Sunt tamẽ qui declinent Quęso q̃sis q̃sit q̃sum. Vel sim Prosodiũ quęsiui q̃situm. Luc. lib. j. p/senti vsus est. Hi diuũ pacem votis adit ꝛ prece q̃sit. Sall. lib. j. histo. Curionem quęsiuit vti adolescentior ꝛ a populo suffragijs integer ętati concederet. Damerti. Huiꝰ frequentatiuũ est quęsito as. Prisci. Quęro quęrito differentię causa facit: quia a quęso quęsito fit.

Saba ciuitas regia Aethiopię inquit Josephꝰ quā postea Lambyses a sororis suę nomine Meroen denominauit. Hanc Nilus circūdans inexpugnabilē reddebat. Dicta Saba ἀπὸ τοῦ σέβειν: quod est sacrificare: quia tus mittit quo in sacrificijs vtūt. Sunt qui dicant saba Arabum lingua mysteriū significari. Hiero. Jo conuersionem sonare autumat. Hinc sabęus a.um.

Sabora vbs Arabię in monte excelso: a quo octo mānionibus distat regio eorum turifera. Lc.

Saba: ex qua Sabęi: de quibus nunc.

Sabęi populi felicis Arabię ditissimi syluarū: fertilitate odorifera. Hos Josephus libro. j. a Saba Cusi filio: qui a Cham ortus fuit: dictos affirmat.

Sabath nomen propriū a quo Sabathei nominantur qui a grecis Hysticabari dicuntur: vt Josephus inquit.

Sabate: locus est: vnde fit sabatinus a.um. Colu. lib. ix. Inde velinus: inde etiā sabatinus: item Volsinienſis ꝛ ciminus lupos aurata sq; procreauerunt.

Sabbatū hebraica lingua dies quietis dicitur: ꝛ sabat grece: latine quies. Est ꝛ septimus dies quo requieuit deus ab operibus suis. Prima sabbati dicit primꝰ dies: quez Dominicū etiā nominamus. Secūda sabbati secūdꝰ dies. Tertia sabbati tertius dies. Quarta sabbati quartus dies. Quinta sabbati quintus dies. Sexta sabbati sextus dies a die dominico. Et ipsum sabbatū septimus dies. Quod etiā nomen ab hebręis: sicut Josephus refert: septimana dicitur. Hanc Ethnici idolorū ꝛ elementorū nominibꝰ appellant: vt secunda sabbati a Luna sit. Tertia a Marte. Quarta a Mercurio. Quinta a Ioue. Sexta a Venere.

Sabbatizare est sabbatū obseruare. Hiero. in Leuitico. Quando fueritis in terra hostili: sabbatizabit: ꝛ requiescet in sabbatis solitudinis suę.

Sabbatarius qui diem sabbati seruat. Unde illō: qp ieiunia sabbatariorum.

Sabbatismus vacatio facta post labores.

Sabę syrorū lingua mensis Februarius dicit.

Sabaoth numeri pluralis ꝛ generis femininī: interpretatur militiarum vel exercituū siue virtutum. Unde dominus sabaoth inquit Hieronymus.

Sabis fluuius. Vide samarobrini.

Sabulum arena grossior. Hinc sabulosus a.um. Col. li. v. de Castanea. Pullā terrā: ꝛ resolutā desyderat: sabulez humidum vel refractū tophū non respuit.

Sabuletū dicitur locus in quo sabulū abūdat. Lc.

Sablo sablonis: idem quod sabulū. Ambro. lib Hexa. Infirmissimo ita omniū vilis sablonis puluere vis maris intempestas cohibet: ꝛ velut habenis quibusdam celestis imperij pscripto sibi fine reuocat: violētiq; equoris motus in se se frangitur: atq; in reductos finus suos scinditur.

Saburra licet ſm Varisci. gemino bb scribat: apud Virgiliū tamē eꝰ prima corripitur: vt Limbę instabiles fluctu iactāte saburrā Tollūt. Est autē saburra ꝓprie nauiū: ex quacūq; materia: sed sabulū fere significat quo naues onerari solent vsq; ad certā mensurā: quo stabiliores sint.

Saburrare siue saburare ē satagere in sabulo ac merisare: vt puluerare in puluere. Plin. lib. xviij. Echinni affligentes se se: aut arena saburrantes tempestatis signa sunt. Solinus. Grues volaturę arenas devorant: sublatisq; lapillis ad moderatā grauitatē saburrantur. Et suburra vibis regio ꝛ suburrana tribus quā veteres per e: nostri per b scribebant. Hoc est succurrā: non suburrā: quia vt verꝰ Flaccus ait a pago succusano dicerent: vel a statiuo pfidio qō solitū sit esquilijs succurrere: Sabinis infestātibus.

Sabini populi sunt in quarta Italię regione nō procul a Roma: a religione ꝛ cultu deorū cognominati: quasi sebini ἀπὸ τοῦ σέβειν. Syrius ꝓo a Sabo authore gētis Sabinos dici putat: qui lib. viij. ait. Ductore gentis parlandes ore ferebāt Sabe tuas: q de patrio cognomine primꝰ. Dixisti populos magna ditione Sabinos. Hos Plin. Apennhis ingis vallatos vtrinq; scribit. Stra. Sabinos ait angustū incolere agrū in longitudine ptēsum a Tyberi vsq; Momentū oppidū stadiis mille vsq; ad Vestinos.

Sabinam Illyrij appellabāt telū venabuli simile. Ennius. Illyrij restant scicis sabinisq; fodentes. Lc.

Sabim Arabes deum appellabant: ꝛ illi decimas mēsura non pondere persoluunt. Lc.

Sabiusa porta dicebat: q recta i Sabinos ducebat. Lc

Sabellus a.um. deriuatū nomē a Sabinis. Sunt autē Sabelli populi a Sabinis orti: qui incolunt mōtes q sunt inter Sabinos ꝛ Marsos. De his Virgi. lib. ij. geor. Hęc genus acre virum Marsos pubemq; sabellam.

Sacalin Aegypto nascit: ꝛ est electri species. Lc.

Sacarum regio: vt Ptolemęus inquit: est in Asia vltra mare Caspiū sogdianis contermina: in qua nec vbes nec vicos esse testatur: sed incolę eius regionis nemora ꝛ specus habitant sagittandi arte pitissimi. Qui olim Bactrianam prouinciaz occupauere: ꝛ optimā Armenię regionē adepti sunt: vt lib. xj. Stra. refert: atq; vsq; ad Cappadocas ꝓcesserunt: sed cum ex spolijs festa celebrarēt: Persarum imperatores eos noctu adorti funditꝰ deleuere. Hos quidam Sacassanos vocant.

Sacassani. Vide in dictione saccarum.

Saccarū penul. cor. dicitur mel in harundinibus colligens gummi modo candidū ac fragile. Nascit in Arabia India: Creta: Italia: ꝛ Sicilia. Unde Oxysaccaron pomonis genus ex saccaro ꝛ aceto.

Sacondion genus gēmę coloris hyacinthini.

Sacrū nomē substantiuū dicitur omne quod deorū habetur. Unde Virgi. Quoties sacrū nominat additionē sere deorū facit. Sacra Dionęę matri diuisq; ferebā. Idem Sacra Ioui stygio quę rite incepta parabā. Ponit etiam ꝓ sacrificio. Macro. in Satur. Sacra celebritas est cum sacrificio offerūtur: vel cum dies diuinis celebrātur epulationibus: vel cum ludi in honorem aguntur deorū: vel aliq; ferię obseruātur. Item sacrū dicitur templū. Plau. Sunt autem sacrilegi qui publica sacra compilarunt. Aut qui priuata sacra vel ędiculas incustoditas tētauerint: amplius q̄ fures: minus q̄ sacrilegi merentur. Et sacrū dicit magnum quoddā ad cōpescendas detrahentiū linguas. Ouidius. Fas. Ecce anus in medijs residēs annosa puellis Sacra facit tacite: nec tamen ipsa tacet.

Sacer a.um. idem quod venerabile. Virgi. Exuit os sacę cęlo. Capitur nōnunq; ꝓ execrando: celesto: vt Jdē Quid nō mortalia pectora cogis Auri sacra fames! Etiam quitus homo sacer dicebat: quē populus ob maleficiū iudicasset: neq; fas erat eū moliri. Et si quis eū occidisset parricidij non dānabat: ex quo omnis homo malus atq; improbus sacer appellari solet. Hora. Intestabilis ꝛ sacer esto. Sacer locus: locus consecratus.

Sacer mons trans Anienem fluuiū: vltra tertiū miliarium appellatur: qui Ioui fuerat cōsecratus: vel mons in finibus Galatię aurum ferens.

Sacer ignis morbus: cuiꝰ multa sunt genera: quę apud Plin. habentur. Colu. lib. viij. Est etiā insanabilis sacer ignis: quā pusalā vocāt pastores. Ea nisi cōpescit intra primam pecudē: quę tali modo correpta est: vniuersum gregē contagione pternit. Sic quidē nec medicamentorū: nec ferri remedia patitur. Nam pene ad omnē tactū excandescit.

Sacer morbus appellat Comitialis: qp Hercules eum passus fuerit ex Grecis: nūc Gallicū dici dubito.

Sacra via in vrbe Roma vocitata est: qp in ea fędꝰ icti fit inter Romulū ꝛ Tatium. Hac triumphantes in Capitolium ibant. Tedebat autē regia vsq; in arcem. Hāc Horatius lib. Carmi. sacrum oliuū nuncupauit.

Sacra certamia Grecię quattuor: a Tacito ludicra vo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cantur. In his morem fuisse: vt patres & patrię vincentum præconis voce nominarentur.

Sacra pmontoriũ: qđ nũc appellãt caput sci Vincẽtij.

Sacro as. deo dedico: & sacrũ facio. Aug. lib. ij. ciui dei. Quę Romani numina partim peregrina receperũt: partim sua ppria sacrauerunt. Pli. lib. xxxvj. Eiusdẽ remanet & alius centũ cubitoꝝ quẽ post cęcitatẽ visu reddito ex oraculo Soli sacrauit. Hui⁹ cõposita sũt Cõsecro eiusdẽ significati. Desecro ex sacro prophanũ facio: & quod vulgo dicitur degrado. Plau. Desecrare eũ prius oportet: ne man⁹ contaminẽ. Obsecro. Resecro: religione absoluo. Plaut⁹. Resecro mater quod dudũ obsecrauerã. Prosecro diu sacrificiũ facio. Lactã. lib. iiij. Quod cũ intelligerẽt haruspices instigãtibus hisdẽ dęmonijs qbus prosecrant conquerentes, pfanos hoies sacris interesse: adegerunt principes suos in furorẽ. Et hęc omnia habent penul. cor.

Sacellũ diminutiuũ a sacrũ: & significat locũ parũ, deo sacratũ cum ara. Trebatius iurecon. scribit sacellũ cõposĩtum verbũ: quasi sacra cella.

Sacrariũ locus sacer in templo: & in quo sacra reponũtur. Vnde a Cicerone sacrariũ bonę dęę nominat. Sene. lib. v. quęstionũ. Arcana illa rerũ naturę sacra non promiscue: & oĩnib⁹ patẽt: reducta & interiora sunt clausa sacrario. Egisippus lib. v. scribit sacrariũ templi Hierosolymorum fuisse prophanatũ a gentibus: quo solus semel in anno princeps sacerdotũ solebat intrare non sine sanguine. Quid interfit inter sacrũ locũ: & sacrariũ ostẽdit Vlpi. ingens. Sacer locus est consecratus. Sacrariũ in quo sacra reponuntur. Sueto. tamen de Aug. non tam pro sacrorũ repositorio qđ pro sacello locoqꝫ sacrato sumpsit. Natus est (inquit) Augustus ad capita bubula: vbi nunc sacrarium habet aliquanto postqđ excessit: constitutũ.

Sacratę leges quibus sancitũ erat: vt si quis aduersus eas feciſſet: sacer alicui deoꝝ cũ familia pecuniaq; esset.

Sacres porci appellabant: quoniã puri essent ad sacrificiũ: vt immolarent cum depulsi sunt a mãma: qui a partu decimo die habent puri: & ab eo appellant ab antiquis sacres: qm tum ad sacrificia idonei primũ dicũtur. Plau. in in Mẽę. Quanti hic porci sunt sacres?

Sacrimũ vocabant mustũ: quod libero patri sacrificabant pro vineis & vasis: & ipso vino conseruãdis. &c.

Sacrium succini genus e Scythia veniens. &c.

Sacramentũ dicit qđ iurisiurandi sacratiõe interposita geritur. Et sacramentũ quo milites scribẽdi a sacerdotibus adigebant: nec pr⁹ militare: aut postqđ ea absoluti essent: in hostẽ pugnare poterãt. Varr. de lingua latina. Sacramentũ a sacro qui petebat: & qui inficiabat: vterq; quingenta æris ad pontificẽ deponebat. De aliis itẽ rebus alio certo numero: qui iudicio vicerat suũ sacramentũ a sacro auferebat: victi ad erariũ redibant. Ex quibus verbis constat: qm sacramentũ alia qđ dei inuocatiõis quę per iusiurãdum fit: obligatio rerũ erat. Ser. de sacramẽto militari sic scribit. Legitima militia erat eorũ qui singuli iurabant pro repu. se esse facturos: nec discẽdebant nisi cõpletis stipẽdijs & sacramentũ vocabat. Clege. de re militari. lib. ij. Milites iurare solẽt. Et ideo militię sacramẽta dicũt. Jurãt aũt se omnia strenue facturos quę pceperit Imperator: nũqđ deserturos militiã pro Romana repu. Hinc milites a Iuue. Sacramẽta dicunt illa versu. Premia nũc alia atq; emolumenta notem⁹ Sacramentorũ. Suet. in Cęsa. sanxit ne quis ciuis maior viginti annis: minorve decem qui sacramento non teneret plus triennio continuo Italia abesset.

Sacrosanctũ dicebat qđ iureiurando interposito erat institutũ: vt qui violasset morte pœnas penderet.

Sacrifico as. sacrũ facio. Interdũ veniã peto. Lito Jo veniam impetro. Plau. in Penu. Si Hercle istuc vnqđ sactum est: tum me Juppiter faciat: vt semper sacrificẽ: neqꝫ vnqđ litem. Confundunt tamẽ quãdoqꝫ.

Sacrificulus rex sacrorum.

Sacrilegus penul. cor. qui sacra aut de loco sacro legit: id est furatur. Nam legere quãdoqꝫ furari significat. Et sacrilegium ipsum sacrorum furtum.

Sacriscrinius dictio cõposita ex recto & obliq. Sacrę enim dicuntur epistolę imperiales: & is dicitur qui prœest regalibus epistolis: vel custos librorũ: quia etiã a cõmentarijs dicitur.

Sacerdos qui deo dicatus est ad sacrificia faciẽda: a sacris dictus. Apud Romanos varia erãt sacerdotũ genera. Flamines: Diales: Martiales: Quirinales: Salij: Pontifices minores: Põtifices maximi: Reges sacrorũ: Sacrifici: & Galli qui Cybeles sacra faciebant.

Sacerdotiũ modo sacerdotis dignitatẽ significat: vt est illud. Fungi sacerdotio. Modo sacerdotis prouentũ. Maꝫ apud Gentiles ea sacerdotia fuerũt: qualia nos Christiani proprio vocabulo Beneficia appellamus. Vnde Liui. li. ix. Sens Potitia cui⁹ ad arã Herculis familiare sacerdotium erat. Sacerdotiũ autẽ sicut & beneficiorũ duo fuerũt genera. Vnũ quod sacris esset addictũ locis: quę resp. aut principũ: aut pontificũ collegij collationis essent. Alterum quod ędis aut sacelli iuris esset: a patrefamilias ea ratione erecti dedicatiq; vt & sacrorũ cura & fructuũ ipsius sacerdotij perceptio ad solam gentem familiãq; suã perpetuis successoribus deuolueretur. Quę sacerdotia a prisĉis gentilitia beneficia: a nostris iuris patronatus appellata sunt. Cor. Taci. de Othone. At recens ab exilio reuersos adolescentes auitis & paternis sacerdotijs in solatiũ reposuit.

Saceram dicti fuerũt Reate orti q ex septimõtio Ligures siculosq; eiecerit: sic appellati qm iure sacro nati fuissent.

Sacconia g. quidã p territorio accipiũt seu p pãniculo tersorio. Victru. lib. ix. Aurũ ad sacconiã appẽdit redẽptoris opus manu factũ subtiliter regi approbauit. Nam sacconia: hoc est tela tegebant: vt posset inhęrere pictura.

Saccus culeꝰ est: vt illud in Jona. Omnes induti sunt saccis. Dictus vt quidã volũt: a sago quod est genus vestis æqualiter latę ex parte superiore & inferiore. Hinc saculus & sacellus diminutiua: quib⁹ significant marsupia. Asco. Sacci sacculi & sacelli: saccus frumentari⁹ quo frumentũ gerit. Saccus vinarius quo vini fęces colant.

Saccaria g. saccorũ mercatura. Apu. lib. j. de asi. Saccariam faciens merebam.

Saccellare est vinũ saccis perfusum corrigere.

Sacon Indi vocant colorem hiacinthinum. &c.

Sęculum a sequendo seꝛeo q sequat atq; ita se reuoluatur. Var. a sene derivat: quia rem productissimã designabat. Placuit antiquis significationis causa primã syllabã producere: & per diphthongũ scribere. Est autẽ ppie secu lum spatiũ centũ annorũ. Vnde carmen sęculare Horatij dicit: in quo tractat de sacrificijs quę fiebãt de cẽtesimo in centesimũ annũ. Hoc ostẽdit Liui. lib. ab vbe condita: qꝫ dicit Pompilũ ante Pythagorã ducentis ferme annis fuisse. Vnde Cice. Ex quo etiã quidã Numã Põpilũ regẽ nostrũ fuisse Pythagoreũ ferũt: qui ãnis pmultis ante fuit qđ ipse Pythagoras. Quo etiã maior vir habẽdus est. Illã sapientiã cõstituẽdę ciuitatis duobus prope sęculis añ cognouit qđ eã Græci natã esse senserũt. sunt etiã qui sęculuꝫ xxx. annorũ tempus existiment: vt cursus est Saturni. Alij mille annos sęculũ habere putant. Poetę frequẽter p tẽpore vsurpant: sicut in hymnis sacris canitur.

Sępe aduerbiũ significat frequẽter: recipitq; diphth. vt differat a sępe ablatiuo nominis sępes. Aliquãdo ornatus causa iungit numero: & fit vna dictio. Sępenumero. Inuenitur sępissimus superlatiuũ nomen a sępe formatũ. Hier. ad Eusto. Sępissimo rogatu o virgo christi Eustochium a me tua deposcit charitas: vt tibi notũ faciam vnde Petri Apostoli in kalendis Augusti quę celebratur festiuitas initium habuerit. Hinc etiã fit cõpositũ persępe.

Sęuus durus: horridus. Virg. Cui sęuo e scopulo multa vir arte remulsus. Per trãslationẽ mõ p inimico crudeliq; ponit. Idẽ Sęuę mẽorẽ Junonis ob irã. Quiq; p forti: vt Sęuꝰ vbi Æacidę telo iacet Hector. Quiq; p irato.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vt & ſeuũ ambobus Achillem. Quãdoq; pro magno. Idẽ de Aenea pio. Maternis ſeuus in armis.

Seuitia & ſeuitudo: crudelitas. Plau. Vicula virgę mole: ſeuitudo mala ſit peior.

Seuio is. ſeuiui & ſeuij: ſeuitũ: irascor. Pacu. Quid commeruĩ? Quid in me ſeuis pater? Aliquãdo ſeuire eſt fortiter facere. Mar. Belliger inuictis: q; Mars vbi ſeuit in armis. Aliquãdo immanitatẽ exercere. Liui. Cũ poſt victoriam quoq; in hoſtes ſeuiret. Hui⁹ cõpoſita ſunt Deſeuio quod eſt valde crudelitatẽ exerceo. Hiero. in pſo. li. Reg. Latrantes canes qui aduerſus me rabido ore deſeuiunt. Conſeuio: ſimul ſeuio. Aug. lib. j. ciui. dei. Tantus itaq; huius vitę cõtemptor Regulus conſeuientibus hoſtibus per quaſlibet pœnas eã finire q̃ ſe ipſe perimere maluit. Obſeuio: cõtra ſeuio. Plau. in Epi. Tu is es qui per voluptatez in mea gruinna obſeuiſti grauiter.

Saga mulier prudẽs: verſuta. Item perita ſacrorũ & diuina. Vnde pręſagia: pdiuinationes mentis. Cice. lib. j. de diui. Neq; enim temere illud verbũ conſuetudo approbaſſet: ſi ea res nulla eſſet omnino: pſagitabat animus mihi re frustra: cum exirem domo. Et ſaga dicit mulier ad libidinem virorũ indagatrix. Et habet primã produ. Mar. Exorat noctes duũ mihi ſaga tuas. Acron. Saga dicta eſt venefica: q; ſatis agat: & ea eſt quę carminibus & herbis mala hominibus dicebat vt arcere: vt impellere. Hora. Quę ſaga quis eſt ſoluere Theſſalis mag⁹ venenis.

Sagax generis omnis: acutus: ſollers: & habet primaz cor. Vñ & canes indagatores ſagaces appellati ſunt. Hinc ſagacitas p aſtutia. Et ſagaciter aduerbiũ. Cc.

Sagio is. iui. itũ. acute ſentio. Col. lib. j. de diui. ſagire eſt acute ſentire. Hinc pſagio: q; pſentio & diuino ſignificat.

Sagum chlamys militaris quadra. Iuue. An ſaga vendenti nubat caupone relicto. Scribit Cice. in Philip. Saga ſumi ſolere in bello atq; tumultu. Et quãdo in ſagis tota ciuitas erat: conſulares viri togati eſſe ſolebãt. Sue. Ferebatur & vagari noctibus ſolitus: atq; inualidiz quemq; obuio: um: vel potulentũ corripere: ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare. Huius diminutiuũ eſt ſagulum. Virgi. lib. viij. Virgatis lucent ſagulis.

Sagatus: qui ſago indutus eſt. Sueto. in Cęſa. Duob⁹ triclinijs: vno quo ſagati palliative: altero quo togati cum illustrioribus prouinciarũ diſcũberẽt. Mar. Vis te purpureum Marce ſagatus amem.

Sagarius qui vendit ſaga. Sagaria ro eſt exercitiũ vẽdendi ſaga: ſicut ab argẽto argẽtaria. Vlpi. de tribu. actio. Duas negotiatiões exercebat puer: ſagariã & lintearia.

Sagarytis nympha fuit cũ qua ſe miſcuit Atys Phry-

Sagana penul. cor. vas in quo aliquid terit. (gius. Cc. Quo noie etiam dicta fuit meretrix quędam.

Sagda gẽma porracei coloris: quam Chaldęi adhęrẽtem manibus habent. Cc.

Sagena penul. pro. genus retis piſcatorij σαγήνη Latini Verriculũ appellant. Manil. lib. v. Excipit vaſta circũ

Sagino pe. pro. pingue facio. Col. lib. (uallata ſagena. vij. Ea herba viridis: nec tarde tamẽ arida ſeni vice ſaginat iumenta: verũ modice danda ne nimio ſanguine ſtrãgulent pecora. Interdũ abltõ iugit cũ res q̃ qd ſaginat exp̃mitur: vt apud eũdẽ li. xx. Formant offę gbus auis ſaginat.

Sagina ę. pe. pro. cibus quo quis pinguis efficit. Quandoq; etiã dicit pinguedo ſuperuacua arte non natura adiuncta per totũ diſperſa corp⁹. Juſti. lib. xx. ſtiblatis deinde epulis in ſegnitiã lapſus ſaginã corporis ex nimia luxuria oculorũq; valitudinẽ contraxit. Et a ſagino deſcendit. Niſi eñ quis ſaginatus fuiſſet: nõ eſſet in eo ſagina. Iuue. Geni alis agatur. Iſte dies propera ſtomachũ laxare ſaginis.

Saginariũ locus vbi ſaginantur altilia. Var. li. iij. de re ruſti. Pullos anſerũ includũt in ſaginario: ibiq; polentã & pollinẽ aqua madefactã dant cibũ: ita vt per dies ſaginẽt.

Saginarius a. um. quod ſaginatum eſt. Vnde a Seruio Bo. Mulus ſaginarius & Mula ſaginaria.

Sagitta: iaculi genus quod arca emittitur: q; ſatis lõge agatur. Vel a ſatis & ictus. Ad lõgũ eñ ſpatiũ profert ictũ ſinũ. Vel q; ſagax ſit ictus ei⁹. Sagitta etiã a rei ruſticę ſcriptoribus ſumitur pro nouiſſima ſurculi parte: ſiue quia lõgius receſſit a matre: & quaſi emicuit atq; pfluit: ſeu quia cacumine attenuata prędicti teli ſpeciem gerit.

Sagitto as. ſagittas iaculo. Hiero. in Pſal. Vt ſagittent in occultis immaculatum.

Sagittarius a. um. qõ ad ſagittas pertinet: ſiue idoneus eſt: vt eo fiãt ſagittę. Pli. lib. xvj. Suũ gen⁹ ſagittario calamo. Sagittarius qui ſagittas emittit: vt in ſacris lite- (noris. Perciſſius eſt a ſagittarijs. Eſt & Sagittarius ſignũ celeſte: quẽ alij centaurũ Chironẽ arbitrant: alij Eroti filiũ Euphemis nutricis Muſarũ: & habitaſſe in Parnaſo cũ Muſis & venatione incubuiſſe. Vnde & vſus ſagittis: & eq̃ inſedиſſe. Poſt mortem precibus Muſarum a Ioue inter aſtra relatũ: & varia forma conſcriptũ. Idibus Februa. vel ſpere occidit: vehementer hyemat inquit Colu.

Saguntus Hiſpanię ciuitas: quã Romanis fideliſſimã Annibal ad internecionẽ deleuit. Hinc ſaguntinus a. um. vt vaſa ſaguntina: quę maxime cõmendantur. Mar. Sume ſaguntino pocula facta luto.

Sagma ę. & ſagma atis. ſella quã vulgus Baſtũ appellat ſuper quo componunt ſarcinę. Sed & pro ſarcina quã doq; ponit. Interdũ ſagmata dicunt vnguenta quę ſucco conſtant quaſi diſtillationes. Quę autẽ corpore cõſtant dicuntur Hedeſmata ἡδύσματα Græci condimentũ dicũt. Et ſagma cumulus dicitur.

Sagmina quaſi ſanctimina: quoniã e loco ſancto capiebantur legatis ad indicendũ bellũ: aut fędus inijciendũ proficiſcentibus. Vel a ſanciẽdo: id eſt confirmãda: vel ab agendo: q; e ſacris agatur. Herba eſt quę vocatur Verbena. Pli. lib. xxij. Quoniã non aliũde ſagmina in remedijs publicis fuere: & in ſacris legationibus q̃ verbenę: certe vtroq; nomine idem ſignificatur: hoc eſt gramẽ ex arce cũ ſua terra euulſiz. Hac ſemper & legati cum ad hoſtes clarigatumq; mitterentur vſi ſunt.

Sais vbs eſt Ægypti ad vnũ ex oſtijs Nili: ex q̃ Oſtiũ id ſaiticum dictum eſt. Cc.

Sal ἅλς ἑλληνικὴ ἅλας δὲ λέγεται ἀλλὰ μεταθετικῶς λατίνοις. Dictio græca ἅλς. i. ſal autẽ dicit: ſed metathetis id eſt tranſpoſitio latinis: quo vtimur in condiendis cibis vtroq; numero: & tam maſ. q̃ neu. ge. dicit. Cato. Ex ſale qui apud Carthaginenſes fit. Sal. in Jug. Neq; ſalẽ: neq; alia gulę irritamẽta. Aſra. in Cõpitis. Quicquid loquiſ ſal merũ eſt. Colu. Carnẽ ſalibus aſperſam. Paul. iureco. Lotem ferro ſubigendã neceſſaria quoq; hoſtibus venidari vt ferrũ & frumentũ: & ſales nõ ſine capitis periculo liceat. Dicit etiã hoc ſale pm Paſci. Enni. li. iij. annal. Cęruleũ ſpumat ſale cõſerta rate pulſum p mare. Aliquãdo ſal ponitur pro ſapiẽtia: & maſculino genere tñ proferri conſuetum. Aliquãdo p vrbanitate ioco & ridiculo: & dictis ad riſum vel ad delectationẽ cõpoſitis: tam ſingulari q̃ plurali numero. Catul. Nulla eſt in toto corpore mica ſalis: ſi eſt nihil venuſtũ & ſapiẽter dictũ. Cice. Mur. Scipioni. Dęſale & facetijs ſuppabat. Luca. Nõ ſoliti luſere ſales. Quintil. lib. vj. Salſum (inquit) in cõſuetudine pro ridiculo tñ accipimus natura non vtiq;. Hoc eſt q̃q̃ & ridicula oportet eſſe ſalſa. Nam ſicut ſal ſuauitatẽ quandã cum morditate habet: ita etiã vrbanorũ ioca. Sales tñ pro Ciceronis ſentẽtia ſunt ipſa ridicula: quę neceſſario ſalſa oportet eſſe. Nam ſalſum erit quod non erit inſulſum: velut quodam orationis condimentũ quod ſentitur latente iudicio & veluti palatũ excitat. Quãdoq; ſal mare dicitur. Virgi. Et ſpumas ſalis ęre ruebant.

Salnitrum vt modo in conſuetudine vulgi dicitur factitium: & ad tormenta ignẽ miſſilia repertũ: veteribus fuiſſe videtur incognitũ. Vide in dictione Nitrũ.

Salhammoniacus: ſic dictus eſt: quia ſub arenis invenitur. Similis eſt coloꝛe alumini: medicinę vtilis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Salpusius a sale ⁊ pulsus compositū nomen.¶Pusi⁹ em̄ siue pusius ⁊ pusio apud latinos dicitur puer. Quo nomine dictus est Calinus Catulli familiaris: tanq̄ puer ob staturam puerilem plenus salis ⁊ oratoꝛ.

Salsicoꝛ:exꝛ:arboꝛ cui glans amara: quam pꝛeter sues nullum animal attingit. Cc.

Salsugo appellat in salmis tota liquida:marina aqua salsioꝛ. Salsugo etiā dicitur humoꝛ cum sapoꝛe salis.

Salsilago idem est quod salsugo.¶Plini. Natura ciceris

Salari⁹ qui sal vel salsamē/ (est gigni cum salsilagine. ta vendit.¶Varti. Quod viles pueri salariorum.

Salarius a.um. quod ad sal pertinet. Liui. lib. xxix. Vectigal etiam nouū ex salaria annona statuerunt.

Salaria via Roinę dicta est:q̄ per eā Sabini sal a ma

Salariū dicit stipēdiū seu merces quā (ri deferebant. quis p̄ seruitio meritus est. Augu. lib. j. ciui. dei. Doctoꝛes ipsos insuper ⁊ salario publico ⁊ honoꝛibus dignissimos habuerūt. Dictū salariū:q̄ ita necessariū sit:vt homini sal.

Salsus a.um. quod salis sapoꝛē habz:siue quod sale dē satum est. A quo fit salsioꝛ:salsissimus:⁊ diminutiuū salsiusculus. Aug. lib. viij. confes. Ebrioſi quędā salsiuscula comedunt quo fiat molest⁹ aꝛdoꝛ:quē duz extinguit: potatio si/

Salsamentū quod est sale compositum (at delectatioꝛ. ad vsum ciboꝛum:vt pisces salsi:⁊ lardum:quę per synecdochen salsamenta dici possunt.

Salsamentarius qui salsamenta vēdit:qui ⁊ Salari⁹.

Salsamētarius a.um. quod ad salsamēta pertinet.¶Pli. Quin ⁊ testis cadi salsamētarij tusis cum axungia vetere mirū in modū p̄dest. Colu. lib. ij. Ita rursus in sole siccata ⁊ mox refrigerata condatur in vasis olearijs:salsariisq̄.

Salsura idem quod salsamentū. Col. lib. ix. Nulla tamē equo q̄ꝫ prędictę salsure pabula cōmode dantur.

Salitura idē qđ salsura. Col. li. xij.¶Post salitura musti.

Salsedo inis. ipse salis sapoꝛ.

Salina:locꝰ vbi fit sal.¶Pli. lib. xxxj. Fit sal vulgaris plurimusq̄ in salinis effuso mari:non sine aquę dulcis riguis sed imbꝛe maxime iuuante. Sed quoniā sal p̄ facecūs ponitur:nonunq̄ꝫ pro apophthegmatibus ⁊ facetijs ⁊ scommatibus translatiue apud Ciceronē positū reperitur.

Salinę arum. Vbs Sicilię iuxta Lilybęū palmis abūdans:q̄ iuxta eā salinę fuerint:id est fossę in quibus fit sal.

Salinū:vasculum in quo sal reponitur: tum ad mensę vsum:tū ad sacrificia paratū. In eo enim cum sale dijs primitię offerebant.¶Persi⁹.¶Purū ⁊ sine labe salinū.¶Domi⁊ tamē p̄ quocunq̄ vase fictili mensę pauperis.¶Hora. lib. ij. Car. Cui paternū splendet in mensa tenui salinum.

Salinator: dictus est Liuius Romanus ꝓpter vectigal. qđ nouū ex salaria annona cōmentus est in censura.

Salmoneus Eoli filius fuit regnauitq̄ per Elidē:q cū diuinos sibi honoꝛes petulātius q̄reret. Jouēq̄ in iaciēdis fulminibus imitaret:ab eo fulminat⁹ in infernū detrusus

Salnacidus a.um. qđ salis sapoꝛē habet.¶Pli. (est. Cc. Nam nitrosas aquas atq̄ salnacidas ⁊ tęculentas addita polenta vtiles esse aiunt.

Salū mare a sapoꝛe salis vl̄ a verbo greco σαλεύω: qđ significat mouere:fluctuare. Vir.¶Perq̄ undas supāte salo.

Salio is. quartę coniugationis:⁊ prima coꝛrepta:signi. sale condio. Tibul. Farre pio placet ⁊ saliente sale.¶Huius p̄teritū salui:supinū salitū. Vnde salitus ⁊ saliturus. Liuius. Saliturus ista esse mittam salem. Coꝛ. Seuerus. Ad quem saliti pomiliones afferebantur.

Sallo is. per duplex ll tertię coniugationis salli saltum ⁊ salturus in eadem significatiōe. Vnde saltus ⁊ salturus: salsus a salsurus. Lucil. lib. iiij. Sallere murenas ⁊ frigidaria terrę.¶Participiū passiuę significationis in dus posuit Colu. lib. viij. cum inquit. Q, si ea res ęgritudinem non depellit vendenda sunt pecoꝛa. Vel si neq̄ id contingere potest:ferro necanda sallendaq̄.

Salio is. per simplex l:saliui vl̄ salii seu salui diuisas syllabas:supinū saltū. Et habet primā coꝛreptā. Virgi. Adolibus in pratis vnctos saliere per vtres:significat salto. Cōposita tamen magis p̄teritū per ui faciunt:vt assilio assilui. tum. Cōsilio. lui. tum. Desilio. lui. tum. Virgi. Desiluit Turnus bijugis: Desilio. Exilio:extra salio. Insilio.¶Resilio:vltra seu foras vel ante salio:pꝛorūpo. Lactan. lib. iij. Nāq̄ cuꝫ sitim paterent ictu virgę rupe percussa p̄silunt fons aquę. Virg. lib. v.¶Haud mora prosiluere omnes: ferit aurea sydera clamoꝛ. Liui. li. ij.¶Prope attonitus miraculo rex cū a sede prosiluisset.¶Desilio: ante salio.¶Resilio. Subsilio: sursum: deoꝛsum salio.¶Hiero. lib. ij.¶Reg. ¶Dicol vidit Dauid subsilientē. Transilio: vltra salio. Liui. li. j. Vulgati o: fama est ludibꝛio fratris Remū nouos transiluisse muꝛos. Salire tamē dicunt animalia ratione carētia: quādo mares ineunt fęminas.¶Nam saliēdo ascendūt. Vnde Lęta salit ouis. A salio fit salto frequētatiuū. Cuius cōposita mutant a in u:vt Assulto:cōsulto:dissulto:desulto: exulto: p̄sulto:resulto:p̄sulto:⁊ subsulto.¶Plau. in Cas. Vt festinabat miseꝛ:vt subsultabat postq̄ꝫ vicit villicꝰ. Trāsulto. Idē. in Cap. Tu trānsultas. ego miseꝛ vix adsto p̄ formidine.

Salto as. significat tripudio. Sal. Sed in his Sempꝛonia quę multa virilis audacię cōmiserat.¶Nec mulier genere atq̄ forma p̄terea viro liberisq̄ satis fortunata fuit: litteris grecis atq̄ latinis docta: psallere ⁊ saltare ⁊ cātare elegātius q̄ꝫ necesse est:probe multaq̄ alia quę luxurię instrumenta sunt.¶Hinc saltatio ⁊ saltus p̄o ipso saltādi actu.

Saltito as. pe. coꝛ. frequentatiuū est a salto as.

Saltatio ē illa hoim iactatio:quā vulg⁹ tripudiū vocat

Saltatꝰus. idem quod saltatio. Liui.¶Per vbem ire canentes carmina cum tripudijs solenniq̄ saltatu iussit.

Saltus us. ⁊ salti:denso: syluа ⁊ inuia est: q̄ ibi aꝛboꝛes saliant:in quo pasci ⁊ estiuare pecudes solent. Sunt q̄ dicant saltus esse loca aꝛboꝛibus expedita: quia facile in his salter. Virgi. lib. iij. Geoꝛ. Saltibus in vacuis pascūtur plena fim Flumia.¶Domi⁊ p̄ loco nemoꝛoso vbi latrōes insidiari cōsueuerūt. Et salt⁹ ceruoꝛū est. Idē lib. ix. Tū demū saltu p̄ceps sese omnibus armis In fluuiū dedit.

Saltuarius syluarū seu saltus custos.¶Pompo. Domnus ꝓprietatis etiam inuito vsufructuario: fundū No gdes per saltuariū vel insulariū custodire potest.

Saltuosus: locus saltibus plenus.

Saltię populi sunt iuxta pontum Euxinum: a veteribꝰ sic dicti. Aliter em̄ Phthyrophagi vocantur. Cc.

Saltim siue saltuatim significat per saltꝰ. Sel.¶Nos vna ętate in Italia ⁊ Grecia gesta literis iccirco cōtinentia nāuamus:ne velicatim aut saltuatim scribendo lectoꝛum animos impediremus.

Saltem cōiunctio per defectionem dicit: quasi si aliter non potest. Vel vt inquit Sel. u. litera abiecta.¶Nam a principio salutem dicebant:quod nos saltem dicimus.¶Nam cum alia quędā petita ⁊ nō impetrata sunt.¶Hinc solemꝰ quasi extremū aliquid petituri:quod negari minime debeat dicere:hoc saltem fieri aut dari oportere: tanq̄ salutem postremo petentes:quā impetrari sit equissimū. Ser. saltem:vel hoc tractū a captiuis:qui cum tenerentur ab hostibus dicebant:sublatis omnibus salutē concede.¶Hinc p̄ synęresim natus est sermo:vt in conceptu rerum multarū petituri aliquid saltem dicamus.

Salax dicit libidine p̄ruriēs:fortis in coitu ⁊ creber:cuius membꝝ facile salit. i. arrigit. Et salire dicūtur quadrupedes dum coeunt:vel quia ex humoꝛe falso citat libido. Vnde Venus dicta est e mari oꝛta. Varr. Gallos salaces. Et salaces aquę scaturientes:quasi e terra p̄silientes. In de etiā nymphę salaces dicunt. Qui.¶Nymphęq̄ salaces.

Salacia dea aq̄ a salo ciendo appellata. Cui ⁊ a poetis sumitur pro aqua.¶Pacu.¶Hinc sęuitiā salatię fugimus.

Salebꝝ a saltu dictę sunt: loca inęqualia ⁊ aspera: quę quasi sine saltu p̄teriri nō possunt.¶Per translationē. Cice. de fini. bono. dixit.¶Nic si diffinire:si diuidere potuisset:filo quendi:si deniq̄ consuetudinem verboꝝ teneret:nunq̄ in tantas salebꝝas incidisset. i. in tantas asperitates:siue incul

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tas oꝛões. Hinc saleꝛosus a.um. qđ multas habet saleꝛas.

Salij sacerdotes Martis: sic dicti q in portādis ancilibus saltare eos mos eēt. Li. Numa salios xij. Marti Gradiuo legit: tunicęq; insigne dedit: & super tunicā ęneum pectoꝛi tegmen ęlestiaq; arma: quę ancilia appellantur: ferre: ac per vrbem ire canentes carmina cum tripudijs solēniq; saltatu iussit.

Sali per simplex i: auiculę sunt: quas Aristo. Aegithos appellat fęcunditatis magnę, vt perdices: gallinęq;.

Saliaris & hoc saliare: quod ad salios ptinet. Unde saliares ęnę appellatę sunt: quas salij faciebāt amplissimo apparatu. Ex q̄ oppiparę ac copioſę ęnę saliares dicunt.

Saliūca heꝛba e terra statim exiliēs: foliosa qdē ſz breuis: vt ingt Pli. li. xxj. & q̄ necti nō possit radici coheꝛeꝛet.

Salix aꝛboꝛ a saliēdo: vel q̄ sata: vel casu terrę cōpacta salit ac surgit. Hęc aꝛboꝛ talem habet naturā: est quidem lignū infructuosum. Et dicitur si quis ex illa accipiat poꝛtionem: aut manducet: filios non facit.

Saligneus a.um. quod ex salice materiatum est. Virgil⁹ Est tuguri custos armatus falce saligna.

Salicetū & p syncopen salictū: loc⁹ salicib⁹ cōsit⁹. Varr. Idoneꝰ locꝰ eligēdus vbi facias salictū & harundinetū.

Salicastrum: genus labꝛuscę in salictis nascēs.

Sala nomē sex vrbium: & nomē fluuij in Germania: vt Strabo. lib. vij. scribit. Inter quem & Rhenū cū Drusus Germanicus belligeraꝛet: domitis hostib⁹ victoꝛ oppetijt.

Salaconia: superbia: & salacones superbi dicuntur. Salacon enim: vt inquit Suidas: vir fuit qui cuꝫ pauper esset se diuitem simulabat.

Salentinoꝝ regio quę nunc: vt quidam volunt: terra Idrunti: siue terra de Bari vocāt: in Italia sita est ꝫ Apulię finitima. De quibus Virgi. lib. iij. Et Salentinos obsedit milite campos. In ea est Japigiū promōtoꝛiū: quod et salentinū dicit. Sallu. Omnis Italia coacta in angustias scindit in duo promontoꝛia: Brachynū & Salentinū: salentini populi dicti: q̄ in salo amicitiā fecerint. Idomenęus & Locrenses. Hos Strabo scribit esse Cretēses. salētinus lacus ē salētinoꝝ iuxta Anduriā oppidū. Hic ad margines vsq; plenoꝝ: neq; exhausti minuit: neq; supsusis augeꝛ ags.

Salassi populi alpini Boijs: Eluetijsq; finitimi: quos Cato Taurisce gentis esse aꝛbitꝛat. Salassoꝝ tellus aurifodinas habet: diuq; olim potētes fuerūt: sed Augustꝰ eos deuictos omnes sub coꝛona vendidit. Autho: Strab. li. iiij.

Salamin sive salamis & salamina: insula in Euboico mari cōtra Athenas sita: in qua vrbs est eiusdem nominis vbi Thelamon & Aiacis & Teucri pater regnauit: sed cuꝫ Teucer a bello Troiano reuersus de Aiacis inimicis vltꝰ non fuisset: expulsus a patre in Cyprū nauigauit: ibiq; vrbem aliā condidit nomine salaminā: quę nunc Cōstantia dicitur: vbi amnis nomine Constantia pestifer & ęstuosus Dicta Salamina prima a Salamine Asopi filia. sed Suidas noster multa: & saxum in quo sedit Theseus & Ceres.

Salaminꝰ ex Salamine vrbe. Cūi solon salaminꝰ dici.

Salamandra animal Lacerti figura stellatū (tur. Ce: nunq; nisi magnis imbꝛibus pueniens & ęstate deficiens cui tantus rigoꝝ est: vt ignem tactū extinguat: non aliter q̄ glacies: & licet venenatissimū sit: nā si aꝛboꝛi irrepserit oia poma veneno inficit: & eos qui ederint: interimit. Idem facit si in puteū cadat. A suibus tamē sine nocumēto mandi tur. Hoster Suidas. Ἰδού ὡσαύτα τὸ μέγεθος πῦρ ἐις Δυόμειουτὴν φλόγα βεννύει καὶ αὐτὸ μὴ πίμπρασθαι: id est Animal lacertę magnitudine ignem subiens flammam extinguit: nec comburitur.

Salanga mons altissimus mari imminens: inter Britanniā & Hyberniā. a Salanga Barculani primi habitatoꝛes Hybernię filio dictus. Hodie mons domini appellatur: a templo beati Domini ibi condito.

Saliuū & Saliua sputū: q̄ fere salis saporē habet: vel a saliendo q̄ in oꝛe saliat & crescat. Saliuam virginem dixit Augu. quę stomacho ieiuno manauit.

Saliuo as. sanū facio. Pli. lib. ix. Congregantur verno tempoꝛe purpurę mutuoq; attritu lentoꝛem cuiusdā cęrę nicię, seminibus miscendę: & cum defruti ac mollitī tritici farina candentiq; aqua conspergenda: eoq; medicamine saliuandum ęgrotum pecus.

Saliuarius qui saliuat. Pli. ibi. lib. ix. Quę durioris teſtę: vt sunt murices purpurę saliuario lentoꝛe pariunt.

Salmaces fons in Caria iuxta Halicarnassū: dicꝰ venereus ab amęnitate incolarū: vbi paulatim homines alcti omnem feritatē deposuerūt.

Salmo genꝰ piscis quod in Rheno & Rhodano inuenitur: & pręfertur alijs piscibus marinis.

Salo fluuiꝰ qui & Bilbilis dicitur: quo temperatur ferrum: atq; acrius redditur.

Salon regio Bithynię pascendis bobus idonea. Unde & salonensis caseus.

Salone vrbs insignis Liburnię inter Dalmatas & Illyricos: quam Pollio deuicit.

Salpa genus piscis circa Ebusum: obscęnus alibi: & coqui non possit: nisi ferula percussus. &c.

Salus: incolumitas. Aliquādo etiā remedium. Virgi. Una salus victis nullam sperare salutem. Et salus dea salutis credita. Cui salutaris porta Romę appellata ab hac dęę ede quę ei proxima fuit.

Saluber pen. pro. masc. salubris fcmi. salubre neutri. Et hic si hęc salubris & hoc salubre: quod prębet sanitatē. Unde aer: cibus: locus: salubres dicuntur. Coln. lib. j. salubri cęlo. Idem. Fundū sicuti ne fęcundissimi quidē soli cū sit insalubris: ita nec effęti sit parandū. Aliquādo salubris accipitur pro sano. Sallu. Genus hominū salubri corpore Liui. Gratioꝛe tēpoꝛe anni circūacto defuncta moꝛbis coꝛpoꝛa salubrioꝛa esse cępere. Hinc salubritas: sanitas.

Salutaris idem quod saluber: hoc est sanitatem pbēs: vel ad sanitatem prębendā idoneū. Cato ad Octa. Si ulla remedia tam faciunt doloꝛem q̄ę quę sunt salutaria. salutaris digitus qui pollici est proximus qui & Index dicit. Sue. de Aug. Dextręq; manus digitū salutarem tam imbecillum interdū sentiebat: vt toꝛpentem cōtractūq; frigoꝛe vicinei circuli supplemento scripturę cōmoueret. Martianus de nuptijs. Uerū quidā redimitus puer ad os cōpressō digito salutari silentiū cōmonebat. Dicitur autē salutaris: vel quia non salutamus nisi visa & indicata. Virg. Iraliam lęto socij clamoꝛe salutant. vel quia eo cōprimimur ad silentium: quod salutare est pręceptum.

Salutariter aduerbiū significat quod vulgo dicitur ad salutamentum. Plancus Cice. Quadraginta milia passuū spatio relicto consedi eo consilio: vt vel celeriter accedere vel salutariter recipere me possem.

Saluto as. salutē dico: visito: colloquoꝛ: quod non accedentibus tm̄: sed abeuntibus quoq; attribuit: vt Sta. lib. Theb. Stant tamen & nota puppim de rupe salutāt. Terent. in Adel. Opperiar hominē hic vt salutē: & colloquar: id est visitem. Et salutare est venerari. Teren. Hinc deos domū salutatū pergā. Cūi moꝛtuos & res inanimatas venerantes salutare solemnis: non salutē imprecantes: q̄ nulla in his esse potest: sed veneratione indicentes. Hinc composita sunt Cōsaluto: simul saluto. Liui. lib. j. Utrūq; regis suꝝ multitudo cōsalutauerat. Obsaluto salutādi gratiā offero. Resaluto me salutantē saluto. In saluta nō salutaꝝ.

Saluus a.um. quod est sanus. A quo saluo as. quod est saluum facio. Unde & saluator qui saluat: grece dicitur soter. Saluifico: idem quod saluo.

Salue verbū salutantis: hoc est saluus sis. Et habet tm̄ saluete: saluete & saluere: vt Iube Scipionē saluere id est saluta Scipionem. Uide in dictione Valeo.

Salutiger quo nomine vtitur Apul. videtur esse non q̄ dat salutem: sed qui nuntiat tanq̄ interpres & administer superioꝝ. Plau. in Aul. salutigerulos pueros.

Saluia heꝛba dicta: q̄ diuersos sanet moꝛbos. Ergę

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Elelisphacon dicitur. ¶ Prodest ¶ Paraliticis: ⁊ contra serpē tium morsus remedium exhibet.

Salpyga penul. pro. genus fornicarij venenatarum. Lu ca. lib. x. Quis calcare tuas metuat salpyga latebras? Li cero appellat eas solisugas.

Salgama pe. cor. appellabantur a priscis quęcūq; con ditanea ad victū nostrū in vasis seruabantur: vtputa pira: fici: vuę: rapę. Colu. Tępore nō alio vili q̄q; salgama mer ce. Inde salgamarij: qui salgama vendunt.

Sam veteres pro eam dixerunt. Et sas pro eas. Lc.

Samaria: ciuitas regalis in Israel: quę nūc Sebasten dicit ab Augusti nomine. Sed ⁊ omnis regio quę fuit cir ca eam: a ciuitate nomē accepit. Ea est palestinę inter Iu dęam ⁊ Galileā sita. ¶ Hinc Samaritani ⁊ Samaritę di cti sunt qui Samariam habitant. ¶ Hiero. ad Olga. ¶ Hosti li inter se Samaritani atq; Judęi discordant odio. Idem ibi. ¶ Non receperunt eam Samaritę.

Samara ꝓmontoriū in oceano ocidētali vbi deficit Lau

Samarobrinę fuerūt ppli in Gallia int Bel (casus. gas: vbi Cęsar Gallos pcilio induxit. ¶ Hāc Cameracēsem esse vbē nōnulli autumāt: quā Sabis fluuius interfluit.

Sambuca dictio barbara quo significatur quoddā in strumentū musici generis: vt est apud Danielē. Cū audie ritis sonum sambucę. ¶ Hiero. ad Barda. ostendit quomo do sambuca conficeretur. Est ⁊ genus machinę militaris qua vrbes expugnari consueuerūt: in qua sic funes inten debant: sicut in organo musico chordę.

Sambucistria: quę sambuca canit.

Samos altitudo ⁊ summitas interpretat. Et est nomen duarū insularū. Una est in mari Icario modica ⁊ Junoni dicatissima: q̄ in ea nata fuerit ⁊ educata: ⁊ Joui nupta, scri bit Ciar. Samon prius ¶ Parthenion nominatā: vbi antiq̄ simū fuit templū ⁊ simulacrū in habitu nubentis figuratū ⁊ sacra eius annuersaria nuptiaꝝ ritu celebrabant. A qua ⁊ Juno samia dicta est. In ea ¶ Pythagoras quoq; plus or tū habuit: necnon ⁊ vna ex sibyllis: quę exinde samia di cta est: quā ferūt de Christo ꝑdixisse. Tu eñ stulta Judea deū tuū non cognouisti ludentē mortalū mentibus: sed ⁊ spinis coronasti: horridūq; fel miscuisti. Fiebant etiā in ea vasa fictilia egregię ex creta fabricata: quę samia vocabā tur. Ferunt hanc insulā Thracię adiacere: quę postea ex cōmistis Thracię populis Samothracia appellabat. Cic. Threiciāq; Samū quę nunc Samothracia fertur. Altera ꝓ est Samos insula a ¶ Pli. collocata ꝓpe Ithacā apud Dulychiū. de qua videt Sueto. intelligere cū non multuꝝ distet ab Epiro: vbi de Aug. ait. Ab Actio cum in Samū insulā in Hyberna se recepisset. Same ꝓ vt inquit Ser. ciuitas Thracię est in Cephalea. Apud Strabonē tamen leginus samū ⁊ samen: Samū vbē esse: Samen ꝓ insu lam. Sunt qui scribāt Samothraciā insulā esse: quę pri⁹ Dardania vocabatur a Dardano: qui palladiū ¶ Diner uę secū eo ferēs cōfugisse traditur: post Samijs insula bel lo eiectis cum eo se in Thraciā ex Asia reciperent: inditus nomen: vt pro Dardania Samothracia vocaretur.

Samius a. um. quod e Samo est: vt homo Samius. Ve teres tamē quādoq; Samiū pro acuto ponebāt: ⁊ Sami are ꝑ acuere: ⁊ quasi samię testę acumē inducere.

Samia substātiuū vasa a Samo insula dicta: sicut ¶ Da iorica ab Hispania. Cice. lib. iij. ad Here. Nos Samijs de

Samnites penul. pro. populi in Samnio: (lectabimur. quod nūc Apruciū vocamus: regio Italię inter Picenum Cāpaniā: ⁊ Apuliā. Vrbes in ea sunt Adria: Aquila: Ami ternum: Sulmo: Ortona: Arpinū: Aquinū: Athina: Bene uentum: Corfiniū: vel Samnites dicti sunt a Samnio col le: in quo e Sabinis venētes cōsederūt: ⁊ eiusdem nomi nis oppidū edificauerūt. Quidā etiā Samnites ꝑ duplex nn scribūt. Hi quōdā apd Caudinas furculas Romanū exercitū pfligauerūt: qs postea L. Papyri⁹ sub iugū misit.

Sanniones a Sannijs dicūtur: qui sunt in dictis fatui ⁊ in moribus obscęni. Cice. lib. de ora. Quid porro tā ridi culum q̄ Sannio est: qui ore: vultu: imitandis moribus: voce: denique corpore ridetur ipso. Quidā tñ Sannione a sāna deductū nomen arbitrant: q̄ sit os distortū cū vultu.

Sansucus: herba quā nunc maiorānā appellāt: alioq; nomine amaracus dicitur.

Sancio is. ui. itū. vel sanxi sanctū significat aliquid san ctum vel consecratū facio sub sanguine hostię. Vnde san ctum authore Ser. dicitur quasi sanguine consecratū. Et sanctio vocat lex cuꝝ terrore pęnę. Aliquādo sancire est fir mare: munire: roborare. Teren. in ¶ Decy. Aliud si scirē qui firmare meā apud vos possem fidē sanctius q̄ iusiurādū id pollicerer tibi. Inde sanctio ⁊ sancta res dicit: id est res decreta ⁊ inuiolabilis. ¶ Martian⁹ ait sanctū ꝓpie dici qō ab iniuria hominū defensum atq; munitū est. Tractum a sanguinibus herbis: quę Legati populi Romani ferre so lebant: ne quis eos violaret. Virg. Vt sanctā filius omni Aspiciat fine labe domū vitioq; carentē. Vlpia. de verbo. signi. scribit sanctū esse quod nec sacꝝ nec ꝓphanū est: sed sanctione aliqua firmatū: vt sanctę leges: hoc est sanctione quadā subnixę. Alij dicūt sanctū esse religiosum ⁊ sacrum incorruptū. Virg. Sancta ad vos anima atq; istius inscia culpę Descendā. i. incorrupta. Idē. Tuq; o sanctissima cōiunx Felix morte tua: id est castissima. Vnde sanctus vir di citur integer moribus. Bona. Sanctū dicit quod omni ob seruatione inuiolatū est. Et ꝑm scripturarū sacraꝝ idioma Sanctū dicitur mundū: purificatū atq; expiatū. Vñ san cti dicunt fideliū filij: q̄ quasi candidati sint: ⁊ nullis idola trię sordibus polluātur. Vasa quoq; sancta in tabernacu lo legimus: ⁊ cętera quę ad ritū cerimoniarū ꝓtinent: cuꝝ vtiq; sancta esse nō possint: nisi ea quę sentiunt ⁊ venerant deū. Sic ⁊ Bersabee sanctificata scribitur ab immūditia sua: ⁊ ipsum templū Sanctuariū nominatur.

Sanctus a. um. participiū: a sancio. De quo mox. Cui⁹ diminutiuū formauit ¶ Hiero. contra Ruffi. cum inquit. Ti bi quasi religiosus ⁊ sanctulus personā humilitatis impo nis. Ab aduerbio sancte fit persancte: quod est valde firmi ter. ¶ Plau. Idq; persancte iurauit se facturū.

Sanctitas: sanctitudo ⁊ sanctimonia idē significant.

Sanctuariū sacer locus: templū: sacrariū. Sanctuariū quoq; siue sanctuaria. ¶ Pli. ¶ Dithridatis appellaunt: q̄ alio loco arcana: ⁊ ¶ Plutar ἀπόῤῥητα vocauit.

Sanctifico a sanctus: quasi sanctū facio. A quo sanctifi cato: sanctificatrix: sanctificatio. Lc.

Sanctimoniales dicūtur monachę. Augu. super ¶ Psal. Jubilate. Inueniēs sanctimoniales indisciplinatas: mūgd ideo sanctimoniū reprehendendum est.

Sanctimoniū vocatur sanctimonialiū pfessio.

Sandaliū calceoꝝ genus siue caligarū. Greci σανδάλια soleā dicunt. Teren. in ¶ Heau. Vtinā tibi cōmitigari vi deam sandalio caput. ¶ Hinc sandalarius Apollo dict⁹ est a vico: cuius meminit Gell. libro. xvij. In sandalario forte apud librarios fuimus.

Sandaliotis Sardinia insula denomīata est ab effigie sandalij: hoc est soleę: quā nōnulli Ichnusam vocant a si militudine vestigij: quod grece ἴχνος dicitur.

Sandastros: gēma est quā aliqua Baramātida vocāt. ¶ Habet velut in transtucido stellantes intus aureas guttas ⁊ fere Hyadū numero. Sandastē alij nominat. Nicander Sandaphorion. Alij Sandareson. Lc.

Sandaracha gen⁹ coloris qui inuenit in auraryis ⁊ ar gentaryis metallis: adulteratur ex ceruſa in fornace cocta. ¶ Hęc si torreat equa parte rubrica admista Sandycen ſa cit: q̄q; hanc herbā esse Virgi. scribat. ¶ Hoc nole aiūt qui dam significari Vernicē: cuius fumus ꝑ ceteris dolorē dē tiū leuare dicit: vt est apud Auicē. Greci σανδαραχήν dicūt.

Sandaracin⁹ color a Sandaraca. ¶ Heu⁹. Sandaraci

Sandix icis. penul. pro. si Vergilio ⁊ eius (no ore. Lc. interpti Seruio: necnō ⁊ quibusdā credit: masc. ge. herba est delicatę olfacturę: breui caule: ⁊ in alijs ſniculo simili⁹ Virgi. Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos. ¶ Hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Illaq; plebeio vel ſi ſandicis amictu. Huius herbę peculiaris laus inqt Pli. li. xxij. q; fatigato venere corpori ſuccurrit. Naſcit in inſula maris rubri. Eſt ꝛ ſandix genꝰ coloris ex ſandaracha ꝛ ceruſa factꝰ. A ſandix fit ſandicinꝰ a. ū. vt color ſandicinꝰ: q eſt flāmeus ex rubrica ꝛ ſandaraca factꝰ.

• Sanates populi qui ſupra infraq; Romā habitauerūt Qđ nomen ideo eſt inditū: quia cum deſeciſſent a Romanis: breui poſt in amicitiā quaſi ſanata mēte redierūt.

Sanus ꝓprie dicit integer ꝛ incorruptꝰ. A quo ſanitas incolumitas. Transfertur quoq; ad animū. Vnde dicimꝰ hominē ſana mente ſanoq; cōſilio. Ex quo inſanꝰ: demēs qui mentē non habet integrā. Et inſanta ſtultitia: quę ꝛ inſanitas dicit. Cice. Inſipientia quaſi inſanitas eadēq; demētia. Et inſanio pro deſipio. Interdū tamē ſanū dicit: qđ ſanitatem ꝓbet. Siquidem dicimus ſanū aerem: ꝛ ſanum cibum: quaſi ſalubrem ꝛ ſanitatem ꝓbentem.

Sano as. ſanū facio: redintegro: ꝛ incolumitati reſtituo Hic fiūt cōpoſita Cōſano: quod eſt ſimul vel omnes ſano Col. lib. v. Et ſic vitis laniata ſcabrataq; putreſcat humoribus: nec plagę conſanent. Reſano: rurſus ſano. Lactan. lib. v. Quibus poſtea eiectis oēs qui reſanati fuerint ad hęrent religioni. Et habent penultimā productam.

Saneſco: ſanus fio. Col. li. vij. Sed vulnera facta interdum ſaneſcunt. Huius cōpoſita ſunt Cōſaneſco ꝛ reſaneſco. Idem lib. v. Tum etiā vitem minus cicatricoſam reddit: quoniā id ex quo viride ꝛ tenerū decerptū eſt: celeriter conſaneſcit. Lactan. lib. v. Non modo vt ſuſceptis deorum cultibus reſaneſcant: ſed etiā vt pertinaci obſtinatione depoſita corporis cruciamenta deuitent.

Sane aduerbiū quādoq; affirmatiue ponit ꝓ eo quod eſt certe: vt Ita ſane Sane ꝙo. Quādoq; ꝑmiſſiue: quādo aliquid aduerſario tribuimus: vt Sit ſane vt vis: ꝓ eſto: vt vis. Cice. Quid eñ habet cōmodi? quid non potius laboris? Sed habeat ſane: hoc eſt in bona hora: aut ī dei nomine. Quintilia. Tulerit ſane filius noſter merito pœnas: dederit ſpiritū ſupplicio: nihil de ꝓteritis loquimur. q. d. Eſto ita: ſit vt tu vis. Quādoq; ponit ꝓ valide: qñ qui ſanus eſt: validus eſt. Sue. Bellū ſane difficile geſſit. Jungit nōnunq; cum ꝛ: affirmatiuaq; eſt. Quintil. Et ſane qs cōcipiat vel declamantis habitū vel oratis vocē: inceſſum ꝓnunciationē: illum deniq; animi ꝛ corporis motū. Jtez cum q̄. Gel. ſane q̄ vtile eſt.

Sanies ſanguis corruptus: quod quidā a Tabo ſic diſtinguūt: vt illud de mortuo: hoc de viuo dicat. Virgil. Et ſanie taboq; fluentis.

Sāgenos gēma eſt: quā ꝛ Pęderoten vocamus. Lc.

Sanguis qđ ꝛ ſanguen neutro gñe ab antigs dicebat. Lucre. Viſceribus viſcus gigni: ſanguēq; creari. Dicit aūt ſanguis q eſt intra venas: cruor fuſus ſiue ſanēs. Ponitur interdū ꝓ genere. Virg. Troiano a ſanguine duci Audierat. Quo ad ꝑmū ſignificatū fit cōpoſitū exanguis. Quoad ſecundū fit conſanguineꝰ: licet ſanguineus aliud ſignificet.

Sanguen modo ſangnis dicitur: modo arboris: cuiꝰ cortex ad ſanguinis ſimilitudinem rubet. A quo ſanguineus ſanguinea ſanguineū: vt virga ſanguinea.

Sanguineus a. um. Modo ad corpꝰ refert: ꝛ ſignificat plenū ſanguine. Modo ad animū: ꝛ ſignificat crudelē cruentoq;. Apul. Immani ac ſanguinea voce perterruit. Mō ad arborē: ꝛ ſignificat quod eſt ex arbore: q; ſanguē appellatur. Pli. Si qs duas virgas ſanguineas manu retulerit.

Sanguinolentus: idem quod ſanguineus. Var. Jtaq; ꝓ prēter amorem imperij magiſtratus gradatim ſeditionibus ſanguinolentis vrbem perturbauere.

Sanguinarius: ſeuus ꝛ crudelis. Cicero. Jtaq; grauem illam ac ſanguinariā vocem audiuimus: ſic ſanguinarius homo dicit a Seneca: q gaudet hūano ſanguīe ꝛ crudeli.

Sanguinaria herba dicta eſt: quia ſuccꝰ eiꝰ infuſus naribus ſupprimit ſanguinē. Col. lib. viij. Eſt etiā grauis pernities herbę ſanguinarię: quā ſi paſta eſt ouis: toto ventre diſtenditur contrahiturq; ꝛ ſpumā quandā tenuem tetri odoris exprit. Greci eā polygonon vocant.

Sanguinare eſt ſanguine manare. Quintilia. in Decla. Tunc repetitis ſanguinauere planctibus iam conualeſcentes lęcerti. Et itez. Mulier quę ſanguinantes ad iudicem

Sanguiſuga penul. pro. vermis qui (porrigit lacertos, ꝛ Hirudo dicitur ꝛ ſanguiſugia.

Sanguiculus ſanguis hędi ſiue ſuis in cibum formatus Plini. Vtunt ad vtrūq; vitiū: ꝛ coagulo hędi in vino myrteo magnitudine fabę poto: ꝛ ſanguine eiuſdem in cibum formato: quem ſanguiculū vocant.

Sanga Lantabror fluuius.

Sanga prēterea eſt ſerui nomen apud Terē. in Eu. Lc.

Sangaris fluuius Gallogrecię qui per Phrygiam defluens: tandem in propontidem influit.

bus ſernis cuiuſdã viri græci alter ficus q̃ domi paratę erãt abſumpſit: alter qs pr̃oſus exediſſet ignorabat. Quę renti eas dño a fonte inſons accuſatus eſt. Verus vtriq; calidã aquã pr̃ebuit: ſolus qui deliquerat euomuit: ex q̃ natũ eſt id nomen ſycophãta: id eſt calumniator: quia in fontem falſo crimine calumniabatur. Sycophantia mẽdaciũ: calumnia: atq; fallacia. Plau. p fallaciã quã amabam abduxit: a lenone mulierẽ: neq; puduit id ętatis ſycophãtias ſtruere. Sycophãtiſſo as. ſycophãtias ſtruo.

Sycoſis: morbus quẽ nos ficũ ſiue Mariſcã appellamus.

Syene: vrbs in cõfinibus ęthiopię: atq; egypti (mus. ſupra Alexandriã verſus meridiẽ: quiq; milibus ſtadijs ſub tropico cancri directe locata. Vnde ſole exiſtente in cancro medio ſolſticij die ſupra verticẽ ciuitatis cadens: nullam proſus in ea vmbram facit: vt inquit Pli. lib. ij. Lucil. lib. ij. Umbras nuſq; flectente ſyene.

Sygeũ promontoriũ Troię: ſic dictũ ppter Herculis taciturnitatẽ: qui phibitus hoſpitio ſimulauit abſceſſum: & inde cõtra Troiam per ſilentiũ venit: quod συγὴ dicit.

Syla per ſimplex l. mons Lucanię: & ſylua in illo: ſic dicta quaſi σύρω .i. tracta: hoc eſt latronibus frequẽtata: vt Sal. de fugitiuis. In ſylua inquit: ſyla fuerunt.

Sylla: cũ duplicato. ll. fuit romanus nobilis ex antiq̃ Scipionũ familia. Hic cathenas Jugurthę manib⁹ imiecit. Mithridatẽ compeſcuit. Socialis belli luctus repſſit. Cinnę dñationem fregit: & Mariũ proſcripſit. Fuit literis grę cis & latinis doctiſſimus: facũdus: acer ato: grãdis: ita vt dicat Sal. Dubitari potuit fortio: an felicio: eſſet. Mã felix eo dici voluit: q̃ de inimicis Marianis feliciter vltus fuit. Inde dictator factus remp. ſuppſſit: vt nemo illo inuito nec bona: nec patriã: nec vitã retinere poſſet. Tandẽ pediculari morbo interijt. Scylla vero per c. aliud ſignificat: de quo loco ſuo. Sed nota: q̃ ratio militat cõtra vſum iſtius chalcographię: quia p iota ſcribi oportet ſilla: quaſi ſibylla: ſed corrupto nomine ponit ſilla.

Syllaba eſt comprehenſio literarũ: vel vnius vocalis enũtiatio temporum capax: quia omnis ſyllaba aut brevis eſt: & vnũ tempus recipit: quod athomũ metrici vocant: vt pater: aut longa: & duo recipit tẽpora: vt mater. Nam ma. longitudine ſui circũflexus tantum temporis bis occupat: quantũ occupat pa. ſemel: cũ acute dicitur pater. Dicta eſt autem ſyllaba ab συμβάλλω: quod eſt comprehendo: vel a σὺν ſimul. λαμβάνω capio: proprie enũ illa eſt ſyllaba quę ex pluribus conſtat: vt ſtirps. Quę autem de vna vocali perficitur: abuſiue ſyllaba vocat: & vnigramma appellatur. Alię dicuntur bigrammę: vt ne: vſq; ad hexagrammam: vt ſtirps. Accidunt ſyllabę quatuor: tenor: ſpiritus: tempus & numerus literarũ. Tenores tres ſunt: Acutus: grauis & circũflexus. Spiritus duo: aſper: & lenis. Tempora tria: breue: longum: & commune. Numerus: quia conſtare poteſt ex ſex literis.

Syllabatim aduerbiũ: ſignificat per ſyllabas. Aug. li. x. de. ciui. dei. Et ſyllabatim per tranſitorias temporum moculas humanę linguę vocibus loqueretur.

Syllepſis: dici poteſt conceptio. ab σὺν con. λῆψις acceptio: quę fit cũ pluralis dictio ſingulari verbo completur. Turgilius. Socijs & rege recepto. Aut ſingularis plurali verbo connectit: vt Sunt nobis mitia poma: Caſtanę molles: & preſſi copia lactis. Aut cũ pro multis vnus ponitur: vt Armato milite complẽt. Item pro vno multi: vt Vos o Calliope preco: aſpirate canenti. Rectius enim dixiſſet. O vos muſę.

Syllogiſmus: cõputatio: pẽſatio: ab σὺν καὶ λέγομαι quod eſt cõputo: Cõcludo: vel ab λογίζομαι: ratiocinor.

Syloſon fuit: teſte Hieron. Samiorum tyrannus.

Symmachus pe. cor. proprium nomen quod ſignificat cõcertatorẽ: auxiliariũ: & ſociũ in bello proprie. Symmachia auxilium: concertatio: ſocietas. σὺμ. ſimul. μάχομαι bellator ſum: pugno.

Symballota: ſunt coacti p ſe velleris implexu: potius q̃ textu condita ἀπὸ τοῦ συμβάλλω.

Symbebicota dicũt accidẽtia. Symbebicos accidẽs. ὅτι συμβάννω ξύμα ἔνθεν μετυχὴ γίνεται ἀλόγως λατίνοι τοσοῦτον ἀέχοιται Jd eſt ςυμβαίνω verbũ vnde p ticipiũ ſymbebicos ab re latini tantum capiunt.

Symbole. latine commiſſura.

Symbolus pe. cor. anulus dicit⁹ eſt cũ ſit nota & ſignũ. Juſti. li. ij. poſuit ſymbolos p literis. Sollicitare inq; eos in partes ſuas ſtatuit: & cũ colloquẽdi copiã non haberet: q̃ applicaturi erãt ſymbolos pponi: & ſaxis pſcribi

Symbolum pe. cor. & indicium dici poteſt & (curat. collatio: ab συμβάλλω. confero: hoc eſt quod plures cõferunt in vnũ: ita vt cęna illa dicatur collatio in quam comparandã plures aliquid contulerunt. Terentius in and. Symbolum dedit. Eam parabolis. Moli eſſe in cõuiuijs potatorum: nec in comeſſationibus eorũ qui cãrnes ad veſcendũ conſerũt: quia vacantes potibus & dantes ſymbola conſumentur. Jd enim fecerunt apoſtoli in vnũ conferendo: quod vnuſquiſq; de deo ſenſit. Indiciũ aũt vel ſignũ idcirco dicitur: quia in illo tempore ex circũeuntibus iudęis ſimulabant: ſe eſſe apoſtolos Chriſti: & lucri alicuius vel ventris gratia ad prędicandũ proſiciſcebant: nominantes quidẽ Chriſtum: ſed nõ integris traditionum lineis nuntiantes. Idcirco iſtud indicium poſuerunt per quod agnoſceretur: is qui Chriſtũ vere ſecundũ apoſtolicas regulas prędicaret. Denicq; & in bellis ciuilibus hoc obſeruari ferunt: quoniã & armorũ habitus par: & ſonus vocis idẽ: & mos vnus eſt: atq; eadem inſtituta belladi: ne qua doli ſurreptio fiat: ſymbola diſtincta vnuſquiſq; dux ſuis militibus tradit: quę latine ſigna: vel indicia nuncupant: vt ſi forte occurrerit quis de quo dubitetur: ſymbolũ prodat: ſi ſit hoſtis vel ſocius. Auguſtinus lib. v. contra hęreſes ſymbolon interpretatur conſilium: vel cõſiliarius. Jul. Pollux dicit ſymbolum paruum numiſma eſſe. Ariſtoteles originem: id eſt Etymologiã vocabulorum ſymbolũ appellat: per quã vis verbi vel nominis per interpretationẽ cognoſcit. Alij ſimilitudinem interpretantur.

Syma: vrbs fuit in aſia: quin & pro monte iuxta pontum poſuit Orpheus in argonautica.

Syme: inſula quę prius Aegla vocabat: atq; metapontus. a Syma Jabyſi filia ſic appellata.

Symeon nomen viri proprium fuit.

Symmetria dici poteſt commenſuratio. Symmetri/os cõmenſuratiuus: moderatus.

Sympho: ſonitus quidam cũ conſonantia.

Symphonia apud latinos penultima correpta σύμ καὶ φωνέω Ὁ φωνὴ φθέγγομαι ἡ φθόγγος παρὰ τὰι .i. a σύμ quod eſt con. & φωνέω dico. & φωνὴ vox vt φθέγγομαι .i. loquor: fit. φθόγγος .i. ſonus latine conſonantia & muſicus concentus. Muſici ſymphonias multas habent: quę & harmonię dicuntur: ſed illam clariſſimam quę appellatur Diateſſeron: & altera quę dicitur Diapente. Harmoniam vero Diapaſon vocant: hoc eſt vniuerſalitatem concentus: quę ex ſeptem tonis conficitur. Hieronymus vero ad Dama: ſic habet. Symphonia non eſt genus organi: vt male quidam latinis deputant: cum ſit chorus in laude dei concinens: & hoc vocabulo ſignificetur: Symphonia quippe in latinũ cõſonãtia exprimit. Symphonon conſonans pactũ. Sympho neo: cõuenio: pactum facio: cõſentio: concino. Inde ſymphoniaci pueri a Ciceronę dicti ſunt: qui ad modulationes muſicas concentuſq; conficiendos comparãtur.

Symphoneſis: paſſio q̃ metris accidit: cũ duę ſcilicet ſyllabę ſcandendo in vnã coeunt: hoc aũt fit cũ in diuerſis dictionibus vna parte orationis vocali: vel in litera terminata: ſequẽs item a vocali incipit. vt Atq; iterũ ad Troiam magnus mittet Achilles. Fit etiam ſymphoneſis in eadẽ dictione quatuor modis. Vel cũ duę ſyllabę longę p vna longa ponũtur: vt Vnius ob noxam & fu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rias Thracis olei. Vel cū duę breues ꝑ vna breui: vt Cor
nua velatarū obuertimus antemnarū. Vel cū longa ⁊ bre
uis ꝑ vna longa: vt Fixerat aeripedem ceruā. Vel cū
breuis ⁊ longa pro vna longa: vt Dependent lychni la/
quearibus aureis. Nec etiam Synalęphe dicitur.

Sympathia: latine cōpassio dici potest. Hippocrates
scribit oculos cū vulua sympathiam quandam habere.

Symplator: amicus sponsi: qui cū eo ꝑ conuiuia am/

Symplega: videtur esse opus in quo luctan/ (bulat.

tes ⁊ omnino concertatores spectantur.

Symplegades: penultima producta: insulę duę siue
duo scopuli in bosphoro: dictę q inter se aliquando cō/
curriſſe fabulis tradunt. Id autem fictū idcirco est: quo/
niam paruo discretę intervallo: ex aduerso intrantibus
geminę cernebantur: paulocp deflexa acie coeuntiū spe/
ciem prębebant. Nille quingentis passibus ab Europa
distantes: Cyaneę ab alijs dictę. Ouidius. Comprensos
vtinam symplegades eliisissent.

Symplegma: symplegmatis: latine complexus: cōcur
sus dicitur.

Sympsalma dicit vocū in cantando copulatio. Dia/
psalma disiunctio earum: vbi quędam requies distinctę
continuationis ostenditur. Psalma quod psallitur.

Symplones dicebantur conuiuę.

Symposium cōpotatio: cōuiuiū. Unde Symposiar/
chen: ⁊ Archiposian conuiuij prępositū: seu prięfectū dici
mus. Symposiastes cōuiuator. Sympotin cōpotorem.
grece συμπότην. ⁊ Sympotria compotrix.

Symathites latine cōdiscipul⁹ dicit. (serua vocatur.

Symphirium: herba quę latine Coagulum siue Cō

Sympinium: vas vinarium nō dissimile cyatho: quo
in sacrificijs vtebantur: ex σύμ quod est con: ⁊ πίνω bibo
Iuuenalis. Et quis tūc hoim contępto: numinis: aut qs
Sympiniū ridere Numę: nigrumcp catinū. Varro lati/
num facit. Ait enim. Ut vinum minutatim funderetur a
guttis guttum appellarūt: quod sumebant minutatim a
sumendo sumpinium appellarunt. Aliquando etiā sym
puniū mutata i in u dicit. Alij sympuium legunt.

Sympudearia a veteribus funera dicebātur quibus
ludos adhibebant quasi simul pudenda. Cc.

Syn prępositio greca: quę in compositione significat
simul: quemadmodum apud nos con.

Synagoga: coadunatio: congregatio: vel contractio.
Ex σύμ simul & ἄγω duco. Et ꝑ rei: ⁊ ꝑ loco capitur: ⁊
habet penultimam longam: quoniam est ω.

Synnada: ciuitas, Asiatica ad Carię fines. De hac
Stra. li. xij. sic scribit. Synnada vrbs nō magna añ quā
planicies iacet oleis consita. lx. fere stadiorū. Ulterius est
Dorci vicus ⁊ synnadici lapidis fodina. (Sic eñ eū ro/
mani appellant) Indigenę vero docimitē ⁊ docimeam
Uena in initio paruas glebas emittebat: nūc ꝑpter ma
ximos romanorū sumptus columnę integrę: ⁊ ingentes
extrahuntur: ⁊ varietate Alabastritę lapidi proxmę. Di
citur ⁊ Synna synnadis: vt apud Sidonium.

Syngresis contractio: figura qua plura per vnū con
iunguntur. ex σύμ τάξεσις diuisio: quasi diuisorum con
iunctio: vt bigę pro biugę.

Synalęphe: dici potest compressio. Ęsura est cum de
fine dictionis vocalis abijcitur sequente dictione incipi/
ente a vocali: vt semp ego audito: tantū. Ex σύμ. ⁊ ἄλλοι

Synnāche: angina: morb⁹ q spiritū suffocat (φή psilo.
ἄγχω affligo: Ex σύμ ⁊ ango.

Synathręsmus: figura q ⁊ singulis verbis ⁊ plurium
verborum cōiunctione fieri potest. Singulis hoc modo:
sed cum ad supplicium sumendum se confirmaret mul/
ta simul eū revocabant officia: consuetudo: tempus: exi/
stimatio: periculū: religio. Plurium verborum coniun
ctione sic. Nemo enim nocens sine summo męrore est iu
dices: sed multa simul eum perturbant: quod adest fol/
licitudinis plenū: quod futurum est formidolosum: lex
paratū suppliciū ostentans: vitia ex vitijs coacta: occasi/
onem arguendi maleficij captans inimicus: quę quotti/
die eius animum vehementer excruciant.

Syncaceosis: figura q docet diuersas res coniungere
⁊ communi opinioni cum ratione aduersari. vt Nec ho
minis auari: atcp asoti vnū: atcp idem vitium est. Uterp
enī nescit vti: atcp vtricp pecunia dedecori est: quare me/
rito vtricp pari pęna afficiunt quos pariter non decet

Syncatatesis latine assensio: approbatio. Ut (habere.
de in dictione Assensio. (tica: consignificativa.

Syncathegorema: cōsignificans. Syncathegorema/

Syncerus. ra. rū. ꝑprie dicit quod est integrū. Tractū
ab eo: q qui diuidere fructū cōmunem alueorū cū socio
volūt simul cū cęra mel partiunt. Qui si mel tantū sine cę
ra consignent: fraudāt socij: nec agūt integre. Syncerū
itacp quasi simul cum cęra. Alij putant syncerum a carie
deduci: quasi sine carie id est corruptione. Unde ⁊ ꝑ pu
ro incorrupto ⁊ immaculato ponit. Hor. Syncerū est nisi
vas qdcūcp infundis acescit. Huic contrarium est insyncę/
rus ꝑ vitiato ⁊ corrupto. Uir: Insyncerus apes tulit cru

Syncraſtus: antiquum vocabulū grecum: quo (or.
significatur medulla.

Synchysis: cōfusio. Est enī vt scribit Don. hyperbaton
vndicp cōfusū: vt illud Virgilianū. Tris notus abreptas
in saxa latentia torquet: Saxa vocant Itali medijs quę
in fluctibus aras χύσις enī fusio dicit. σύχέω confundo.

Synciput quasi semicaput: inquit Phocas grāmati/
cus: significatcp partem porcini capitis conditam: ⁊ ad
edendum paratam. Nam inter edulia annumerat. Pli.
libro. viij. Interdicta quocp cęnis abdomina glandia te
sticuli vulvę synciputia verrina. Hieron. contra Joui.

Comę in occipitiū frontęcp tornant. Et est synciput an
terior: pars capitis aures temporacp cōplectens. Comu/
tus i Persiū. Synciput anterior: occipitiū dicit posterior
pars capitis. Apollinaris ad Valeriū Maioranū. Partę
cp cerebri. Hic galeę cum parte rapit: fortiq lacerto Dil
ijcit ancipiti miserabile synciput ense. Plan. in Mene. p
tē. p toto posuit: ac de hoie: quod est cōtra Geor: giū me/
rulā: qui negat inueniri synciput ꝑ anteriori capitis par
te Ait enim. Non est tibi sanum synciput adolescens.

Syncopa: concisio κόπτω incido. Figura cū litera vel
syllaba de medio dictionis abscindit: vt Cōpostus: pcō

Synchronos: cōtemporaneus: Unde scribit (positus.
Hie. Oseen ꝓphetam fuisse synchronon. Esaię. Et Var.
ait. non esse dubiū quin aliquo tempore eodem vixerint
Homerus ⁊ Hesiodus: eosdcp synchronos fuisse testat.

Syndicus: latine cōmunis vel defenso:

Syndinum dicitur latine Concenatio.

Synechon: dici potest Continēs. Nam componitur
ex σύμ quod est simul & ἔχω habeo.

Synecdoche: conceptio dicit: cū a parte totū: vel a to
to pars intelligit: vt puppis ꝑ nauī: ⁊ annus ꝑ hyeme: vt
apud Virgiliū. Quā multę glomerantur aues: vbi frigi
dus annus transpontū fugat: id est frigida hyems.

Synephites gemma est: quę & Leucogra dicit. Cc.

Synephębi pe. ꝑ. dicunt adolescentes simul pubescē/
tes. Quod nomen inditum est Comędię Statij Cecilij.
vt est apud Ciceronem libro tuscu. quęstionum.

Synesius: nomen viri ꝓprium: deductum a σύνεσις q
est conscientia.

Syngrapha syngraphus ⁊ syngraphū: scriptura: sive
schedula: quę sit propria manu eorum: qui paciscuntur
in alicuius rei fidem. Plautus in Asi. Age istum ostende
quem conscripsi syngraphum inter me ⁊ amicum: ⁊ le/
nam. Cice. Treba. Tanęcp enim syngrapham ad impa/
torē attulisses non epistolam: sic pecunia ablata domū
redire prępara bas. Suetonius. Cuius parti nō dubita/
uit a quibusdam iusiurandum: atcp etiā syngraphā exi
gere. Dicta syngrapha ἀπὸ τοῦ σύμ. simul. καὶ γράφω
scribo: q simul scriptum sit a pluribus: q propria ma/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nu eorũ qui conuenient scripta sit.

Synochytides gẽma qua euocari dicunt in necromantia umbras inferorum. Lc.

Synodus pe. cor. ex σύν τ ὁδός via: q̃si cõuẽtus sit vel cętus: genę. ſg. est. Et synodus synoduntis piscis genꝰ putaꝫ.

Synodõtes gẽma ex cerebro pisc̃ q synodõtes appel

Synodicus. a. um. qđ ad synodũ pertinet. Hiero. (laꝫ. Ante annos plurimos cum iuuarem Damasum Romanę urbis episcopũ: τ orientis atq; occidentis synodicis cõsultationibus responderem.

Synęcesis dici potest cohabitatio: τ scribit cum ę diphthongo. Synęcus: cohabitator: contubernalis.

Synonia insula est ultra tyberina ostia. Lc.

Synonyma dicunt q̃ sub diuersis vocibꝰ idẽ significant vt ensis mucro gladius. Eadẽ dicunt Polyonyma. Uerũ aliter traditũ est in dictiõe Homonyma. Est τ synonyma figura q̃ cõmunio nois interptaꝫ. Utimur autẽ eo genere elocutionis quoties uno verbo non satis videmur dignitatẽ aut magnitudinẽ rei demõstrare. Ideoq; in eãdẽ significationẽ plura cõferunt: vt si dicamus Prostrauit: affixit

Synopis rubricę species primũ in põto inuẽ (perculit. ta: a qua nomen habet synope: bs. Lc.

Syntagma syntagmatis: tractus: ordinatio rerũ: constitutio: documentũ. ab σύν τ τάγμα ordo vel ordinatio. Hiero. in psa. pentat. Et multa alia quę propriũ syntagma desyderant: id est tractũ: vt ipsemet cõtra Ruf. exponit. Et libro de viris illu. Scripsit de ogdoade egregiũ σύνταγμα id est documentum seu tractum.

Syntaxis: dici potest constructio τ series. τάξις enim series τ ordo dicitur.

Syntecxis latine defectio dr. Pli. Tali sorbitionis genere emẽdant syntecxes. i. defectões ex lõgis morbis sumptę. Hęc autẽ emẽdatio ppie recreatio τ restauratio dicitur. Idẽ. Aqua mulsa pclarã vtilitatẽ habet viribꝰ recreãdis. Inde Syntectici dicti sunt. Idẽ. Pręcordioꝝ vitiũ syntectici: comitialibus: laser cum vino in aqua mulsa daꝫ.

Synthesis pe. cor. latine cõpositio dicit. Figura cũ singulare nomẽ multitudinẽ significãs verbo pluralis numeri iungit: vt pars in frusta secant. Est etiã synthesis genus vestis breuis τ negotijs aptę. Hac Romani peculiariter in saturnalibus utebant. Illis enim diebus omnes exuebãt togã τ synthesin induebant. Dicta synthesis ab eo q̃ cõsuta contextaq; esset cõpositiõe quadã versicoloꝝ. Hinc synthesiatus qui synthesi indutus est. De hac veste Mar. De nostra prasina synthesis empta toga. Item synthesis est genꝰ vasis fictilis ex diuersis vasis cõpositi. Papi. lib. iiij. sylua rum. Tunã mittere synthesin quid horres albozũ calicum: atq; cacaboꝝ? Pręterea synthesis generali vocabulo grę co cõpositio dicit. Serenus. Utilem deprendit in illis synthesin: τ vulgata satis medicamina rixit. Idem. Synthesis hęc prodest vnda mollita calent. Inde Asyntheta cristalla Plinius vocat quę sunt pura τ sine vitio.

Synthema synthematis compositũ constitutũ: τ signũ quod datur militibus. Hieroñ. ad Julianũ. Jam dimisso synthemate equus publicus sternebatur.

Syntęresis penul. breui dici potest attẽtio seu conseruatio. Nam. ab συντηρέω: quod conseruo: deriuat. Et ea pars animę est quę vitijs aduersat: τ sese semp immaculatã cupit a peccato seruare: τ perpetrata mala continuo arguit: quã corrupte theologi nostri tẽporis synderesin dicũt.

Syphax fuit Numidarũ rex: cuiꝰ Liui. sępe meminit.

Syphariũ: velũ fuit inqt Probꝰ: sub quo latebãt paradoxi: cũ in scenã pdibant: aut hostiũ mimi. Alij dicũt esse omne quod ante cantantẽ mimũ pmiũ suspendit. Iuue. Consumptis vocem damasippe locasti syphario.

Syracusę: ciuitas Sicilię sub Pachino monte sita: vbi fons Arethusę. Cice. lib. vj. ver. scribit syracusas vrbẽ esse maximã grecarũ vrbiũ pulcherrimãq; quę ex quatuor: q̃ si vribus maximis cõstare videbaꝫ: quarũ vna insula nominatur. Altera Achradina: tertia Tyche. quarta Neapolis. Syracusani multos claros principes habuerũt: sed pcipue clarissimũ Dionysiũ seniorẽ: qui cũ apud filiũ Dionysium vidisset ingentẽ vasorũ aureorum argenteorũq; copiam exclamans inquit. In te affectus regius non est qui ex tanta poculoꝝ vi amicũ neminẽ tibi conciliasti. Ambo tamen Dionysij philosophi fuere: amboq; Platonẽ audiuerunt. Ex Syracusis fuit Archimedes mathematicus τ theocritus poeta bucolici carminis scriptor: quem Virgilius imitatus est. Solinus in Polyhistore scribit in Sicilia primũ comędiam inuentam fuisse.

Syria: regio Asię quę ab oriẽte fluuio Euphrate: ab occidente nostro mari τ Ægypto terminaꝫ. A septentrione habet Liciã τ partẽ Cappadocię. A meridie Arabiam. Cuius insignes ciuitates: vt lib. v. refert. Ptole. sunt: Laodicea: Hierapolis: Antiochia: Apamia: Palmira: Delphos: Ptolemaida: Sydon: Tyrus: Beritꝰ: Botris: Tripotis: Byblus: Seleucia: Cęsarea: τ Damascus. Montes clari: Carmelus: Casius: Libanus. Fluuij: Euphrates: Crisoras: Singas. Regiões: Phęnicia: Palęstina: Judęa Idumęa: Comagena: τ Samaria. Hęc regio in medio orbis constituta est: quo fit vt nec frigore nimio rigeat: nec calore torreaꝫ. Sũt qui quadripertitã faciũt diuisionẽ: in Syrios: Assyrios: Leucosyrios τ Cęlosyrios. Pli. duplicem facit. Unam Palęstinã. Alteram Antiochiã. Huius nominis Syria prima coripitur.

Syracũ Raphani species rapi fere figura suauissima τ tenerrima: a cuiꝰ similitudine pira Syriaca dicunt: q̃ co

Syrꝰ. a. um. τ Syrꝰ ia. ium. quod ex (roela dicunt. Lc. Syria est. Unde Syri τ syrij qui ex Syria sunt. Suidas. σύροι πρὸς φοίνικας ἑκάτερα τὰ ἔθνη Δία βέβληται παιδία id est Syri apud Phœnices singulę nationes crimine uacẽt

Syrissus. a. um. idẽ quod syrus. Uir (suntur: vt astutęgi. Copa syrissa caput graia redimita mitella.

Syrus: insula Jonica τ Asię apposita: cuius prima producitur: A qua Pherecides syrius ortũ habuit: non a Syria regione. Scyros ño Thracię adscripta est: vt Strabo τ Pli. testantur longe a Rhodo.

Syrisca: a syrius fit: sicut Cilisca a cilix.

Syrophœnix ora maritima Syrię circa Euphratẽ: cuius pars Idumęa τ Judęa.

Syricũ colorꝰ ficti ex sinopide τ sandyce mixtis: quo minũ adulteraꝫ. Pli. li. xxxiij. Sublimi autẽ syrico minũ cõpẽdij ratio demõstrat. Scyricũ ño silaceꝰ siue cęruleꝰ co

Syrinx gis. τ syringa gę. a nostris fistula transfertur. Instrumentũ musicũ: quo ore modulamur. Fuit em nympha quędã in cannã cõuersa. De qua Ouid. lib. j. metamorphoseos. Hanc vna fuit: nymphę syringa vocabant.

Syringites gemma quę stipulę internodio similis est ac perpetua fistula canatur. Lc.

Syrictę dictę sunt siue a foraminibꝰ τ fistulis: quas nasi loco pręferũt: siue a fistulis τ calamis auenaꝝ.

Syrmęa: genus raphani: vt Pli. interpretaꝫ.

Syrma syrmatis τ syrma mę. genus vestis Tragicoꝝ vel cauda siue tractus vestis fęminarũ. Mar. Aptasti longum tu quoq; syrma tibi. Sene. de Baccho q̃ habitu mulieb̃ nõnunq̃ se ornabat. Auro decorũ syrma barbaricũ. Sumitur interdũ p longa tragicę orationis serie: tenoreq; suũ vsq; in vltimũ protrahente ab σύρω traho.

Syrupus: succus qui trahit ab σύρω traho τc.

Syrtes sunt loca circa fines Aphricę Ægyptũ versus periculosissima ab σύρω trahere. Est em inęqualitas maris τ terrę magna: τ in vno loco profundissima: in alio ño satis vadosa. Spirantęq; vento cumulus arenę qui supra mare fierat in pfundissimas residet valles. Et qui deprimebatur: mox super aquas egerit. Et sunt duę pares natura: impares magnitudine: quę dicunt maiores τ minores: τ spacio passuũ ducentoꝝ quinquaginta miliũ separãtur. Minor a Carthagine trecentis milibus passuũ distat τ totidem ambitus. Maior quadringentis viginti quinq; milibus passuũ. Ser. ño vbicũq; sunt arenosa loca in ma

T

ri:syrtes asserit vocari:hoc nomẽ etiã declinaꝝ hẽ syrtis ⁊ has syrtis:vt inquit Priscia. Virgi. lib. x. In syrtis in saxa volans vos Turnus adoro.

Systole dici potest correptio. Figura est cũ longa sylla/ba contra eius naturã corripit:vt apud Virgi. Connubio iungã stabili propriãq; dicabo:vbi nu bẽtẽ posuit quẽ natura liter longa est. Mã alio loco longã posuit. Hectoris andromache pyrrhi cõnubia seruas.

Sytropes pedis. ⁊ Citropes genus vasis fictilis cũ tri/
Sygyę nerui sunt a cerebro ad oculos: (bus pedibus sedis qui a dextra incipit:tendit ad sinistrũ:is ꝙ q a sinistra tẽdit ad dextr̃ oculũ:adeo vt se iũgãt ad silitudinẽ crucis. Cũ syfygias dictos putãt συζυγία em̃ cõiugiũ dicitur.

T Litera muta est:⁊ apud vetustissimos in aliquibus dictiõibus scribebaꝝ:in quibus nũc s scribimus. Mam mertare ⁊ pultare antiqui dicebant:nos mersare ⁊ pulsare dicimus. Mutatur nõnunq; t in s ⁊ in x:vt verto versus:mitto missus:flecto flexui:pecto pexui.

T ante A

Tabanus:animal paruũ volatile. Alio nomine asilus:⁊ Oestrus græce dicitur.

Tabula a quo per diminutionẽ fit tabella. Sunt autẽ tabulę siue tabellę testamẽta vel publicę scripturę ex qua/cũq; materia:q̃ initio ceratis tabulis scribi consueuerant. Vnde Cice. Terentię tabulã p lege posuisse videt:cũ ait. Quemadmodũ a vesta ad tabulã valeriã ducta esses. Et tabula dicebaꝝ:in quã mittebãt tesseras:q̃ historia ⁊ quandoq; latruncularia ⁊ pyrgus siue alueus alueolusvẽ dicebatur. Tabulę nouę appellant quãdo debitores creditas pecunias cum vsuris persoluere nõ coguñ ipsis creditoribus:⁊ abolitis prioribus debitis nouę tabulę conficiũtur. Cice. lib. ij. offi. Tabulę nouę quid habẽt argumẽti nisi:vt emas mea pecunia fundũ:⁊ eũ tu habeas:ego nõ habeaꝝ pecuniã. Sallu. Tunc Catilina polliceri cepit tabulas nouas:proscriptionem locupletium.

Tabulari⁹:ratiocinato⁹:supputato⁹. Phillacista qui in tabula noia ⁊ rationes observat. Sidonius ad Petroniũ. Sed ⁊ ille suscipiebat hũc grãditer:habẽs in eo cõsiliariũ in iudicijs:vicariũ in ecclesijs:procuratorẽ in negotijs:villicuꝝ in pdijs:tabulariũ in tribunis:i lectiõibus comitẽ in expositionibus interpretẽ:in itineribus cõtubernalẽ.

Tabelliones qui ⁊ libelliones appellati sunt qui tabulas:h̃ est testamẽta ⁊ publicas scripturas cõficiũt. Mã nũc notarij dicuñ barbare:q̃ tamẽ aliud sunt:vt q notarẽt in
Tabellarius:qui tabellas.i. literas defert. Hic (senatu. ro. ad Miciã. Rudes illi Italię homines quos Cascos Ennius appellat:qui sibi vt in rhetoricis Cicero ait: victu ferino victũ requirebãt ante earthę ⁊ membranaꝝ vsum aut i dolatis ex ligno codicillis:aut in corticibus arborũ mutua epistolaꝝ alloquia missitabãt. Cũ ⁊ portitores eaꝝ tabellarios:⁊ scriptores a libris arborũ librarios vocauere.

Tabor:mons in medio Galilee rotundus ac sublimis.

Tabularia:Seruio authore:loca sunt in qb⁹ tabulę:h̃ est instrumẽta ⁊ literę ⁊ act⁹ publici reponunt. Virgi. li. iij. geor. Insanũq; forũ ⁊ populi tabularia vidit.

Tabulo as. tabulis aliquid cõstruo. Hinc tabulatio:tabularũ coassatio ⁊ textura:sicut assez coassatio. Hinc ⁊ cõtabulo. Sueto. in Cali. Qui non sine admiratione Helles pontum contabulauerit.

Tabulata:quę sũt ex tabulis facta. Hiero. Dispositoq; per tabulata milite. Accipiunt etiã pro parietibus siue ędificijs lapidibus in tabularũ modũ quadratis constructis. Idem. Vbi in eius honore fabricata est ecclesia muro lapideo tabulato. Rursus tabulata dicuñt rami extenti in arboribus in plana tendẽtes:nõ in altiora crescẽtes. Vir. lib. ij. geor. Sũmasq; seq tabulata pyrnos. Col. lib. vj. Cũ deinde adolescere incipient ylmi:falce formãdę sunt:⁊ tabulata insituẽda. Hoc em̃ noie vsurpãt agricolę ramos truncosq; prominentes eosq; vel propius ferro compescũt:vel longius permittunt:vt vites laxius diffundañt.

Taberna:quasi trabea dicit: a validioribus trabib⁹ inquit Dona. quib⁹ superiora sunt suspẽsa. Et accipitur pro omni ędificio quod est vtile ad habitandũ: ex eo ꝙ tabernacula tabulis claudañt siue cooperiañt. Hinc contuberniũ ⁊ cõtubernalis. Et taberna dicitur vbi opera ipa:cęteręq; merces venditanť. Officina vbi fiunt opera. Et tabernarũ q̃dam lanaria:quędã vinaria:quędã olearia ⁊ huiusmodi. Nonius scribit tabernas nõ tm̃ vinarias esse: sed ⁊ oẽs quę sunt popularis vsus.

Tabernarius qui in taberna venditat. Cice. L. Flacco. Opifices ⁊ tabernarios atq; illã omnẽ sęcẽ ciuitatũ qd est negotij scitaret. Est ⁊ tabernari⁹ q vinũ vẽditat:sicut aquarius q vẽdit aquã. Idẽ. Sed dici nõ põt quõ hic oia iaceãt nisi ego cũ tabernarijs ⁊ aquarijs pugnarẽ.

Tabernarię fabulę. Vide in dictione Togatę.

Tabernaculũ non est diminutiuũ: sicut nec cęnaculum. Est aũt tabernaculũ tectũ castrẽse:q̃ veluti taberna q̃dam fit. ⁊ vt Hiero. inquit:semp mutatur tabernaculũ:⁊ huc illuc q transferť. Aug. Tabernaculũ belli res est. Vnde ⁊ cõtubernales milites dicti sunt tanq̃ simul habẽtes tabernaculum. Est em̃ ꝓprie pugnãtiũ ⁊ quodãmõ militãtiũ:⁊ aduersus hostẽ pugnãtiũ. Dom⁹ est vbi semp manem⁹.

Tablinũ:loc⁹ hyberne stationis atrio ꝓxim⁹:qõ fere ex tabulis cõstaret. Pli. lib. xxxv. Tablina codicib⁹ implebantur ⁊ monumẽtis rer̃ in magistratu gestarũ. Apul. lib. vlti. Floridoꝝ. Medici cum intrauerint ad egrũ vt visant:nemo eoꝝ ꝙ ppulchra tablina in ędibus visant:⁊ lacunaria auro oblita. Dicit autẽ tablinũ:nõ tabulinũ:quẽadmodũ ⁊ figlinũ:nõ figulinũ: Et videť esse qõ greci pinacothecam dicunt:cuius in pinacothecis tabulę pictę: in tablino terũ in magistratu gestarũ monumenta continebant.

Tabes is. corruptio pro morbo:a quo tabidus ⁊ tabidũ corpus dicit. Huius tres sunt species. Vna cum corpus nõ alitur:⁊ ita sũma oritur macies:⁊ nisi occurrat occidit:q̃ ⁊ Atrophia dicitur a græcis. Vnde Atrophi qui Atrophia laborant. Altera vbi malus corporis habitus est: ideoq; oia alimenta corrumpũtur. Hanc greci Cacesiam nominant. Tertia quam greci ptisin vocant:cum in pulmonem descendit a capite pituita:⁊ frequens tussis oritur. Interdũ aliquid cruentũ significat:quod ꝓprie tabum nominãt. Estq; sanies ⁊ sanguis corrupta: quod ⁊ aliq̃do dicit tabes. Dicit tamen Seruius. Tabo nomen esse casus septimi tm̃:vt sponte. Q; si velis declinare. Hęc tabes hui⁹ tabis dices. Virgi. Et terram tabo maculant.

Tabid⁹:corrupt⁹ q̃ habẽ patiť:⁊ tabid⁹ liquid⁹:fragilis. Aug. in expositiõe Psalmoꝝ. Quid tabidi⁹ aranea.

Tabificus:qui tabẽ inducit. Aug. lib. v. cõfes. Easq; curas anhelaret cor meũ:⁊ cogitationũ tabificarũ sebabus estuaret. Vnde ⁊ a Cice. egritudo ⁊ metus tabificę perturbationes dicuñt:q̃s mentẽ lacerant:tabem cruciatũ ⁊ afflictionẽ inferũt. Tabificabile dicit a veteribus.

Tabefacio:corrumpo ⁊ quasi tabem verto.

Tabesco is. tabui. significat langueo:deficio:tabid⁹ fio. a Tabeo es. Et ꝓprie in amore ⁊ mgroꝝ tabescere dicimur:q̃uis ⁊ de alijs dici possit. Gell. Delphin⁹ amãs de syderio tabuit:exanimatusq; est. Plau. in Cas. Tuo mgro re macero:macesco:cõsenesco ⁊ tabesco miser. Cato de re rus. Id aliquoties in die quotidie facito: vsq; adeo donec sal desierit tabescere. Cõposita huius verbi sunt Con tabesco. Aug. lib. ij. confes. Tristitia rebus amissis contabescit:q̃bus se oblectabat cupiditas. Distabesco:varie siue vehementer tabesco:absumor: corrupor. Idem lib. ij. Inquãtas iniquitates distabui ⁊ sacrilega curiositate secutus sum. Intabesco:valde tabesco. Col. li. v. Ad vltimã reditur maciẽ:⁊ sic intabescit:vt nullis deinceps impẽsis recreari possit. Extabesco:valde tabesco. Cice. lib. ij. Tusca. Sic corp⁹ clade horribili absumptũ extabuit:id est tabo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ꝛ corrupto sanguine computruit.

Taburnus:mons Campanię oliuetis abūdans. Virgi. Iuuat ĩmanda baccho Conserere atq; olea magnū vestire

Taceo es.tacui tacitū:nihil loquor:licet quā (tabunnū. doq; etiā dicat de ijs q̄ sine voce sunt. Virgi. li.iij. Totūq; pererrat Luminib⁹ tacitis. Et alibi. Quin tacet ois ager. Tacere enī ꝓ quiescere capit. Unde tacitū mare dicim⁹ cuz placidū est:ꝛ nullis fluctib⁹ agitat. Quoniā ꝓo cum aliqd laude dignū est:laudam⁹:ꝛ ecōtrario malefacta nō laudamus:factū est:vt tacenda:non laudāda:ꝛ non tacēda laudanda dicantur. Qñq; tacere significat secuz esse: quoniā q̄ securi sunt:nullā quęrēdi causam habēt. Terē. in Adel. Tace egomet conueniā Pamphilū. Huius cōposita Conticeo:Obticeo:qō ꝓprie est de ijs q̄ nos pudet loqui. Teren. in Phor. Nemo nunqd obtices. Reticeo: ꝓfecte taceo: sine a locutione me retineo. Piero. cōtra Reluctū. Ut discat aliqn̄ retinere q nūq; didicit loqui. Hinc reticētia. Li. lib. j. offi. Ex mestitia:ex hilaritate:ex risu: ex locutione:ex reticentia. Subticeo:taceo. Habētq; ta syllabā correptā.

Tacitū mel per se fluit:ꝛ est optimū. Lc.

Tacitus qui tacet:ꝛ qui scit tenere secreta. Actionē enī significat:quādoq; etiā passionem. Virgi. Quis te magne Cato tacitū: aut te Cosse relinquat?

Taciturnus:qui natura facile tacet. Hinc taciturnitas: q̄ est obseruātię gen⁹ in silētio cōstituta. Terē. in An. Sed is quas semp intellexi in te sita fide ꝛ taciturnitate. Huius diminutiuū est taciturnulus. Apule. Blanda mulier ꝛ

Tacticia:a grecis dicuntur magistri ꝛ do (taciturnula. cto:res armo:um:vt est apud Vegetium.

Tactus participiū a tago. Et aliqn̄ ponit ꝓ afflato ꝛ leuiter fulminato. Lic. Tact⁹ etiā ille q hāc vbē cōdidit. In tactus ꝓ inteme:ato:ꝛ nō tacto sumit. Tactus us. nomen vn⁹ est ex quinq; corporis sensibus. Qui ꝛ tactio dicit. Lice. lib. iiij. Tuscu. Qualis est hęc auriū tales sunt oculoꝝ ꝛ tactionū ꝛ odo:ationū ꝛ saporū: q̄ sunt oēs vnius generis ad perfundendū animū tanq̄ illę quę factę voluptates.

Tatius nomen regis Romano:um.

Tachonoso:teste Herodo. li. histo. ij. q̄dā Milī insula est.

Taddęus nomen viri ꝓpriū.

Tędiū ango: mentis ꝛ animi non corporis valitudo: in

Tędeo es.tędui ꝛ tesus sum:sed nō est (quit Seruius. in vsu sicut cōpositū pertęsus:q̄uis Ser. dicat esse participiū sine ꝟbo. Sue. Pertęsus ignauiā suā. Gel. lib. j. Nas il le inanis:cum flaret glo:ias:tāq; oēs finē cuperēt: verbisq; ei⁹ fatigati pertęduissent. Fitq; tędeo abstīnęl litera in d cōuersa. Ideo cū ę diph. scribit. Illā lōgitudo ꝛ plixitas actionis siue passionis alicuius tędiū generare solet. Tędet impersonale facit ꝓteritū tęduit ꝛ tęsum vel magis pertęsum est. Hier. in Ecclesiastico. Idcirco tęduit me vitę meę. Virgi. lib. iiij. Aenei. Si non pertęsum Thalami tędeq; fuisset.

Tędulus pe.co:.di: fastidiosus senex q̄ oibus tędio est.

Tenarus pe.co:.locus vmbro:osus in radice Malęę promontorij laconię iuxta Spartā ciuitatē. In quo q: hiatus magnus est ꝛ strepitus ꝓredi pcipiunt: dixerūt veteres ꝓ hūc esse descensum ad inferos. Ver. Tenarias etiā fauces alta ostia ditis. Ubi erāt latomię: hoc est lapidicinę lapidū ꝓtio:oꝝ qui ꝛ laconia marmo:a:ꝛ tenarei lapides vocant Propert. li. iij. O, nō tenareis dom⁹ est mihi fulta colūnis. Et in singulari generis mas. est in plurali neutri. Gręce τάναρος. A quo Tenarū oppidū dictū est. Suidas ταίναρον ἀκρωτήριον λακωνικῆς ἐν ᾧ σόμιον ἦν κατάγον εἰς ἅδου ἐν θα καὶ ποσειδῶνος ἱερὸν ἀσφαλίου ἐκεῖσε δὲ τοὺς ἱκέτας καθεσθέντας ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ ποσειδῶνος οὐδεὶς λει/σαντες ἀνεῖλον οἱ λακεδαιμόνιοι. Tenarū promontoriū Laconicę:in quo fauces erāt ad inferos deducētes ꝛ Neptuni templū illic supplicantes: in sacello Neptuni munientis nihil timentes: Lacedęmonij interfecerunt. Lc.

Tenię vittaꝝ extremitates: vt q̄ ab infulis pendēt. Ver gi. Fit lōgę tenia vitta. Qñq; accipit ꝓ tota vitta. Idē. li. v. puniceis tpa tenis. A tena nō tenia. Illā tena ꝛ tenia dī: ꝓ/prie tū tenia est fascia: vñ ꝛ lapides sub ags candicātes in longū po:rectos tenias vocamus:a fasciaꝝ similitudine. Pli. Nec ꝓfunda altitudo miraculū minuit. Frequētes qppe tenię cādicātis vadi carinas territāt. Est ꝛ tenia piscis genus apud Aristotelē a gracilitate ꝛ lōgitudine dictū.

Tago is. apud veteres in vsu fuit pro tango:a quo etiaꝝ componit attigo ꝓ attingo. Plau. in Bac. Ne attigas puerum ista causa quando fecit strenue. Festus. Tagit simpliciter dicitur quod attigit:contigit facit compositū.

Tagax:furunculus a tago: quod est tango. Lucil. Nō/scribere posse tagacem Mutonis manum.

Tages tagis:fuit qui primus Hetruscis aruspicij disci/

Tagus fluuius Lusitanię habēs arenas (plinā dedit. aureas. Iuue. Qō tagus ꝛ rutila Pactolus volunt arena.

Tagrus:mons in Lusitania:apud quem quędam equę dicuntur e vento concipere.

Tagasta ciuitas Aphricę:ex qua pater meus Augu. Tagastensis appellatus est.

Talpa ge. mas. ꝛ fg. aīal captū oculis:muri simile. Virg. Aut oculis capti fodere cubilia talpę.

Talge:insula in mari hyrcano:vt Pōpo. refert: fine culmi fertilis:omni fruge ac frugibus abundans.

Talus duo significat. s. partē pedis. i. os prope calcaneū quod extuberat. Hora. i Ser. Ad talos stola demissa ꝛ circūdata palla. Est ꝛ talus ossis genus in articulo pedis: vētre eminens:cōcaua inuertebra:de quo in dictione tessera. Aristoteles ꝛ Pli. negāt in homine esse talos.

Talaris ꝛ lꝫ talare:vt vestis talaris q̄ ad talos vsq; de/

Talaria:calciamenta alata Mercurij. Virgi. (scendit. Pedibus talaria nectit Aurea.

Talipedo as. pe. co:. pedib⁹ vacillo ꝛ q̄si sup talos īsisto.

Talea:frustū ligni p̄cisum ex vtraq; parte:vt in terra inseraf. Prędcisis enī lignis vl pedali vel cubitali magnitudine nōnulłę arbores serūtur:idq; lignū ita p̄cisuꝝ greco nomine ξύλον latine talea dicit. Pli. li. xvj. Seruādū in eo aīa oia:vt taleę ex feracibus fiāt arbor⁹:nec curuę neue scabręę aut bifurcę. Cato. Taleas oleaginas quas i scrobe saturus eris tripedaneas facito. Et sicut talea dicit lignū qō in terra serit:ita qō inserit ramo calamus ꝛ tessera ꝛ tessella ꝙ instar tesserę sit:vocat. Pli. O, si longius afferant pomoꝝ calami rapo insixos optime custodire succū arbitrātur. A quibusdā etiā ponit ꝓ tessera:hoc est ligno cōplanato quo numeros notant rustici idiotę. Quidā hoc nomen cū ꝙ scribūt:ꝙ grecā originē habere autumēt:ꝛ vsq; adeo latinū factū:vt Taleare ꝓ incidere vsurpet rustica simplicitas. Hinc ꝛ talea nūmaria sermone militari dicit. Quod genus cum edicto principis vl reipu. concedit: Clarigatio dici potest. Liui. lib. viij. Celiterinis deiecti muri: ipsi vrbe abducti usq; trans Tyberim habitare vti eius qui eis Tyberim captus fuisset: ad mille pondo clarigatio esset.

Taleari lignum dicitur dum scinditur. Intaleari dū prę cidendo formatur: ait Varro.

Talia talię: folliculum ceparum.

Talio:vindicta:hostimentū:vt si quis manū alicui amputauerit: illi man⁹ Romanoꝝ lege amputari debet. Hinc retaliare Gel. formauit. quod significat talione hominē re percutere. Gdar. Corrumpit sine talione celebs.

Talentū apud priscos diuersi ponderis fuit. Illā Atticū talentū: vt docet Pli. sexdecim sestertia valebat: hoc ē pōdo. xl. Aegyptiū pondo octoginta. Cleopatra pondo centumuiginti quinq; talentū fecit: hoc est sestertioꝝ quinquaginta. Africanus talentum omne pondo sexaginta tradit. Quia ꝓ libręe: hoc est pondo apud alios maiores: apud alios minores sunt: hinc efficit vt talēta quoq; non idē vbiq; valeant. Pollux inquit ꝓ aureis nūmis tribus imputabā tur: nūmus aureus pro drachmis duabus atticis. Erāt ergo talēto multa noīa. Ptolemaicū: Syriū: Tyriū: Antiochenum: Atticū: pondere quidē pari omnia: sed ad nūmū collata differūt. Atticū tyrio equale: sed plus quadruplo valens q̄ Ptolemaicū: sesquitertio q̄ Syriū Antiochenūq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Babylonicū talentū duo milia ⁊ septuaginta minas attica fuisse tradūt. Euboicū quattuor milia denariorū valebat. Rhodiū quingentoꝝ denariū: Neapolitanū sex denarium: Syracusanū trīū denariū. Alij minimū libris. l. Massius. lxxij. Maximū. cxx. faciūt. Atheneus talentū sex milibus nūmū Italicorū mutari tradit: nūmū esse drachmā: hoc est denariū. Centū drachmis: hoc est denarijs cētū argēteis ēqri libr̄ā. Plutar. in Popeio refert minā vocās eā.

Tam ⁊ q̄ p Prisciani sentētia aduerbia sunt: ⁊ cōparatiuo ⁊ suplatiuo adijciuntur: cū duo vel plures cōparatiui vel suplatiui diuersę significatiōis positi inter se ęquant: vt ijdē geminant. vt tā iustior q̄ felicior. Aeneas Hectore. Li. p Deio. Istā inquā dexterā ipō tā in bellis: neq; in plūs q̄ in promissis ⁊ fide firmiorē. Bis eñ infirmior intelligendū est. Jungitur ⁊ positiuo: vt tam bonus vir q̄ bonus Homerus. Lice. Tā sum amicus reipu. q̄ q maxime. s. est amicus: hoc est tam amo rempu. q̄ ille qui plurimū amat. Et apud veteres tam p tamē ⁊ p modo ponebat. Cōponit tam cum ⁊si: ⁊ significat q̄uis. Pli. Dedit quātū maximū potuit daturus amplius si potuisset: tametsi quid homini dari potest maius q̄ gloria: laus: ęternitas.

Tama: dicit cū labore vię sanguis in crura descendit ⁊

Tamarice pe. p. o. gen⁹ fruticis bis in an (tumorē facit. no florētis: a grecis Erice dicit. Unde ⁊ Ericeum mel celebratur. Videt etiā recte dici Tamarix: ⁊ tamaracū etiā legitur. Hanc quidā eandē esse quā myricā existimant: licet Pli. lib. xxviij. diuersa esse dixerit.

Tamarite pe. p. ppli Asiatici nō longe a Caspio mari.

Tamē significat nihilominꝰ. Quę vbi precedit q̄ q̄uis ⁊ alia hmōi dat principiū cōstructionis: ipsa dictione tamē excussa. Quod ideo in ligatura ⁊ quasi iunctura orationis iniunctū est: qr oratio vnde nō debuerat: incęperat. Adcirco tamē abijcit tanq̄ simcta officio suo. Aliquādo incepti ua ass. Lice. Pecto. Tamē non discedis a malitia. Aliquādo ponitur pro statim. Virgi. Hic hędos depone: tamē veniemus in vrbē. Aliquādo p tandē. Sallu. lib. iij. histo. Mā qui enare conati sunt icti fragmētis nauiū: aut afflicti a suis vndaꝝ vi multato fędē corpore ⁊c. Plau. Ita faciaz: ita placet quid tū tamē? Aliqn̄ pro dūtaxat. Teren. in Hecy. Quod potero faciā tamē vt pietatē colam. Bona. Dūtaxat: vel ita tamē vt pietatem colā. Hinc componuntur. Attamen ⁊ verūtamen eiusdē fere significationis.

Tametsi cōiunctiua particula in principijs orationū posita indicatiuo gaudet. Scōo aūt loco etiā subiunctiuo. Lc.

Tamnus herba est minutis folijs ⁊ aculeata.

Tamino as. pe. cor. comrūpo licet nō sit in vsu. Cui⁹ composita sūt Attamino: cōtamino ⁊ intamio. Un̄ intaminat⁹

Tanais oppidū non longe a tana: ⁊ Venetis paret. Un̄ ⁊ nobilissimę pelles feruntur: ⁊ mancipia: quę a Scythis emunt quos appellant Carcasos.

Tanais fluuius Scythię qui diuidit Asiā ab Europa. Feruntq; a septētrione Milo cōtrarius paulo tū orientalior nō solū p Scythas in Aegotim defluēs: ſz ⁊ p per Sauromatas. Originē ei⁹ incertā alig putāt. Strole. ex mōtib⁹ riphęis prodire putat: q magis haustrales sunt q̄ hyperborei. Alij aiūt esse paludē nō admodū magnā: ex q̄ tanais nasci tur: q duob⁹ ostijs Aegotim ingredit q̄ stadijs intra se citer. lxx. distare ferunt. Alij ex Caucasijs mōtib⁹ oriri exi-

Tanager fluuius Lucanię quę est inter Lam- (stimāt. paniā ⁊ Calabriā. De quo Virgi. lib. iij. Geor. Et ficci ripa tanagri. At tanagri Perfidis oppidū est.

Tanais: Metropolis Aegypti: vbi Moyses mirabilia

Tandē significat postremū. Virgi. Jā tandē Ita (fecit. lię fugiētis prendimus oras. Per interrogationē habet vrgens quiddā ⁊ accelerans. Lice. Quousq; tandē abutere Catilina patientia nostra? Aliquādo est coniunctio explet iua. Teren. in Phor. Ita ne tandē. vxorē duxit Antipho in iussu meo? Interdū ponit p aliquādo: vt apud eundē. Ita ne tandē se sororē duxit? Nonnunq̄ p vix. Lice. Tandem aliqn̄ grites. Ité p saltē. Teren. in Heau. Perfice ſ pcibus: aut ptio vt hęreā in parte aliq̄ apud Thaidē tandē. Item p tū. Lice. In qua ciuitate tandē arbitrare te viuere.

Tandiu tanto tempore. Lc.

Tango is. tetigi tactū sm consuetudinē. Lucre. Tange re enim ⁊ tangi nisi corpus: nulla potest res. Sed quoniā quodāmodo moueri vident ea quę tangunt: tangere quā doq; p cōmouere ac ferire capit. Idem lib. j. Nec bene p meritis capit: nec tāgit ira. Virgi. De cęlo tactas memini prędicere quer⁹. Quādoq; p circūuenire. Turpil. At etiam ineptus meus est mihi pater iratus: quia eā talēto argenti tetigit veteri exemplo amantis. Aliquādo p cernere: intelligere. Lice. Post q̄ autē cōsilia eius omnia tetigi. Aliqn̄ p peruenire. Idem. Terres simul ac tetigit, puinciā. Sunt q velint tango tanxi pterītū facere. Tago tetigi: sicut pango panxi: ⁊ pago pepigi. Composita a tango sunt Attingo: contingo: pertingo: quod est perfecte tango. Quod ⁊ pro consequor plerūq; poni solet.

Tanos gēma inter smaragdos ingrate viridis ⁊ int⁹sor

Tantalus Jouis est Plote nympha filius (dida. Lc. fuit quē Eusebi⁹ regē Phrygię cū Troo Dardanię rege bellū gessisse scribit: q̄ Ganymedē rapuerit: Agamēnonis ⁊ Menelai auus. Unde ⁊ Tantalides dicti sunt. Hic ob filiuz interfectum detrusus ad inferos siti torquet ⁊ fame. Plato in Cratilo scribit tantalū dictū esse quasi talātaton hoc est infelicissimum. Alius fuit Tantalus Corinthiorum rex: ob pietatem deorum inensis dignatus. Alius Thiestę ex Merope filius interfectus ⁊ appositꝰ esca patri. Hinc fit tantaleus a. um. Propert. Tantalea poterit tradere poma manu. Suidas. Ἔσωπτεν ὁ λίθος ἐπ' ἀυτόμ. Διὸ καὶ ἐπὶ τοῦ ταντάλου κάπτοντος τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν λέγουσι τὸν ἐπὶ τοῦ πατρὸς γευσάμενον ὕστερον δὲ σωφρονίσαντος. i. cadebat lapis in ipm: siti absumebat: Tārali horos vindemiare Jsi Rhetoris prodigi postea modesti effecti.

Tantus a. um. a tā deduci videt: quantitatēq; significat. Et modo demonstratiuū est. Virgi. Tantę molis erat romanā condere gentē. Modo relatiuū. Plau. Et tāti q̄tū potui pstiti tibi. Huic⁹ dimi. est tantulus: a quo tantillus.

Tn̄ aduerbiū significat solū. Quod ⁊ tnmodo dicitur. Aliquādo significat vsq; adeo.

Tantumnū non tam negare videtur q̄ affirmare: accipiturq; pro etiā. Sue. in Tibe. Tantumnū aduersis tēpestatibus Rhodanū enauigauit. i. etiā aduersis tēpestatib⁹ Alij exponūt q̄ten⁹ a tēpestatib⁹ nō impediret. Silr Syri⁹. Tantumnū strictis mucronib⁹. Videturq; ea figura dici: q̄ etiā nū. Sic Liui. lib. xxvij. Videt nō posse equare ordinē Romanos ⁊ tātūnū hīs circuiri a dextro cornu cōcidat naues.

Tanti ⁊ quāti cū eoꝝ cōpositis tātidē quātilibet quanticūq; similiter totidē: pluris: minoris iungunt verbis pcipiū significantib⁹: qualia sunt: Emo: vēdo: veneo: mercor: cōparo: ęstimo: cōstat: conduco: loco: fenero: paciscor: pago: pepigi: cōdēno: postulo: ⁊ si qua sunt alia. Et tamē in alijs a pdictis ablatiuū postulāt. Teren. Quid agas nisi vt te redimas captū q̄ queas minimo. Et si nequeas paululo: at quāti queas. i. tanti te redimas quāti quęas. Liui. li. xlviij. Mancipia minora annis viginti quę post primū lustrum decem milibus eris aut pluris venissent: ea quoq; decē tāto pluris q̄ quanti essent ęstimarent.

Tantū abest significat nō solū nō est. Lice. lib. off. Tantum abest officio: vt nihil officio magis possit esse contrarium: hoc est: nō mō officiū nō est: verūetiā nihil magis officio pōt eē ctrariū. Vel tātū abest vt officiū sit: vt nihil officio pōt eē ctrariū. Vel tātū abest vt officiū sit: vt nihil (ficio ⁊c.

Tantisper aduerbiū significat tādiu: postu- latq; post se dū: donec: fine: q̄diu: vel: quoad. Lice. In carcerem ductus: vt ibi esset tantisper dum culeus in quē dejectus deferret: cōpararet. Teren. in Heau. Ego te meum esse dici tantisper volo: dum quod te dignū est: facias. Sic cętera a p cōpositis tēporis breuitatē significāt: vt quantisper: parūper: paulisper: aliquātisper. Ponit etiā tantisper fine dum: ⁊ significat tantūmodo siue interea. Ihiero. Un̄de de ijs ex quibus certi sumus tantisper loquamur. Liui.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lib.j. Tamẽ id imperiũ ei ad puberẽ ętatẽ incolume man/ sit: tantisper tutela muliebri. Lice. lib. v. Tusc. Sed videro qd efficiat tantisp ꝑ ipm magni estimo qꝺ pollicet.

Tantopere ⁊ tanto opere significat tantũ: tam vehemẽ ter. Teren. in Adel. Ego hac in re nihil reperio: quamob rem lauder tantopere.

Tantundẽ quasi tantũ idem: significat eque tantũ: vul/ go alterũ tñ. Aug. Aequari sunt omnes: ⁊ facti sunt nouis/ simi primi ⁊ primi nouissimi: quia tantũdẽ acceperũt pri/ mi ⁊ nouissimi. Col. lib. vij. Tum partꝰ casię myrrheę ⁊ turis ponderibꝰ ac tãtũdẽ sanguis marinę testudis misce/ tur. Terẽ. in Phor. in ea significatiõe: sed aliter dixit. Num tu? Nihil Phęd. Tantũdẽ ego. Hoc nomẽ nõ hȝ nisi gtiñ tantidẽ: qꝺ significat ꝑ tanto ꝑcio solũ. Terẽ. in Adel. Do mo me eripuit: verberauit: me inuito abduxit meã ob ma lefacta hęc tantidem postulat emptam sibi tradier.

Tanunia labrusca est. Lc.

Taos gẽmma pauoni similis qui grece ταὼς di. Lc.

Tapetũ: tapes. tis. ⁊ tapete pe. ꝑ. Tegmen mire ꝑpictum variis coloribus quo equi: mensę: seu pauimenta sternunt Virgi. lib. x. Qui forte tapetib⁹ altis Extruct⁹ toto pstabat pectore soinnũ. Idem lib. vij. Lustratos ostro alipedes pi/ ctisq; tapetis. Declinat enim grece τάπησ τάπητος. Stati. lib. j. Th. Altosq; inferre tapetas: Actũs grecus est a tapes tapetis. Piero. li. ij. Reg. Obtulerũt ei stratoria ⁊ tapetia. Et tapete est. Similiter Plau. Ut ne pistromata quidẽ ęq sint Cãpanica neq; Alexãdrina beluata cõsuta tapetia.

Tapedogogia. omniũ tapetoꝝ supellex intelligit.

Taphos: latine sepulchrũ dicitur. Vnde Epitaphiũ.

Tapinosis pe. pro. latine humiliatio dicitur. Est em rei magnę humilis expositio ταπεινὸς humilis: vt Apparẽt ra ri nantes in gurgite vasto.

Tapsus: insula decem stadijs a Sicilia distãs versus Sy racusas. Virgi. lib. iij. Tapsumq; iacentem.

Taprobane insula in mari indico satis ampla inter or/ tum occasumq; solis: vt Solinus refert. Patet in longitu/ dine stadioꝝ septem millibus: in latitudine quinq; millib⁹ Nulla in nauigando syderũ obseruatio. Ibi septẽtriones nequaq; aspiciunt: Lucet ibi Canopos sydus clarũ ⁊ am plissimũ. Boies corporũ magnitudine alios antecellũt: cę ruleis oculis: atroci visu: terrifico sono vocis. Viuunt vl/ tra annos centum. Nascuntur in ea berilli: ⁊ hyacinthi: vt Ptole. lib. vij. refert. Pli. li. vj. scribit quingenta oppida cõ perta fuisse in ea: sicut geometrę scribũt sunt duę ętates.

Tapyri populi in Parthia: vt lib. xj. refert Strabo: qui bus mos est: vt ꝑpinquas vxores alijs viris nuptui concedãt cum duos aut tres filios ex eis susceperint.

Taracon pe. cor. Insignis Hispanię ciuitas Scipionũ opus: a qua ꝓuincia ipsa Taraconia ⁊ Taraconensis vo catur: qꝺ vt Pompo. scribit. lib. ij. altero capite Gallias: al/ tero Bethycã Lusitaniãq; contingẽs mari latera obijcit: nostro: qua meridiẽ: qua septẽtrionẽ spectat oceano: vbiũ e mediterraneis clarissimę fuerunt pallantia ⁊ numantia. Nũc est Cęsarea Augusta. Vinc Taraconẽsia vina nobili/ tanter elegãtia. Adar. Taraco cãpano tñ cessura lyco.

Tarchon: nomẽ ꝑpriũ Hetrurię ducis ⁊ Haruspicis.

Taracina: oppidũ Volscorũ in Cãpania: ante Trachy na: id est aspera: a loci asperitate: ⁊ lingua volscorum An/ xur dicebatur priꝰ diuersa fortuna a rhegynis experta: a ταράττω conturbo. Liui. lib. iiij. Anxur fuit quę nunc tara/ cinę sunt ciuitas ꝓcna in paludes.

Tarantula stellionis genus: cuius morsus perraro inte/ rimit hoiem: semistupidũ tñ facit: ⁊ varie afficit. Lc.

Tarchetius nomẽ fuit impij Albanorũ regis.

Taras fuit Neptuni filꝰ quẽ tarẽtũ ędificasse nõnulli au

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vſpiam: pro vſq̃. q in loco: q ad locum ſignificat. Terentius in Adel. Aut vſpiam ceciderit.

Vſq̃: alicubi: q̃ſi vno quotis loco a quo nuſq̃: nullibi

Vſq; modo p̃epoſitio eſt: ꝑcans cõtinuationẽ: q finem actus: puta loci: tẽporis: q hmõi. vt vſq; ad diẽ dominicũ tẽ: ũ futurus ſum. Virg. Vſq; ſub extremũ brumę intractabilis imbrẽ. Tibul. Vera cano ſic vſq; ſacras innoxia laurus Veſcar q eternũ ſit mihi virginitas. Sed cum nomin̄ p̃opꝛijs locoꝝ: vel domus: rus: militia iungit ſimplicẽ accuſatiuũ requirit. Vſq; rus propero. Q̃q; addit ad. Cic. pro Deiota. Vſq; ad Numantiã miſit. Cum alius vero iũgimus ad vel in. vt vado vſq; in Hiſpaniã. Vado vſq; ad Padũ. Interdum etiã de loco eſt. Ter. in Eu. Ex Aethiopia eſt vſq; hęc. Quãdoq; aduerbiũ eſt: ſignificãs diu aut multũ: aut ꝑpe. Idẽ in Adel. Ethe ſipho me pugnis miſerũ: q iſtam Pſaltriam vſq; occidit. i. ꝑpe: vel vehemẽter occidit. Nam occidere ad cędẽ veteres referebant. Aliquãdo ſignificat aſſidue: perſeuerãter. Cice. Lomiñ. Mihi curę vſq; erit: quid agas. Virgilius lib. vj. Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt iuuat vſq; morari.

Vſq; quo: quaſi ad vnum aliquod tẽpus: vel locum: vt

Vſq; quaq; paſſim: aſſidue: (Vſq; quo ebria eris. ſemper: quaſi in vnoquoq; loco: ſiue in vnoquoq; tempore. Cice. Treba. Vſq; quaq; ſapere oportet.

Vſq; eo: q vſq; adeo. i. intantũ. Cice. Vſq; eo: vt ego miſerer eius. Auguſt Vſq; adeo inter fremẽtes permãſit intrepidus: q inter lapidũ ſuit cruciamenta ſecurus: q incredulitatem Iudęorum fidenter argueret.

Vſq; ante hac. i. anteq̃: ſicut exponit Dona. Ibi iunguntur duę ꝑpoſitiones: ſed vna eſt velut aduerbium. Nulla enim ꝑpoſitio ꝑpoſitioni iungẽ ſeparatim poteſt: ſed vſq; eminodi eſt: vt ſine aliqua ꝑpoſitione raro inuenatur. Terentius in Andria. Vt animus in ſpe: atq; in timore vſq; antehac attentus fuit.

Vſus ipſe vtẽdi actus. Virgi. Nã neq; erat coctis vſus. Interdũ conſuetudo. Quintil. Mulierẽ cum qua illi lõgus fuerat vſus. Interdũ opus q exercitiũ. Virgi. lib. viij. Arma acri faciunda viro nũc viribus vſus: Nunc manibus rapidis. Interdũ fructus q vtilitas. Apuleius. Cum id ex vſu meo non eſſet. Hinc vtilis q vtilitas.

Vſura: vſus dicit. Sene. Si mihi vnius dieculę vſuras perimiſſet vſus q peennia: quę in ſenore ſorti accedit vſura dicit: quoniã ex vſu acquirat. Idem Iul. Impendiũ vocat: ꝙ inter ſe iungat: vnũq; fiat quaſi ꝑpendiũ. Sido. Apollina. Poſteriora vocat: quoniã qui ſenus agitant: q in vſuras extendunt: videtur aggregare poſteriora prioribus: q ortis oritura connectere. Ob id Græci τόκον vocant eas: quaſi partus poſteritatem.

Vſurarius. a um. ex quo capit vſus. Plau. in Amph. Alcumenam vxorem cepit vſurariam.

Vſurarius dicit ille cuius eſt vſus: qui rei vſum capit.

Vſuuenit. i. accidit. Cic. in Cato. Nam ſi id culpa ſenectutis accideret: eadẽ mihi vſuuenirẽt oia: q reliquis maioribus natu. Plini. Id enim frequẽter vſuuenit: vt mali

Vſucapiones. duo Iba videnf. (bonis ꝑferant. Cũ vſucaptio: ſiue vſucapio. onis. ꝙ eſt ab vſu acquiſitio vel adiectio dominij per ꝓtinuationẽ poſſeſſiõis tpis longe diffiniti: vt puta. xxx. aut xl. annoꝝ ſi res immobilis ſit quã poſſidemus. Triũ annoꝝ ſi mobilis. Recẽtiores primam illã ꝑſcriptionẽ: hanc Iro vſucapionẽ vocant. Ita enim dicit vſucapio: ſicut pignoꝛi capio. Cat. Nec pignori capio ad ęs militare ſacta eſt: qđ ęs Tribuno grato miles accipere debeat. Paul. Qui alienã rem mortis cauſa traditaꝝ vſucepit: non ab eo videtur accepiſſe: cuius res fuiſſet: ſed ab eo qui vſucapionis ꝑſtitiſſet.

Vſuſfructus dicit: cum res alicuius non noſtra eſt: ſed perinde ex ea fructum: atq; vtilitatem capimus: ac ſi noſtra eſſet. Diffiniturq; ab Vlpia. ꝙ ſit ius alienis rebus vtendi fruendiq; ſalua rerum ſubſtantia.

Vſurpare: eſt in frequẽti vſu habere, q hoc ſiue Ibis: ſiue factis fiat. Colu li. ij. Nam illud: qđ in quibuſdã pro uincijs vſurpaf: vt comibus illigetur iugũ ſere repudiatum eſt ab oibus. Cic. Quod ſemper vſurpamus in oꝛonibus dictis: ac factis minimis: aut maximis: cũ hoc dicimus illud nõ decere. Igit vſurpare: eſt frequenter dicere: ſeu frequẽter facere. Ambro. lib. Hexa. pro ſolere poſuit. Ipm mundũ ſemper fuiſſe q ſore Ariſto. vſurpat dicere. Iuriſconſulti vſurpare: pro ꝑter ius vti viuntur. Belli. lib. ij. Mutium iuriſconſultũ dicere ſolitũ legi: non eſſe vſurpatã mulierem: quę cum Calendis Ianua. apud viruꝝ cauſa matrimonij eſſe cępiſſet ante diem. iij. Calendas Ianuarij ſequẽtes vſurpatum eſſet: non poſſe impleri trinoctiũ: quod abeſſe a viro vſurpandi cauſa ex xij. tabulis deberet: quoniam tertię noctis poſterioris ſequentis alterius anni eſſent: qui inciperẽt ex Calendis.

Vſtulo. as. pe. cor. ab vro fit. Pacu. Candẽti ferro crines vſtullare. Liui. Pauci ſemiuſtulati venere i poteſtatẽ.

Vſtrina pe. pro. locus: in quo metalla candeſcũt: vt laborent. Plinius. In vſtrina ter ſiccantur: ita vt torreãtur carbone puro: ac toties vino reſtinguãtur albo.

Vſti igo penultima producta: vt edo dicitur. Ambroſius libro Hexa. Non deſinit eſſe triticum: ſi aut vſtrigine aduratur: aut imbre madidetur.

V. Ante T

Ut conũctio cauſatiua: vt Dedi tibi libꝝ vt legeres. i. propter hanc cãm. Cic. Lent. Non illi quidẽ: vt mihi ſuaſit: vt ad te ireim. Interdũ elegantię cauſa ponit. Cice. in Rullũ ſeci. vt L. Flaminiũ de ſenatu ejicerem. Nihil enim ꝑcat: niſi minus eieci. Interdũ ponit: pro q. Terẽt. Nihil do: vt etiã impunatus ille me irrideat. Interdũ eſt aduerbiũ temporis: q ꝑcat ſtatim: poſtq̃: ex quo primũ. Virgil. Ut regẽ cęquęuũ crudeli vulnere vidi. Idem. Turnus vt infractos aduerſo Marte Latinos. Interdũ aduerbium qualitatis: q ꝑcat quo modo. Ter. Ut vidi: vt perij: vt me malus abſtulit error. i. ſtatim: poſtq̃ vidi: ſiue ei primum vidi: quo modo perij. Cũ amicos interrogamus. Ut vales: id eſt quo modo vales? Significat etiã qualitatẽ certã q incertã. Ter. in Adel. Non me hãc tẽ: vt erat geſta pũ indicaſſe. q. d. quoquo modo: bñ: male. Aliqñ admirãtis. Plau. in Ru. Ut in ocellis hilaritudo eſt? Et illud. Ut nũc fluctuat mare: id eſt q̃tus: ſiue quo modo. Aliqñ ſimilitudinis. Idez. Ut imbrices ſtillũt oculi. i. ſicut. Q̃q; poſtponit ita. Cic. lib. de Ora. Ut quiſq; optime grece ſciret: ita eſſe neminem diſertiſſimũ. Ubi notandũ: ꝙ licet quidã ꝑcęperunt in hac dictura: ita q vt ſemper rindere gradus. Ouidius lib. Metamorꝺ. dixit. Ut ferus eſt multoꝝ ſuis truculẽtior Eurus Spectaſſet ſiccis vulnera nra genis. Non enim ſiccioꝛibus dixit. Ponitur nonunq̃ pro vtpote: id eſt tanq̃. Liuius. Gens vt in ea regione omnibus ꝑpollens. Quãdoq; pro quippe. Quintil. Nec ignoro quos ipſe reor: nec vnq̃ damno: vt qui dixerim eſſe in oibus vtilitatis aliquid. Interdũ ſignificat ita: vt ſine ꝓpter quod: vel qua ꝓpter: vt ſi dicã. Quotidie hoſpites ad me veniũt: vt incipiã iam stomachari tantã frequentiã. Item aduerbium optandi: q ponitur pro vtinã. Unde Terentius in Heauton. Ut illũ diꝝ deęq; omnes perdãt. Item ſignificat ꝙ ſecundũ. Quintili. At vero oꝛator: vt eſt ſemper ad dicendũ paratus. Cic. Qui ſermo: quę ꝑcepta? Ita natura antiquitatis: ſcientia iuris augur. Multę etiã: vt in hoie Romano litere. Interdũ ꝑcat q̃tuz. Plau. in Aſi. Ut ſic fortunę ꝓcedũt Libanę. Ter. in. An. Ego poſtq̃ te emi a paruulo: vt ſp tibi apud me inſtaui clemẽs fuerit fatus ſcis. Ponitur pro q̃mis. Plau. Ut iſtuc periculi ingẽs ſit: me tñ non tremefacit. Qui ad Ruf. Ut deſint vires tñ eſt laudãda voluntas. Pro q̃. Virgi. Ut te poſt multa tuoꝝ funera. Pro ne nõ. Ter. in An. Dies hic mihi: vt ſatis ſit vereor: ad agendũ. Jungit modo indicatiuo: vt ſuſtinui. Modo optatiuo: vt faciã. Modo ſubiunctiuo. Virgi. Inſaudũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

regina iubes renouare dolorẽ Troianas vt opes ⁊ lamẽ tabile regnum Eruerint Danai. Ab vt fit vti ⁊ addendo nam fit vtinã. Sicut ſicuti: velut veluti. ¶Prout. i. ſicut.

Utut comeſe voglia. Terentius in Adel. Immuo hercle hęc queſo ſcire vtut hęc facta ſunt.

Utcũq; ſimiliter: ſignificat quomodocũq;. Liuius. Utcunq; erit: iuuabit tamẽ rerum geſtarũ memorię principis terrarum populi me ipſum conſuluiſſe.

Utinã aduerbiũ optantis. Quãq; etiã dicim⁹. O vtinã. Ouidi. O vtinã tunc cũ Lacedęmona claſſe petebat.

Utputa: ſignificat quemadmodum.

Utiq; aduerbiũ ſimilitudinis: ⁊ quandoq; ponitur pro certe: vel proprius. Quintil. Solent hmõi negotiatores aliquid proprii ac priuatũ ſtipulari: vtiq; cũ rem alienã vendant. ¶Ter. in prolo. ¶Parati. Quę vtiq; in codicibus nris non habent. Sueto. in Tito. Cęterũ Titũ: qui prope ad

Ut quid: ſignificat quã (ſtabat vtiq; imperatorũ. obrem: propter quid: vt quid repulſiſti nos in finem.

Utpote aduerbiũ confirmantis: ⁊ cauſatiui: ſignificat enim quoniã: quandoquidẽ. Sallu. Antonius aberat a bello vtpote ęger ac iacens. ¶Pomẽ etiã pro tanq;. Suet. in Aug. Aedes ſacras vetuſtate collapſas: aut incẽdio abſumptas refecit: eaſq; opulentiſſimis donis adornauit: vtpote qui in cellaz Capitolini Iouis ſexdecim milia pondo auri vna donatione contulerit. Ambroſi. lib. j officio. Erat Iſaach dominũ timẽs: vtpote ¶Abrahę indoles deſerens patri honorem: id eſt quoniã vel tanq;.

Uter. ra. um. ſignificat quis vnus ex duobus: ponitur q; interrogatiue: vt vter veſtrum fecit hoc? Infinite: vt ſcio vter veſtruz hoc fecerit: id eſt quis vnus veſtrum hoc fecerit. Dicimus vter alterũ. ¶Plinius. Uter alteri dixerit: neſcio. Similiter dicimus vter vtri. Cic. Uter vtri inſidias fecerit. ¶Hinc fiunt compoſita: quę ſequuntur.

Uterq;: ſignificat ambos: licet inter ſe differant: q; cum vtrunq; aliquid feciſſe dicimus: ⁊ ab hoc: ⁊ ab illo ſeparatim id factuz intelligimus: vt vterq; ſibi domũ ędificauit: hoc eſt ⁊ hic ędificauit ſibi domum ⁊ ille. Cum vero ambos dicim⁹ feciſſe: ab vtroq; coniũctim id factũ oſtendimus. vt Ambo ſibi monumẽtum cõſtituere: hoc eſt: hic ⁊ ille ſimul vna ſibi cõmune monumẽtum fecere. ¶Propter qđ vtrunq; alterũ verberaſſe dicimus: hoc eſt hunc illum: ⁊ illũ hunc verberaſſe. Cice. Quorũ vterq; ſuo ſtudio delectatus contẽpſit alterũ. Quintil. Cum enim vterq; alteri obiciat palã eſt vtrunq; feciſſe. Eodẽmodo vtrũq; vtriq; aliquid feciſſe dicimus. Terẽti. Quia vterq; vtriq; eſt cordi. Ambos autẽ alterũ verberaſſe: vel ambos verberaſſe ambos. non recte dicimus: quia ſignificaret ambos ſeipſos verberaſſe. ſed ambo ſe mutuo verberarũt. Auguſti. Uterq; ſignificat ambos: ⁊ tamẽ ſingulari ſono eſt: ſed ſignificatione duali. ¶Nam cũ dixit Virgilius. Conſtitit in digitos extẽplo arrect⁹ vterq;: duo ſignificati ſunt cum dixit vterq;: cum autem arrectos noluit exprimere pluralitatẽ: vt ſit in plurali vtriq;. Sed hoc intereſt: quia licet vterq; duo ſignificet: tamẽ ſolũ duo. Utriq; aũt duo ſcat: ſed ſic vt in ſingulis multi ſint. Si dicas vtriq; exercitus duo ſignificẽ: ſed ſic vt in ſingulis turbã intelligi volo. hęc quidẽ diſtincta ſunt: ſed item auctoritate confuſa. ¶Nam cuz ait Virgili. Super vtraq; quaſſat tępora: contudit. ¶Dicere eũ debuit ſuper vtrũq; tępus cum de duo

Uterlibet pe. co. alter (bus tęporibus loquerer. ex duobus: hoc eſt vter quem tibi capere libet.

Uteruis: vter quẽ tu vis. Sic quiuis ⁊ quilibet. ¶Nihil enim eſt aliud quiuis: q; vn⁹ quẽ tu vis: ⁊ quilibet: q; vnus qui tibi magis libet. ¶Hoc eũ differũt vteruis: ⁊ vterlibet a quiuis: a quilibet: q; illa vnũ ex duobus ſignificãt. hęc vnũ ex pluribus. Terẽt. Abs quiuis hoie cũ eſt opus beneficiũ accipere gaudeas. Quintil. ¶Periculoſum ⁊ cũ cura intuendũ genus: q; ſi in prędonẽdo vnũ quẽlibet amiſerimus: cuz riſu quoq; tota res ſoluit: tutius ſit interrogare: ſi hęc actio non ſit; quę ſit. Simul eũ remouentur oſa: vel cum duo ponent inter ſe cõtrarta: quorũ tenuiſſe vtrũlibet ſufficiet. Ecce in eodẽ loco vtrũlibet ⁊ quodlibet vſus eſt. Altero pro eo: quod eſt vnũ de duobus. Altero pro eo: quod eſt vnũ de pluribus. ¶Hieron⁹. Addu cetur ad Aaron: vel ad vnum quẽlibet filiorũ ipſius.

Utroq; aduerbiũ loci: hoc eſt ad vnũ aliquem locũ: ⁊ ad alterũ. Liui. Utroq; loco. Utraq;: per vtrũq; locũ.

Utrum aduerbiũ: modo interrogantis eſt. ¶Plautus. Utrũ id verũ putas: an non? ¶Modo dubitãtis. Seneca. Utrum nobis id cõueniat animaduertendũ. Componitur quãdoq; cum nam. ¶Hiero. lib. Reg. Et conſuluerũt poſt hęc dominũ vtrum nam venturus eſſet illuc.

Uter vteri: ⁊ vterus vteri dicit: quem alio noie locos appellant: ⁊ vulgo falſo matricem: cũ matrix ſit ſeminis: quę fętus gratia tenet. Eſtimat ¶Plin. vuluã dici in ceteris animalibus: in muliere vterũ. Ideo vterus dicitur quia continet: ⁊ tanq; vter eſt: ad pręgnantes q; pertinet. Quandoq; tamẽ ſumitur pro ventre. Virgil. Uterũq; armato milite complent. Cecilius. Nunc vter creſcit: non poteſt cęlari. ¶Huius diminutiuũ eſt vterculus.

Uter vtris. ge. maſ. pellis: q; vinũ aut oleũ deferri ſolet.

Uterculus. ¶Plin. Et in vterculos ęgeſtus apũ liquor, ore eũ euomunt. Diminutiuũ eſt ab vter pro ventre.

Utriculos in farina videtur ¶Plini. accipere lib. xviij. Quos Galli Ciſalpini redundaginẽ: in Venetia proumcia pleriq; Subuentres vocant.

Utricularius: qui inflat ex vtre fiſtulam. Et a Grẽcis Aſcaules dicitur. Sueton in Nero. Uouerat ſe proditurum hydraulam ⁊ choraulam: ⁊ vtricularium.

Uto:, vſum habeo. Et ſemper de rebus bonis: ac neceſſarijs: necnõ ⁊ diuinis: inanimatiſq; dicit. vt vtor domo diligentia: cõſuetudine: ſtudio: ⁊ hmõi. Terent⁹. Scio te nõ eſſe vſum antehac amicitia mea. Sed cũ de perſonis loquimur: accipit pro cõuerſari. Cic. Lentulo. Trebonio multos annos vtor valde familiariter. Inde vſus pro cõuerſatione. Quintil. Mulierẽ cum qua longus illi fuerat vſus. Et quia aliqua re vtimur: vt ex ea fructũ percipiamus: factũ eſt: vt dicamus vſuz pro vtilitate. Conſtruitur qñq; cum actõ. Cic. li. Acad. Et quę a ſuperioribus acceperant: vtebantur. Varro Utile vtamur potius qđ ab re abutamur. ¶Huius cõpoſita ſunt: Abutor, ⁊ coutor.

Utenſile penultima correpta: quod eſt ad vſum neceſſarium. Columella libro. xij. Utenſilia: quibus aut alitur hominum genus: aut etiam excolitur.

V Ante V

Vua eſt: quę in vite fit. dicta ab vuido. Aliquãdo ponitur pro vite. Virgi. Et turpes auibus prędã fert vua racemos. Et vua inorbus: quẽ grẽci Staphylen vocant. Inflammatio eſt eius partis: quę in ore colli: dicitur ⁊ Staphyloph⁹os ab Ariſto. Diſcindit hęc ⁊ luiheo colore ſubnaſcit: acino perſimilis. Eſt aũt vua id: qđ in fine palati dependet: circa fauces: vt in hiante hoie ſpicit. ſic dicta: quia vt vua dependet: ⁊ humiditate variat: ⁊ eſt vocis moderatrix. Serenus. Alegreſcũt terere q; fauces cũ frigoris ora Uis ſubyit: vel cũ ventis agitabilis aer Uerti/turq; ipſas flatus grauis inficit vuas. Sub vua eſt minor lingua quę Epigloſſis dr. Dicit etiã vua de Apibus cuz collectę ſunt: ⁊ in modũ botryonis dependẽt. Colu. Cum examẽ glomeratũ in proximo frondẽtis arbuſculę ramo ꝓſederit animaduertito: an totũ examen in ſpeciem vnius vuę dependeat. ¶Plin. li. xj. Tunc oſtenta ſacrũ priuata ac publica vua dependente in domibus tempłſq;. Virgil. Et denſis vuã dimittere ramis. Sernius. Quam dimittere: id eſt in morẽ vuę botryonem defluere.

Uuidum: humidũ: pingue: quod prędipue habet aliquid humoris intrinſecus. Unde ⁊ vua dicta. ¶Humidũ: quod habet humorem extrinſecus.

Uueus ſuccus vinum dicitur: ab vua. Ec.

Vulcanus deus antiquis putatus eſt: quo ſignificatur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ignis: q̄ tanus per aera volet. Volat enim flāma ⁊ candida est. Hic ⁊ mulciber appellat: q̄ ferrū mulceat. Fingunt enim poetę hunc fuisse deum: ⁊ Jouis ex Junone filium. Qui faber Jouī fulmina contra gygantes fabricauit. Hinc Vulcanię insulę appellatę sunt.

Vulcanū in comu cōclusum geris: ꝑcat ignē in laterna

Vulcens.tis.fines. post l. ⁊ per u. (portas.

Vulga sacculus scorteus: siue ex alia materia: in quo pecuniā vel alia vitę necessaria ferre solent hoies. dicta q̄ nūmos: aliasq̄ res inuoluat. Lucilius. In vulgam penetrare pilosam. Varro. Vt viaticuz ex arcula adderem in vulgā. Hęc etiā a veteribus Bulga dicitur. Est ⁊ vulga: siue bulga folliculus ad brachium pendens gerendę pecunię gratia. Lucil. Cui neq; in mentū est: nec seruus: nec comes vllus: bulgā ⁊ quicquid habet nūmorum secū habet: cum Bulga cenat: dormit: lauat. Quādoq; ponitur pro vulua: ⁊ ecōtrario vulua pro sacculo. Idē. Ita vt quisq; nostrū e bulga est matris in lucem editus.

Vulgus neu. gene. ⁊ indeclinabile. Et vulgus. gi. masc. generis: ꝑcat multitudinē ignobilioꝝ. Virg. Seuitq; animis ignobile vulgus. Cic. Saturnū maxime colūt vulgi. Verg. In vulgū ambiguas ⁊ q̄rere ꝑscius arma. ⁊ a voluendo quidā dici putāt: q̄ stulte huc atq; illuc voluat.

Vulgo aduerbialiter positus: significat passim per oēs cateruatim. Virgi. Hinc lętis vituli vulgo moriunt in herbis. Vulgo concepti dicunt: qui patrem demōstrare non possunt. Vel qui possunt quidē: sed eum habent: quem habere non licet. Qui ⁊ Spurij vocantur.

Vulgaris ⁊ hoc vulgare: qđ est vulgi: ł est vile ac commune. Vnde ⁊ respondet singulari. Cice. in arte veteri. Magna an parua: facilia an difficilia: singularia sint an vulgaria: vera an falsa. Aliquādo vulgare dicitur: quod est tritum ⁊ consuetū. Quintili. Simul ne vulgarē viam ingressus alienis: demum vestigijs insisterem.

Vulgo. as. in vulgus q̄: ⁊ quasi multis audiētibus ac non taciturus dico: ⁊ cōe oīnibus facio: manifesto: vile habeo. Virgi. li. x. Quid me alta silētia cogis rūpere: ⁊ obductū verbis vulgare dolorē? Lact. li. vij. Quę vaticinia eorū cuz paulatim fama vulgasset. Liui. li. j. Sūt qui Laurentiā vulgato corpore lupā inter pastores vocatā putēt. Plau. in Am. Cui me absente corpus vulgauit suū. Huius ꝓposita sunt: Diuulgo: euulgo: qđ est extra in vulgus exeo. Liui. li. ix. Ciuile ius repositū in penetralib⁹ pontifi cum euulgauit. Inuulgo. Belli. Labris foras editis inuulgaret. Peruulgo: valde vulgo. Terē. Vbi rem sciui: cępi inhumanius: neq; vt animū decuit ęgrotū adolescentuli tractare: sed vi ⁊ via peruulgata patrū quotidie accusabam. A vulgo fiūt verbalia vulgator, vulgatrix: ⁊ vulga

Vulnus. Vide in dictione Vlcus. Hinc (tio. Lc. vulnero. as. saucio: vuln⁹ infero. Transferf quādoq; ad animū: ⁊ significat ango. vnde ⁊ vuln⁹ animi: pro angore accipit: seu dāno. Plini. Maximū illi fortuna vulnus intulerat duobus filijs immatura morte sublatis.

Vulnerarius medicus chirurgus: qui vulnera curat. Vulnerariū emplastrū: quod vulneribus imponit.

Vulpes ⁊ volpes animal: teste Varrone: q̄ pedibus volet. Huius diminutiuū est vulpecula. Horatius. Sorte per angustam tenuis vulpecula rimaz. Adiectiuū vulpinus. a. um. quod est a vulpe. Suetonius. Vbi leonis pellis defecit vulpina insuenda est. Aliquādo ponit pro astuto. Plau. Vulpinus animus: ne quid moliat mali.

Vulpino. aris. ꝑcat mēdacijs: ac fraudibus vera peruertō: siue effugio. Tractū ab intorto vulpiū cursu.

Vulsinus pen. pro. lacus a Vulsinij oppido: cui adiacet noīatus in Hetruria piscū fertilis. Vulsinij eñ oppidum fuit opulentissimū. a quo Vulsinenses dicti sunt.

Vultur ⁊ vulturis: ⁊ vulturius in noīatiuo dici potest. Enni. Vulturis in syluis miserū mādebat homonē. Auis est rapax carniuora: a volatu tardo dicta: q̄ propter magnitudinē corporis tarde volet. Plau. in Tru. Jam quasi vulturij triduo prius ꝑdiuinabāt: quo die esurituri fient. de hac aue sic scribit Ambro. Negāt vultures inūlgere concubitui ⁊ iugali quodaz vsu: nuptialisq; copulę sorte miscerī: atq; sine vllo masculoꝝ concipere semine: ⁊ sine cōiūctione generare: natosq; ex his in multam ętatem longę vitę procedere: vt vsq; ad centū annos vitę eorum series producatur. Est ⁊ vultur mons in Apulia. A Vulturio fit vulturinus: vt vulturina caro.

Vulturnus vētus: qui ab oriente hyberno spirat. Dictus a vulturis volatu: vt quidā aiunt: quoniā alte resonat. Hęc Euronotū vocant: q̄ inter notum ⁊ Eurū ſit. Hoc nomine etiā dictus est fluuius: qui per Campaniaz labens: haud longe a Cumis mergit: quod ⁊ Vulturnū dicit. Syrius lib. viij. Fluctuq; sonoꝝ Vulturnum.

Vulturnū oppidum Campanoꝝ est: ⁊ fluuius: de quo

Vult⁹ a volo vis. sicut a colo. cul (modo est dictū. tus. proprie significat voluntatē hominis: quę pro motu animi in facie offendit. Cum facies sit ipsa oris spēs: quę permanet. Vultū sibi fingere multi possunt formā nemo. Lucre. lib. iij. protulit vulta neu. genere. Sed quos vtriusq; figurę Esse vides mistim referētes vulta parentum. Vultus autē in nulla animāte est: pręter hominē. Huius diminutiuū est vulticulus: quo vsus est Cicero.

Vultuosus tristis. Cic. de optimo gñe dicendi. In quo cū effeceris: ne qd ineptū sit: aut vultuosum. Hinc aduerbiū vultuose: qđ Don. vsurpat: pro eo qđ est indignāter facie męsta: ⁊ fronte subducta: ⁊ cū gestu rebus accōmodato. Vultuosa frons apud Apul. pro męsta accipit. Ait enī li. iij. Meta. Longe dissimilis aduenit nō ex ląeta facie: sed vultuosa fronte rugis insurgēnibus adseuerabat.

Vulua: seu volua. idem qđ vterus: ⁊ matrix: vulgo dr, licet falso. dicta q̄ fętus inuoluat. In ea enī conceptus fit ⁊ fętus continef. Hanc multi ex Romanis ex porca in deliţijs habuere: quę duplici noīe appellabat. Eiectiua. s. ⁊ porcaria. Eiectitia a partu eiecto: siue enecto. Porcaria ab edito. Eiectitiā Plini. optimā esse ait: quę fuerit porcę occisę: cuz eiectus: siue enectus est partus. Porcariam cū edit⁹ est: melioꝝ erat eius quę peperisset q̄ virginis. Nam a partu statim suem primipera interficiebant: tum habendę vulvę gratia: tum vt sumen optimū efficerent. Martia. Te fortasse magis capiet de virgine porca. De materna graui de siue volua capit. Quādoq; accipit vulua pro ore vulvę. Juuen. Adhuc ardens rigidę tentigine vulvę. Plini. quoq; boletorum pro rumpentiū in ouī speciem albū illud inuolucrū Voluam nuncupat.

V ante X

Vxor, q̄si vnxor ab vngēdo. Nā cū puellę nuberēt apud veteres ac mariti domū intrarēt: axūgia postes vngebāt: putātes ex hoc mala ab ea domo arceri: vel q̄ loto maritos vngebāt. Enni. Exin Targnūi bona femina lauit ⁊ vnxit. Ser. in cō. li. iij. gen. sic hȝ. Mos fuerat: vt nubētes puellę simul cū venissent ad limē mariti postes anteqū in gredierenf: ornarēt laneis vittis ⁊ oleo vngerēt. Et ūde vxores dictę sunt: q̄si vnxores. Plin. q̄z scribit nouas nuptas lupino adipe postes ūnigere solitas: nequid mali medicamēti inferret. Huius dimin. est vxorcula. Hiero. ad Oceanū. Tu mihi olim emortuaz de sepulchro vxorculā pręs

Vxorius. a. um. qđ est vxoris: vel quod ad (trabit. vxorē pertinet: vt res vxoria. Aug. lib. ij. Con. Men cura/uit hęc quia metus erat: ne impediret spes mea comode vxoria. Aliquando vxorius dicit: qui vxori nimis inseruit. Virgili. Pulchramq; vxorius vrbem Extruit.

X Litera semiuocalis est: quę vim duplicis cōsonātis habet. pro qua modo cs. modo gs. primit⁹ vtebant: vt apecs grecs: pro quibus nūc apex grex dicimus. Sciendū q̄ trāsit in u. consonantē: vt nix niuis. in ct: vt nox noctis: ⁊ in aspiratiōnē subijt: vt veho vexi. Quotiēscunq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ante hęc prępositio ex: componit cum dictiõe incipiente a vocali vel c p t z s. remanet integra: sed quando cuz s. s abijcitur: vt Exaro: exeo: exigo: exoleo: exuro: excutio: explodo: extraho: exequor, expes.

X ante A

Xantha nympha est a colore ξάνθον eñ grecis subru/
Xanthꝰ: latine flauus ꝺr. Quo noie (brũ dicũt. Le.
dictus fluuiꝰ Troianus: qui z Scamãder ꝺr. Nam q in campis Troianis proxime flumẽ armenta rusa z pecora leucophea nascunt: ideo flumen id Xanthũ appellauisse dicunt. Est z nomẽ viri: z nomẽ vrbis Lycię a fluuio sic nuncupatę. Et nomẽ equi Hectoris.

Xanthũ populi Asię. qui cũ eorum vrbs ab Harpago prefecto Cyri obsideret vxores suas ac seruos: z omnes opes in arce posuerũt: deinde adhibito igni cremauerũt: ipsi q in bello irruentes cuncti cecidere.

Xanticus Aprilis mẽsis Hebreorum lingua appellatꝰ est.

Xantho fuit vna ex nymphis Oceani z Tethyos filia. Virgili. lib. iij. Geor. gi. Dxymoq Xanthoq.

Xãthippe nomẽ vxoris querulę Socratis philosophi.

X Ante E

Xenos: latine hospes: siue peregrinꝰ. Xenia hospitali/
Xeniũ dici põt munus ho (tas: amicitia externoꝝ.
spitalitatis. Vnde Mart. lib. xiij. in quo etiã nodi munera distichis describit: Xenia noiauit: q versus ipsos pro Xenijs mitteret. Oĩs in hoc gracili Xeniorũ turba libello Constabit nũmis quattuor: empta tibi. Quattuor: est nimium? poterit ꝑstare duobus. Et faciet lucrũ bibliopola Triphon. Hęc licet hospitibꝰ p munere districha mittas. Si tibi tam rarus: q̃ mihi nũmus erit. Huius diminu. est xeniolũ: paruum xeniũ. Apul. Cõmodũ meridies accesserat: z mittit mihi xeniola porcum optimũ: z quinq gal
Xenodochiũ: (linulas: z vini cadũ in egate ꝓfoſi.
z Xenodociũ hospitale: locus publicus: quo peregrini z hospites hospitaliter recipiũtur ξένος hospes δοχεῖον receptaculũ: quasi hospitũ receptaculũ. Hiero. Xenodochiũ in portu Romano sitũ totꝰ pariter mũdus audiuit.

Xenocrates pe. cor. nomẽ philosophi Chalcedonij auditoris Platonis: qui in Academia Pseusippo successit: z. xxv. annis docuit. Fuit tardꝰ ingenio adeo: vt cũ illum Plato Aristoteli cõpararet: alterũ freno: alterum calcaribus indigere dicebat. Hic philosophorum seueriſſimus extitit. Ferunt cuz Phryne nobile scortũ dedita opera a quibusdã intra eius cellã missa esset: atq ab eo orans lectuli partẽ accepisset: demũq imperfecto opere discessisset: dixit se nõ a viro: sed a statua venisse. Eius verbis tanta fides adhibebat: vt cũ iniurati nullius testimoniũ admitterent: huic soli iniurato crederet. Hunc Atheniẽses aliquãdo vendiderũt: vt ita in exilio degens frãgeretur. Obijt secũdo z octogesimo ętatis suę anno cũ noctu forte in Sartaginẽ offendisset. fuere z alij hoc nomine.

Xenodotus fuit hystoricus patria Troezenus.

Xenodorus: quasi ξένος, id est peregrinum: quod z egregium denotans: z δῶρον donum. Fuit nomen statuarij nulli veterum cęlandi arte postponendi.

Xenophanes pen. cor. re. poeta Colophonius: qui contra Homerum z Hesiodum elegias scripsit. Fuit z alter Xenophanes ex Lesbo poeta Iambicus.

Xenophon nomẽ philosophi. z ducis insignis Atheniensis: Socratis discipulus z Platonis emulus fuit: speciosus: moratus: z oibus gratus. Hic primus oim philosophorũ scripsit hystoriã. Exercitũ quoq ex vltimis Babylonię finibus per aspera: z difficillima itinera incolumem in patriã reduxit. Fuere z alij Xenophontes.

Xenophilus pe. cor. nomẽ musici Chalcidẽsis Pythagorici de quo Val. maxi. Biennio minor: q̃ Gorgias: qui centũ z quinq vixit annis Xenophilus Chalcidẽsis Pythagoricus: sed felicitate nõ inferior. Siquidẽ: vt ait Aristoxenus musicus oĩs incõmodi humani expers summo perfectiſſimę doctrinę splendore extinctus est.

Xerampelinę vestes: vt ingt Probus: fuerũt ad vsum matronarũ ampellini coloris: qui inter coccinũ z muricẽũ medius est. ξηρόν. siccũ significat. Itaq Xerampellinus colꝰ esse credit: quem vulgo Rosam siccã nominamus. Alij Xerampelinas dicunt latine dici Atrabaticas: hoc est quę coloꝛem atrũ: id est nigrũ habent.

Xerolophus penulti. correpta: dici potest siccus tumulus ξηρὸς siccus: λόφος tumulus. Hamq ex lapidibus construi consueuerant principum tumuli.

Xerolybia: latine sicca Lybia dicitur.

Xerophagium comestio siccorum ciborum.

Xerophthalmia aridã lippitudo: cum nec tumẽt: nec fluunt oculi: sed grauescunt.

Xeria emplastra sicca: sicut Hygremplastra vocantur

Xerxes: latine dicit bellator. (liquida emplastra.
Vnde Artoxerxes magnus bellator, fuit Persarum rex: qui contra Athenienses magnũ collegit exercitum. Tradunt scriptores numerũ copiarum terrestrium: quas in Gręciam duxit Xerxes fuisse. clxx. myriades: id est decies septies centena milia. Myrias enim numerus est: continens decẽ milia. Transiuit eius exercitus per septẽ dies totidemq noctes nullo tempore intermisso. Sed nauali prælio a Themistocle Grecorum duce victus rex ipse cum paucis aufugit. Fuit filius Darij regis ex Atosa Cyri filia. Hanc hystoriam Herodotus late scripsit.

X Ante Y

Xylon grece: latine lignum dicitur. Vnde Xylobalsamum: lignum balsami.

Xylinum quod z Xylon dicitur: id est quod vulgares Bambacium dicunt. vnde Xylinę vestes.

Xylocasia: lignum Casię.

Xylophagus pen. cor. vermis: qui albus obscus nigellog capite est: ac nascit in lignorũ carie lignũ corrodens. In Ponto z Phrygia comedit. vt auctor est Hiero. contra Jouinia. Et quomodo (inquit) apud nos Ficedula z Attagen mullus z Scarus in delitijs computantur: ita apud illos ξυλοφάγον comedisse luxuria est.

Xiphis grece ξίφος significat ensem. Vnde Xiphię stellę ex cometarum genere in mucrones fastigiatę.

Xystus a grecis ꝺr. porticus ampla latitudine exercitationi accõmodata: in qua Athletę per hyberna tẽpora exercent. Hinc Xystici dicũtur Athletę in Xystis pugnãtes. Suet. in Aug. Hec tñ eo minus aut Xysticorũ certatiões: aut gladiatorũ pugnas seueriſſime semper exegit. Xystici etiã dicunt: qui Xysto ludũt. Significat eñ Xystos spiculum: vel hastile telũ. Vnde Xystophorꝰ latine spiculator. Inter cũ Xystus sumit ꝓ ambulatione: in qua arbuscułę sunt in plurimas species effigiatę. Plinꝰ. Ante cryptoporticũ Xystus est violis odoratus. Aliter Plin. li. v. Epi. Ante porticũ Xystus concisus in plurimas species distinctusq buxo. Idem. Non tam statuarũ z tabularũ pictarum ornatu ędes suas: q̃ Xystis z nemoribus excoluit. Victrus Latini xysta ambulationes appellant: quas greci paradromidas dicũt. Cic. in Bruto. Cũ ambularem in xysto: z essem otiosus domi. Quãdo vero a diectiuũ est
Xystis vbs Carię. a (ꝺcat ornatũ: tersum: politũ.
qua Xystiani dicti sunt populi: vt scribit Plinius.

Z Litera muta est: pro qua primitus nõnunq̃ simplex s. vt Sacynthus: pro ζάκυνθος seruus pro zethus. Qñq duplicatũ scribebamꝰ: vt patrisso: pro πατρίζω. pyrysso: pro πυρίζω. alĩ quãdo pilla d. ponebamꝰ: vt Medentinus: pro Mezentius. Zeta e tiã: siue zetecula vimi. apud Pli. in Epi. erat locus capax vnius lecti cũ sellis duabus: quę velis obductis z reductis modo adijcit cubiculo: modo auferẽt. Nomen quoniã tribus e partibꝰ fenestras z pro/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſpectus habeat: atq; Solez multipliciter accipiat: quaſi ἀπὸ τοῦ ξέειν, qđ eſt feruere. Quando & Heliocaminus in ipſa zeta ponit: Heſt vapor ariuz q̃ddã ſolare nõ ad ignis vſum: ſz ad Solis: velut id qđ vulgo lumiare dz, & in Naduana Gallia Lucerio. vel ἀπὸ τοῦ ζῆν, q in ea ꝓmodiſſime viuat: vt quã delitias & amores ſuos vocet Lcilius: ſicut a ꝙuerſatiõe victuq; dicta. De Heliocamino Vlpi. in ſeruitutibus vrbanis. Si arbor ingt Heliocamino: vel ſolario Solẽ adimat: dicendũ erit: q; vmbrã facit in loco cui Sol fuit neceſſarius ꝓtra ſeruitutẽ impoſitã fieri. De zeta Lampridius. Indicos odores Heliogabalus ad vaporãdas zetas ſine carbonibus in hẽbat incẽdi. De zetecula. Plini. Mox zetecula refugit: quaſi in cubiculũ.

Z Ante A

Zazynthos inſula Ionij maris parua: cuz vrbe eiuſdẽ nois: a Zazyntho Dardani filio: in qua imperauit dicta cuius incolę Zazynthij vocant. De hac Verg. li. iij. Jam medio apparet fluctu nemoroſa Zazynthos.

Zagrus: vt inquit Strabo mons eſt: quo Media a Babylonia diuiditur.

Zacanthęi fuerunt Zazynthiorum coloni in medio Pyrenei mõtis Siti: & iuxta fluuiũ Hiberũ habitantes.

Zacharias nomen prophetę proprium.

Zamolſis: teſte Herod. li. iiij. hiſt. fuit Pythagorę diſcipulus: cui Getę putãtes illũ Saturnũ eſſe ſacrificia ꝓpendebãt.

Zancle Peloponneſi oppidũ fuit in regione Meſſenia. In qua ipſa Meſſene. Fuit & Zancle oppiduz Sicilię a Meſſenijs ꝓdita in Pelori ſinu: vbi ad orientẽ maxime flectitur: quã a ſuo noie dixerunt Meſſanã. Hinc Zanclei Meſſenioũ apud Plini. Et Zanclea charybdis. Vel a fonte dictã vrbẽ putant. Vel ab occultata ibi a Saturno falce: quã lingua Sicula Zanclon vocant: vel a gigante Zanclo: vel a loci curuitate. Curua eñ Zanclia vocãt.

Zancleum ſaxuz in freto Siculo dictũ a Zancle ꝓpinquo Sicilię oppido.

Zathenę gẽma eſt modo nigris: modo flaui electri colore. Lc.

Z Ante E

Zea genus frumẽti ſimile farri: quę vulgo Spelta dicit. Ex hac fit Alica. Ex Zeatico hordeaceove cibario: qui ſunt principuz equiſones equos alere cõſueuerũt.

Zedorion dicitur terra Zeandonans.

Zelo. as. & zelor deponens: ſignificat emulor. Auguſti. lib. j. Con. Vidi ego & expertus ſum zelantẽ paruulum: necdum loquebatur: & intuebaſ pallidus amaro conſpectu collactaneũ ſuum. Ponitur interdũ zelari: ꝓ ira ſcire ſecundũ illud: quod per prophetam dicitur. Indignatione magna zelatus ſum Syon. Et zelare: eſt imitari: vt illud. Neq; zelaueris facientes iniquitatem.

Zelus modo inuidiã: modo amorẽ: modo emulatio/

Zelotes pe. pro. idẽ eſt qđ emula/ (nem ſignificat. tor: vnde Symon Apoſtolus dictus eſt zelotes: quã doq; dicit amator. Et ſic dominus noſter appellaſ: quoniam ita nos amat: vt nolit fornicari poſt deos alienos.

Zelotypus pe. cor. zelator, ſeu emulator: formę. Nam ζῆλος emulatio eſt τύπος forma: qui igitur ita amat: vt ſollicitus ſit nequis amore ſuo perfruaſ: Zelotypus eſt. Juue. Ponere Zelotypo iuuenis ꝓpelatus hiarbę. Zelotypia egritudo animi ex eo ꝓueniẽs: q; timeat ne adſit alteri: quod cum nemine velit habere cõmune.

Zeno fuit phũs Cithię ex Cipro græca ciuitate Stoicorũ ſecte ꝓditor, tanto in honore apud Atheniẽſes habitus: vt apud eũ claues vrbis deponerẽt: ornarẽtq; ipm aurea corona: & imagine ærea. Hic adoleſcẽti cuidã inepta multa loquẽti ait. Ideo duas habemꝰ aures: os aũt vnũ vt. ſ. multa audiamꝰ: pauca vo loquamur. Deceſſit nonageſimo ętatis ſuę anno: ſine morbo. Nã vt ferũt: cum abiret e ſchola lapidez offendẽs digitũ perfregit: manu vo terrã feriens: illud ait, Ex Niobe venio quid me vocaſz cõtinuoq; ſe ſtrangulãs interijt. Fuit & alius Zeno Eleates: quem dialecticę inuẽtorem fuiſſe ſcribit Ariſ. Huius celebratiſſima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Qui cũ adoleſcẽtes nobiliſſimos cupiditate libertatis adęq; pactę inflammaſſet ꝙ Nearchũ tyrannũ facto indicio cõprehẽſus tradituſq; eſt tortoribus: torquẽdus. Qui cũ lacerat ref: vt conſcios cõturationis noiaret neminẽ illoz noiauit: ſed amicos intimoſq; tyranni participes ꝙiurationis eſſe dixit. Deinde cũ quippiã ſe in aurẽ tyranni loqui velle ſignificaſſet: eaz mordicus correptã non ante dimiſit: qđ rapta aure populatũ caput reliquiſſet. Sed cũ ꝓplices cõiurationis ꝓferre cogeret: conciſam dẽtibus linguã in os tyranni ꝓſpuit. Quo facto ciues tyrannũ lapidauerũt. Fuit & alius Zeno phũs Epicureus Ciceronis ſynchronos .i. contẽporaneus. de quo idẽ Cic. lib. j. de fini. meminit: & eũ cum Attico frequẽter audiuiſſe Epicuri ſnias explicantẽ. Fuere & alij Zenones: quos nunc prętereo.

Zenobia fuit mulier: quę a Ptolemęis originez ducẽs græcis & latinis liris ornatiſſima: nec nõ & rebus bellicis celeberrima in Palmira Syrię vrbe regnauit. Hęc cum Saporem Perſaz regez ſuperaſſet: tandẽ ab Aureliano Auguſto victa Romã in triũphũ ducta fuit. Quę in vrbe ſummo in honore cõſenuit. a qua Zenobia familia nam/

Zephyrus pe. cor. Fauoniꝰ ventus oc/ (cupata eſt. cidẽtalis. Flat eñ ab occaſu equinoctiali aduerſus Eurus: quaſi ζωκφόρος vitã ferens: vel quia ſert: quę ſunt ad vitã. Eo ſane plantę oẽs germinãt: & pullulant.

Zephyrium vero promontorium eſt.

Zeros cryſtalli ſpecies eſt alba: ac nigra macula diſtinguẽte cryſtallum. Lomucopię.

Zeretra Arcades vocãt Vadi foramina extructa. Lc.

Zeta vnum ex elemẽtis. Sed Zetę fuere veſtes: quę nũc non ſunt vſitatę. & eius diminutiuũ Zetecula. Plini. Mox zetecula fugit: quaſi in cubiculum. Lc.

Zetis fuit filius Boreę ex Orithyia: & frater Calais.

Zethus cum h. & u. fuit Jouis ex Antiopa filius & fra/

Zeugma. matis. latine cõnexio: (ter Amphionis. ſiue adiunctio dicit. Figura cũ plures ſenſus vno connectunt verbo: qđ tribus modis fit. Aut ꝓpoſito verbo ad qđ reliqua reſpiciãt: vt vicit pudorẽ libido: timorem audacia: rationẽ amẽtia: aut verbo poſtpoſito: vt neq; is es Catilina: vt te aut pudora turpitudine: aut metꝰ a periculo: aut ratio a furore reuocarit: aut in medio ſenſuuz poſito verbo: vt Troiugena interpres diuũ: cẽ. Aenei. iij.

Zeugites calami arundinis ve: ſeu tibię genus a paritate dictum: q; eo duplices fiebant tibię. Lc.

Zeuſis: latine iugatio dicit. Quo noie appellatus eſt clariſſimus pictor Heracleotes: qui in certamen picturę cũ Parrhaſio deſcendit. Ferk hic pinxiſſe puerũ vuas ferentẽ: ad quas cuz aduolaſſent aues iratus eſt mira ingenuitate operi ſuo: & dixit. Vuas meliꝰ pinxi qđ puerũ. Nã ſi hũc ꝓſummaſſem aues timere debuerãt. Hic etiã pinZeuxo fuit (teſte Heſio/ (xit Helenę ſimulacrũ. do) vna ex Nymphis filia Oceani & Tethyos.

Z Ante G

Zigena nomen piſcis maritimi: vt eſt apud Ambroſi. Quid gladios loquar: aut Zigenas.

Zigia aceris ſpecies rubens fiſſili ligno cortice ſcabro: Zignis lacertę ſpecies. Lc. (& liuido. Lc.

Zimilaces Lapillus: qui in Euphrate naſcitur in medio glaucus. Lomucopię.

Zigaz ea terra ferk: ex qua populi exierint: qui noſtra ętate cũ liberis & vxoribus Europã peruagãtur Zigari appellati inſignes fures: & ſine tecto viuentes.

Ziniber radix. Et apud nos immutatis literis dici/

Ziph nomen vici. a quo Zi/ (mus Genziberphęi dicti ſunt: de quibus in lib. ij. Reg. fit mentio.

Zizania. nię. & zizaniũ. nij. quid ſignificet Ambroſi. lib. Hexa, declarat dicẽs. Loliũ & reliqua adulterina ſemina

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

SANCE TOURS

que frugibus ſepe miſcent zizania nũcupari euangelij le/ctiõe cognouimus: ſed ea p:opriũ quoddã genus habẽt: nã ex tritici ſemine in aliud gen° ſeminis decolora mutatione translata degenerẽ traxere natũrã. ¶Hoc docet dñs dicẽs. Venit inimic° & ſuperſeminauit zizania inter triticũ.

Zizyphus pe.cor. genus arboris: quã noſtrates Zibebos vocant. Zizypha fructus dicunt. ¶Plini. li. xv. Neque peregrina ſunt zizypha & tuberes: quę ipſa non pridem venere in Italiam. ¶Hęc ex Africa: illa ex Syria.

Z ante Ø

Zodiacus pe.cor. dici poteſt anialis ab effigie animaliũ. ¶Iam circulus eſt: in quo. xij. ſigna ſunt in formã animalis figuratus: vt aries: taurus. Hęc enim ζῶα animalia dicunt. Zographia: animalis pictura. Alexan. aũt Aphrodiſeus dicit Balaxian circulũ realem eſſe in cęlo: & ſuo dit in commentarys meteorologicorum Ariſtotelis ἰσοχει δὲ τῶν μὲν καλουμένων ποιαγωγέων τίνας γαλαξίαν ὁ λόγος λέγειν εἶναι τὸν κύκλον τοῦτον καὶ ἥλιον πρόπεσον τοῦτον φέρεσθαι. Id eſt refert Pythagoricorum aliquos Balaxian viam dicere: eſſe autem circulum: & Solem ante hunc ferri.

Zographos pict°: anialiũ. Zographia: ipſa pictura.

Zoilus poeta fuit Ptolemęi tẽporibus: qui Homero maſtix cognomen ſortitus eſt. Et pro inuido capit. Lc.

Zona cingulũ: quo cingimur. ¶Mart. Longa ſatis nũc ſum: dulci ſed pondere venter Si tumeat fiam tum tibi zona breuis. Hęc & Lorum dicitur & Baltheus: quis Baltheus ſit etiam a quo arma dependẽt. & Cinctus & Zontes Berilli ſpecies: (cingulum a cingendo. qui rubore quodã perfuſi ſunt. Lc. (lis dicta. Lc.

Zoophthalmos herba eſt a ſimilitudine oculi animalis.

Zopyrus pe.cor. ¶Phyſionomiſta dictus eſt: q profiteretur hominũ mores naturaſq; ex corpore: oculis: vultu: fronte ſe poſſe pernoſcere. Qui cum turpia quędam & a virtute aliena de Socrate diciſſet, ac a multis id circo de rideret. ¶Non errat (Socrates reſpõdit) Zopyrus. Nam iuſmodi eiũ natura eſſem: niſi naturã philoſophia ſuperaſſem. Fuit & alius Zopyr°. De quo dicere ſolebat Darius ſe Zopyrũ malle integrũ q̃ viginti capere Babylonas. Zopyri eiũ aſtu Babylone potitus erat Darius.

Zopyrocheron herba eſt: quam alij Lecupedem appellant. Lc.

Zopiſſa apud ¶Plinũ vinam picem (pelicant. Lc. ſignificat. Vel Zopiſſa pix: quę & nauibus tradit admiſta cęra: & marino ſale macerata. multo ad oia efficacior q̃ alię pices. Sed p:opriẽ reſina ex pinu: q̃uis Dioſcorides addit alia etiam ſignificata: cum ait: ζώπισσαν δὲ ὅτι μὲν ἔστιν πᾶν ἐκ τῶν πλοίων ξυομένην ῥητίνην μετὰ τοῦ κηροῦ καλουμένης ὑπ' ἐνίων ἀποχύμα οὕτως Διοσκορίδης Διὰ δ' ἐστὴ θαλάσσης βρέχεσθαι οἱ δὲ πᾶν πίτυκὴν ἐκείνην οὕτως ὠνόμασεν. Id eſt Zopiſſam aliam dixerunt derasam nauigijs picem cum cęra: appellatã a nónullis Apochyma: quę vim diſſipandi habet: quoniã mari madeat. aly Reſinam pini ſic nominarũt.

Zoroanda lacus quem efficit Tigris fluuius ab vno latere Tauri montis.

Zoronyſius gẽma: quę naſcit in Indo flumine. Lc.

Z ante A et Y

Zura Aphrorum lingua ſemen Paliuri vocatur contra ſcorpiones efficaciſſimum. Lc.

Zyme fermenta. Zymes panis fermentatus. Azymus.

Zythus quid ſit nemo (mus. a. um. ſiue fermẽto. poteſt dubitare ex verbis Suidę noſtri: qui ita ſcribit (etiam Dioſcoridis tractat) ζῦθος ὄινος ἀπὸ κεδρίας γινόμενος. Id eſt Zythus vinum ex hordeo factũ.

τέλος.

AD LECTORES, N. G. ET M. S.

In hoc opere diuulgando, quantũ laborum, q̃tum uigiliarum inſumptum ſit nobis, facile diiudicabunt ij, qui cenſores æqui futuri ſunt. Nec etenim naſutos illos flagellatores magni facimus, qui ſtatim inuerſa, uel etiam tranſpoſita una aut altera litera, exclamant, calumniantur, nihil non exprobrant. Non perpendentes interim quibuſcum tam arduum negotium agatur, quanta nonnunq̃ inſtent urgeantq̃ moleſtia formarum expreſſores. Deniq̃ q̃ accidat facile cura etiam diligentiaq̃ omni appoſita, extrahi commutariq̃ perperam tum cõmata, tum literas, haud raro & ipſas dictiones, negotiis aliis occupato interea eo, qui ſurſum & deorſum uoluit omnia, ut caſtigatum opus exeat in manus ſtudioſorum. Quare rogamus ſtudioſos omnes, ne in penſandis eleuandiſq̃ alienis laboribus plus q̃ deceat, ſint ingenioſi. Sed ſi quid repoſitũ uiderint perperam, caſtigent ipſi rectius. ſi quid omiſſum per incuriam, reponant iidem accuratius, putentq̃ ipſorum induſtriæ relictum aliquid, quod eoſdem paruitatis noſtræ, nos uero eorundem admoneat humanitatis. Q; ſi ueniam hanc aſſequimur, nullius nos pœnitebit fudoris, nullius pigebit moleſtiæ. Erim. uſq; poſt hac ad ſuſcipiendos eiuſmodi labores modis omnibus paratiſſimi. Viuite fœlices.

Argentorati, Ex Aedibus Matthiæ Schurerij Menſe Decembri. Anno. M. D. XVI.

Ductu Leonhardi & Lucæ Alantſeæ fratrum.

REGNANTE IMPERATORE CAES. MAXIMILIANO P. F. AVG. P. P.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

